Over dit boek

Dit is een digitale kopie van een boek dat al generaties lang op bibliotheekplanken heeft gestaan, maar nu zorgvuldig is gescand door Google. Dat doen we omdat we alle boeken ter wereld online beschikbaar willen maken.

Dit boek is zo oud dat het auteursrecht erop is verlopen, zodat het boek nu deel uitmaakt van het publieke domein. Een boek dat tot het publieke domein behoort, is een boek dat nooit onder het auteursrecht is gevallen, of waarvan de wettelijke auteursrechttermijn is verlopen. Het kan per land verschillen of een boek tot het publieke domein behoort. Boeken in het publieke domein zijn een stem uit het verleden. Ze vormen een bron van geschiedenis, cultuur en kennis die anders moeilijk te verkrijgen zou zijn.

Aantekeningen, opmerkingen en andere kanttekeningen die in het origineel stonden, worden weergegeven in dit bestand, als herinnering aan de lange reis die het boek heeft gemaakt van uitgever naar bibliotheek, en uiteindelijk naar u.

Richtlijnen voor gebruik

Google werkt samen met bibliotheken om materiaal uit het publieke domein te digitaliseren, zodat het voor iedereen beschikbaar wordt. Boeken uit het publieke domein behoren toe aan het publiek; wij bewaren ze alleen. Dit is echter een kostbaar proces. Om deze dienst te kunnen blijven leveren, hebben we maatregelen genomen om misbruik door commerciële partijen te voorkomen, zoals het plaatsen van technische beperkingen op automatisch zoeken.

Verder vragen we u het volgende:

+ *Gebruik de bestanden alleen voor niet-commerciële doeleinden* We hebben Zoeken naar boeken met Google ontworpen voor gebruik door individuen. We vragen u deze bestanden alleen te gebruiken voor persoonlijke en niet-commerciële doeleinden.

+ *Voer geen geautomatiseerde zoekopdrachten uit* Stuur geen geautomatiseerde zoekopdrachten naar het systeem van Google. Als u onderzoek doet naar computervertalingen, optische tekenherkenning of andere wetenschapsgebieden waarbij u toegang nodig heeft tot grote hoeveelheden tekst, kunt u contact met ons opnemen. We raden u aan hiervoor materiaal uit het publieke domein te gebruiken, en kunnen u misschien hiermee van dienst zijn.

+ *Laat de eigendomsverklaring staan* Het “watermerk” van Google dat u onder aan elk bestand ziet, dient om mensen informatie over het project te geven, en ze te helpen extra materiaal te vinden met Zoeken naar boeken met Google. Verwijder dit watermerk niet.

+ *Houd u aan de wet* Wat u ook doet, houd er rekening mee dat u er zelf verantwoordelijk voor bent dat alles wat u doet legaal is. U kunt er niet van uitgaan dat wanneer een werk beschikbaar lijkt te zijn voor het publieke domein in de Verenigde Staten, het ook publiek domein is voor gebruikers in andere landen. Of er nog auteursrecht op een boek rust, verschilt per land. We kunnen u niet vertellen wat u in uw geval met een bepaald boek mag doen. Neem niet zomaar aan dat u een boek overal ter wereld op allerlei manieren kunt gebruiken, wanneer het eenmaal in Zoeken naar boeken met Google staat. De wettelijke aansprakelijkheid voor auteursrechten is behoorlijk streng.

Informatie over Zoeken naar boeken met Google

Het doel van Google is om alle informatie wereldwijd toegankelijk en bruikbaar te maken. Zoeken naar boeken met Google helpt lezers boeken uit allerlei landen te ontdekken, en helpt auteurs en uitgevers om een nieuw leespubliek te bereiken. U kunt de volledige tekst van dit boek doorzoeken op het web via `http://books.google.com`

A
11613

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Ex libris A. A.
Camus
1842
30-1-69
fol
30743

Digitized by Google

Digitized by Google

Quæ maxime in rem voſtram communem ſient.
Nam vos quidem id jam ſcitis conceſſum & datum
Mi eſſe ab diis aliis, nuntiis præſim & lucro.
Hæc ut me voltis approbare, annitier
Lucrum ut perenne vobis ſemper ſuppetat:
Ita huic facietis fabulæ ſilentium;
Itaque æqui & juſti hic eritis omnes arbitri.
Nunc cujus juſſu venio, & quamobrem venerim,
Dicam: ſimulque ipſe eloquar nomen meum:
Iovis juſſu venio: nomen Mercurii eſt mihi.
Pater huc me miſit ad vos oratum meus,
Tametſi pro imperio, vobis quod dictum foret,
Scibat facturos: quipe qui intellexerat
Vereri vos ſe & metuere, ita ut æquum eſt, Iovem:
Verum profecto hoc petere me precario
A vobis juſſit leniter dictis bonis.
Etenim ille cuius huc juſſu venio, Juppiter,
Non minus quam voſtrum quivis formidat malum:
Humana matre natus, humano patre,
Mirari non eſt æquum, ſibi ſi prætimet.
Atque ego quoque etiam, qui Iovis ſum filius,
Contagione mei patris metuo malum;
Propterea pace advenio, & pacem ad vos affero.
Iuſtam rem & facilem eſſe oratum à vobis volo.
Nam juſte ab juſtis juſtus ſum orator datus.
Nam injuſta ab juſtis impetrare non decet:
Iuſta autem ab injuſtis petere, inſipientia eſt:
Quippe illi iniqui jus ignorant, neque tenent.
Nunc jam huc animum omnes ea quæ loquar advortite:
Debetis velle quæ velimus. meruimus
Et ego, & pater de vobis & republica.
Nam quid ego memorem, ut alios in tragœdiis
Vidi Neptunum, Virtutem, Victoriam,
Martem, Bellonam, commemorare quæ bona
Vobis feciſſent? quis benefactis meus pater,
Deûm regnator, architectus omnibus.
Sed mos illic nunquam fuit patri meo,
Vt exprobraret quod bonis faceret boni.
Gratum arbitratur eſſe id à vobis ſibi,
Meritoque vobis bona ſe facere quæ facit.
Nunc quam rem oratum huc veni, primum proloquar,

Digitized by Google

Post argumentum hujus eloquar Tragœdiæ.
Quid contraxistis frontem? quia Tragœdiam
Dixi futuram hanc? Deus sum: commutavero
Eandem hanc, si voltis: faciam ex Tragœdia,
Comœdia ut sit, omnibus iisdem versibus.
Utrum sit, an non, voltis? sed ego stultior,
Quasi nesciam vos velle, qui divos siem!
Teneo quid animi vostri super hac re siet.
Faciam ut commista sit Tragico-comœdia:
Nam me perpetuo facere ut sit Comœdia,
Reges quo veniant & dî, non par arbitror.
Quid igitur? quoniam hic servos quoque parteis habet,
Faciam hanc, proinde ut dixi, Tragico-comœdiam.
Nunc hoc me orare à vobis jussit Iuppiter,
Ut conquisitores singuli in subsellia
Eant per totam caveam, spectatoribus,
Si quoi favitores delegatos viderint,
Ut his in cavea pignus capiantur togæ.
Sive etiam qui ambissent palmam histrionibus,
Seu quoiquam artifici, seu per scriptas literas,
Sive qui ipsi ambissent, seu per internuntium,
Sive adeo ædiles perfidiose quoi duint,
Si rempse lege jussit esse Iuppiter,
Quasi magistratum sibi alterive ambiverit.
Virtute dixit, vos victores vivere,
Non ambitione, neque perfidia. quî minus
Eadem histrioni sit lex, quæ summo viro?
VIRTVTE ambire oportet, non favitoribus.
Sat habet favitorum semper, qui recte facit:
Si illis fides est, quibus est ea res in manu.
Hoc quoque etiam mihi in mandatis dedit,
Ut conquisitores fierent histrionibus,
Qui sibi mandassent, delegati ut plauderent,
Quive, quo placeret alter, fecissent minus,
Eis ornamenta & corium uti conciderent,
Mirari nolim vos, quapropter Iuppiter,
Nunc histriones curet; ne miremini.
Ipse hanc acturu'st Iuppiter Comœdiam.
Quid admirati estis? quasi vero novum
Nunc proferatur, Iovem facere histrioniam.
Etiam histriones anno cum in proscenio hic
Iovem invocarunt, venit: auxilio iis fuit.

Digitized by Google

Præterea certè prodit in Tragœdia.
Hanc fabulam, inquam, hic Juppiter hodie ipſe aget.
Et ego una cum illo. Nunc vos animum advortite,
Dum hujus argumentum eloquar Comœdiæ.
Hæc urbs eſt Thebæ: in illiſce habitat ædibus
Amphitruo natus Argis ex Argo patre.
Qui cum Alcumena eſt nupta Electri filia.
Is nunc Amphitruo præfectu'ſt legionibus.
Nam cum Telebois bellum eſt Thebano poplo.
Is priuſquam hinc abiit ipſemet in exercitum,
Gravidam Alcumenam uxorem fecit ſuam.
Jam ego vos noviſſe credo ut ſit pater meus:
Quam liber harum rerum multarum ſiet,
Quantusque amator ſiet quod complacitum eſt ſemel.
Is amare occœpit Alcumenam clam virum,
Uſuramque ejus corporis cepit ſibi,
Et gravidam fecit is eam compreſſu ſuo.
Nunc, de Alcumena ut rem teneatis rectius,
Utrinque eſt gravida, & ex viro, & ex ſummo Jove.
Et meus pater nunc intus hic cum illa cubat:
Et hæc ob eam rem nox eſt facta longior,
Dum ille qua cum volt voluptatem capit.
Sed ita aſſimulavit ſe quaſi Amphitruo ſiet.
Nunc ne hunc ornatum vos meum admiremini,
Quod ego huc proceſſi ſic cum ſervili ſchema;
Veterem atque antiquam rem novam ad vos profe-
Propterea ornatus in novum inceſſi modum. (ram,
Nam meus pater intus nunc eſt; eccum, Juppiter
In Amphitruonis vortit ſe ſe imagineu.
Omnesque eum eſſe cenſent ſervi, qui vident:
Ita verſipellem ſe facit quando lubet.
Ego ſervi ſumpſi Soſiæ mihi imaginem
Qui cum Amphitruone abiit hinc in exercitum,
Ut præſervire amanti meo poſſem patri:
Atque ut ne, qui eſſem, familiares quærerent,
Verſari crebro hic quom viderent me domi.
Nunc quom eſſe credent ſervom, & conſervom ſuum,
Haud quiſquam quæret qui ſiem, aut quid venerim.
Pater nunc intus ſuo animo morem gerit:
Cubat complexus cujus cupiens maxum'eſt:
Quæ illi ad legionem facta ſunt, memorat pater
Meus Alcumenæ: at illa illum cenſet virum

Suum

Quodcunque homini accidit, libere posse retur,
Æquom esse putat, non reputat laboris quid sit,
Nec æquom anne iniquom imperet, cogitabit.
Ergo in servitute expetunt multa iniqua:
Habendum & ferendum hoc onus est cum labore.
M. Satius est me queri illo modo servitute hodie.
Qui fuerim liber, eum nunc potivit pater
Servitutis; hic qui verna natus est, queritur.
Sum vero verna verbero. S. numero mihi in mentem fuit,
Dis advenientem gratias pro meritis agere, atque alloqui.
Næ illi ædepol, si merito meo referre studeant gratias,
Aliquem hominem allegent, qui mi advenienti os occillet probe:
Quoniam bene quæ in me fecerunt, ingrata ea habui atque irrita.
M. Facit ille quod volgo haud solent, ut quid se sit dignum sciat.
S. Quod nunquam opinatus fui, neque alius quisquam civium
Sibi eventurum, id contigit, ut salvi potiremur domi.
Victores victis hostibus legiones reveniunt domum,
Duello extincto maximo, atque internecatis hostibus,
Qui multa Thebano populo acerba objecit funera.
Id vi & virtute militum victum atque expugnatum oppidum est,
Imperio atque auspicio heri mei Amphitruonis maxume,
Qui præda atque agro, adoreaque affecit populares suos.
Regique Thebano Creonti regnum stabilivit suum.
Me a portu præmisit domum, ut hæc nuntiem uxori suæ:
Ut gesserit rempublicam ductu, imperio, auspicio suo.
Ea nunc meditabor, quo modo illi dicam, quum illo advenero.
Si dixero mendacium, solens meo more fecero.
Nam quom illi pugnabant maxume, ego tum fugiebam maxume.
Verumtamen quasi affuerim simulabo, atque audita eloquar.

Sed

Sed quo modo & verbis quibus me deceat fabulari, (proloquar.
Prius ipſe mecum etiam volo hic meditari; ſic hoc
Principio ut illo advenimus, ubi primum terram tetigimus,
Continuo Amphitruo delegit viros primorum principes.
Eos legat: Telebois jubet ſententiam ut dicant ſuam.
Si ſine vi & ſine bello velint rapta & raptores tradere,
Si quæ aſportaſſent, redderent, ſe exercitum extemplo domum (ocium
Reducturum, abituros agro Argivos, pacem atque
Dare illis. ſin aliter ſient animati, neque dent quæ petat:
Seſe ipſitur ſumma vi, virisque eorum oppidum expugnaſſere.
Hæc ubi Telebois ordine iterarunt quos præfecerat
Amphitruo, magnanimi viri freti virtute, & viribus
Superbi, nimis ferociter legatos noſtros increpant.
Reſpondent, bello ſe & ſuos tutari poſſe: proinde uti
Propere de finibus ſuis exercitus deducerent.
Hæc ubi legati pertulere, Amphitruo caſtris illico
Producit omnem exercitum: contra Teleboæ ex oppido tas,
Legiones educunt ſuas, nimis pulcris armis prædi-
Poſtquam utrinque exitum eſt maxuma copia,
Diſpertiti viri, diſpertiti ordines,
Nos noſtras more noſtro & modo inſtruximus
Legiones: item hoſtes contra ſuas inſtruunt:
Deinde utrique imperatores in medium exeunt
Extra turbam ordinum, colloquuntur, ſimul
Convenit, victi utri ſint eo prœlio,
Urbem, agrum, aras, focos, ſeque uti dederent.
Poſtquam id actu'ſt, tubæ utrinque canunt: contra
Conſonat terra: clamorem utrinque efferunt.
Imperator utrinque hinc & illinc Jovi
Vota ſuſcipere, hortari exercitum:
Pro ſe quisque id quod quisque poteſt & valet,
Edit: ferro ferit: tela frangunt: boat
Cœlum fremitu virûm: ex ſpiritu atque anhelitu
Nebula conſtat: cadunt volneris vi & virium.

Digitized by Google

Denique, ut voluimus, noſtra ſuperat manus.
Hoſtes crebri cadunt: noſtri contra ingruunt.
Vicimus vi feroces.
Sed fugam in ſe tamen nemo convortitur,
Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat.
Animam omittunt, priuſquam loco demigrent:
Quiſque uti ſteterat, jacet, obtinetque ordinem.
Hoc ubi Amphitruo herus conſpicatus eſt meus,
Illico equites jubet dextera inducere.
Equites parent citi: ab dextera maxumo
Cum clamore involant, impetu alacri
Fœdant & proterunt hoſtium copias jure injuſtas.
M. Nunquam etiam quicquam adhuc verborum eſt prolocutus perperam.
Namque ego fui illic in re præſenti, & meus, quom pugnatu'ſt, pater.
S. Perduelles penetrant ſe in fugam. ibi noſtris animus eſt additus:
Vortentibus Teleboistelis complebantur corpora,
Ipſuſque Amphitruo regem Pterelam ſua obtruncavit manu.
Hæc illic eſt pugnata pugna ab uſque mane ad veſperum.
Hoc adeo hoc commemini magis, quia illo die impranſus fui.
Sed prælium id tandem diremit nox interventu ſuo.
Poſtridie in caſtra ex urbe ad nos veniunt flentes principes:
Velatis manibus orant, ignoſcamus peccatum ſuum:
Deduntque ſe, divina humanaque omnia, urbem & liberos,
In ditionem atq; arbitratum, cunctí, Thebano populo.
Poſt ob virtutem hero Amphitruoni patera donata aurea eſt,
Qui Pterela potitare rex ſolitus eſt. hæc ſic dicam heræ.
Nunc pergam heri imperium exequi, & me domum capeſſere.
M. At, at, illic huc iturus eſt, ibo ego illi obviam.
Neque ego hunc hominem hodie ad ædis has ſinam unquam accedere:
Quando imago eſt hujus in me, certum eſt hominem eludere:
Et enimvero, quoniam formam cœpi hujus in me & ſtatum,

Decet

Certe advenientem hic me hoſpitio pugnæ acceptturus eſt.
Credo miſericors eſt, nunc propterea quod me meus herus (miam.
Fecit ut vigilarem, hic pugnis faciet hodie ut dor-
Oppido interii; obſecro hercle quantus & quam validus eſt? (quar.
M. Clare advorſum fabulabor, hic auſcultet quæ lo-
Igitur magis modum in majorem in ſeſe concipiet metum. (tis:
Agite pugni, jam diu eſt quod ventri victum non da-
Jam pridem videtur factum, heri quod homines quatuor
In ſoporem collocaſtis nudos. S. formido male,
Ne ego hic nomen meum commutem, & Quintus fiam è Soſia.
Quatuor viros ſopori ſe dediſſe hic autumat;
Metuo ne numerum augeam illum. M. hem nunc jam ergo ſic volo.
S. Cingitur, certe expedit ſe. M. non feret quin vapulet.
S. Quis homo? M. quisquis homo huc profecto venerit, pugnos edet. (do.
S. Apage, non placet me hoc noctis eſſe, cœnavi mo-
Proin tu iſtam cœnam largire, ſi ſapis, eſurientibus.
M. Haud malum huic eſt pondus pugno. S. perii pugnos ponderat.
M. Quid ſi ego illum tractim tangam ut dormiat? S. ſervaveris.
Nam continuas has tres noctes pervigilavi. M. peſſumum eſt
Facinus; nequiter ferire malam male diſcit manus.
Alia forma oportet eſſe quem tu pugno legeris.
S. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. (ſeris.
M. Exoſſatum os eſſe oportet, quem probe percuſ-
S. Mirum niſi hic me quaſi murænam exoſſare cogitat,
Vltro iſtinc qui exoſſat homines. perii ſi me aſpexerit. (ego obolui?
M. Olet homo quidam malo ſuo. S. hei! numnam
M. Atque haud longe abeſſe oportet. verum longe hinc abfuit. (mihi,
S. Illic homo ſuperſtitioſus eſt. M. geſtiunt pugni

S. Si

S. Si in me exercituras; quæſo, in parietem ut primum domes.
M. Vox mihi ad aures advolavit. S. næ ego homo infelix fui,
Qui non alas intervelli: volucrem vocem geſtito.
M. Illic homo à me ſibi malam rem arceſſit jumento ſuo.
S. Non equidem ullum habeo jumentum. M. onerandus eſt pugnis probe.
S. Laſſus ſum hercle è navi, ut vectus huc ſum: etiam nunc nauſeo.
Vix incedo inanis; ne ire poſſe cum onere exiſtumes.
M. Certe enim hic neſcio, quis loquitur. S. ſalvos ſum, non me videt,
Neſcio quem loqui autumat: mihi certo nomen Soſia eſt.
M. Hinc enim mihi dextera vox auris, ut videtur, verberat.
S. Metuo vocis ne vice hodie hic vapulem, quæ hunc verberat.
M. Optume eccum incedit ad me. S. timeo: totus torpeo.
Non ædepol nunc ubiterrarum ſim ſcio, ſi quis roget.
Neque miſer me commovere poſſum præ formidine.
Licet mandata heri perierunt, una & Soſia.
Verum certu'ſt confidenter hominem contra colloqui.
Igitur qui poſſim videri huic fortis, à me ut abſtineat manum?
M. Quo ambulas tu, qui Vulcanum in cornu conclusum geris?
S. Quid id exquiris tu? qui pugnis os exoſſas hominibus? 186
M. Servos eſne, an liber? S. utcunque animo collibitum eſt meo.
M. Ain' vero? S. Ajo enimvero. M. verbero?
S. mentiris nunc jam.
M. At jam faciam ut verum dicas dicere. S. quid eo eſt opus?
M. Poſſum ſcire quo profectus, quojus ſis, aut quid veneris?
S. Hæc eo: heri mei ſum ſervos. nunquid nunc es certior? 191
M. Ego tibi iſtam hodie ſceleſtam comprimam linguam. S. haud potes.
Me pudiceque aſſervatur. M. pergin'argutarier?
Quid apud haſce ædis negotii eſt tibi? S. immo quid tibi'ſt?

M. Rex

M. Rex Creo vigiles nocturnos ſingulos ſemper locat, (domum. 196
S. Bene facit, quia nos eramus peregre, tutatu'ſt
At nunc abi ſane, adveniſſe familiares dicito.
M. Neſcio quam tu familiaris ſis: niſi actutum hinc abis,
Familiaris accipiere faxo haud familiariter.
S. Hic, inquam, habito ego, atque horum ſum ſervos M. at ſcin' quomodo? 200
Faciam ego hodie te ſuperbum, niſi hinc abis?
S. quonam modo?
M. Auferere, non abibis, ſi ego fuſtem ſumpſero.
S. Quin me eſſe hujus familiæ familiarem prædico.
M. Videſis quam mox vapulare vis, niſi actutum hinc abis. (poſtulas? 205
S. Tun' domo prohibere peregre me advenientem
M. Hæccine tua domu'ſt? S. ita, inquam. M. quis herus eſt igitur tibi? (gionibus;
S. Amphitruo, qui nunc præfectu'ſt Thebanis le-
Quîcum nupta eſt Alcumena. M. quid ais? quid nomen tibi eſt?
S. Soſiam vocant Thebani, Davo prognatum patre.
M. Næ tu iſtuc hodie malo tuo, compoſitis mendaciis, 210
Adveniſti, audaciæ columen, conſutis dolis. (dolis.
S. Immo equidem tunicis conſutis huc advenio, non
M. At mentiris etiam: certo pedibus, non tunicis venis. (dacium.
S. Ita profecto. M. nunc profecto vapula ob men-
S. Non ædepol volo profecto. M. at pol profecto ingratiis. 215
Hoc quidem profecto certu'ſt, non eſt arbitrarium.
S. Tuam fidem obſecro. M. tun'te audes Soſiam eſſe dicere,
Qui ego ſum? S. perii! M. parum etiam, præut futurum eſt, prædicas.
Quojus nunc es? S. tuus. nam pugnis uſu feciſti tuum.
Proh fidi Thebani cives! M. etiam clamas carnifex?
Eloquere, quid veniſti? S. ut eſſet quem tu pugnis cæderes.
M. Cujus es? S. Amphitruonis, inquam, Soſia.
M. ergo iſtoc magis, 222

Quia

Digitized by Google

Quia vaniloquus, vapulabis: ego sum, non tu, Sosia.
S. Ita dii faciant, ut tu potius sis, atque ego te ut verberem.
M. Etiam mattis? S. jam tacebo. M. quis tibi heru'st? S. quem tu voles.
M. Quid igitur? qui nunc vocare? S. nemo, nisi quem jusseris.
M. Amphitruonis te esse ajebas Sosiam. S. pecca-
Non Amphitruonis socium me esse volui dicere.
M. Scibam equidem nullum esse nobis, nisi me, ser-
vum Sosiam.
Fugit te ratio. S. utinam istuc pugni fecissent tui.
M. Ego sum Sosia ille, quem tu dudum esse ajebas mihi.
S. Obsecro per pacem liceat te alloqui, ut ne va-
M. Immo inducie parumper fiant, si quid vis loqui.
S. Non loquar nisi pace facta, quando pugnis plus vales.
M. Dicito quidvis, non nocebo. S. me fidei credo?
M. meæ.
S. Quid si falles? M. Tum Mercurius Sosiæ iratus
S. Animum advorte: nunc licet mihi libere quidvis loqui.
Amphitruonis ego sum servos Sosia. M. etiam de-
S. Pacem feci, fœdus feci, vera dico. M. vapula.
S. Ut lubet, quod tibi lubet, fac, quoniam pugnis plus vales.
Verum utut es facturus, hoc quidem hercle, haud reticebo tamen.
M. Tu me vivus hodie nunquam facies, quin sim So-
S. Certe ædepol tu me alienabis nunquam quin noster siem.
Nec nobis præter med alius quisquam est servos So-
Qui cum Amphitruone hinc una ieram in exercitu.
M. Hic homo sanus non est. S. quod mihi prædicas vitium id tibi est.
Quid, malum! non sum ego servos Amphitruonis
Nonne hac noctu nostra navis ex porta Persico
Venit quæ me advexit? nonne me hinc herus misit meus?
Nonne ego nunc sto ante ædes nostras? non mi est laterna in manu?
Non loquor? non vigilo? nonne hic homo me pugnis
Fecit

Fecit hercle, nam mihi etiam misero nunc male dolent. (stram domum?
Quid igitur ego dubito? aut cur non intro eo in no-
M. Quid domum vostram? S. ita enimvero. M. quin quæ dixti modo, (sum. 255
Omnia ementitus. equidem Sosia Amphitruonis
Nam noctu hac soluta est navis nostra è portu Persico. (mus:
Et ubi Pterela rex regnavit, oppidum expugnavi-
Et legiones Teleboarum vi pugnando cepimus.
Et ipsus Amphitruo obtruncavit regem Pterelam in prœlio. (illum audio. 260
S. Egomet mihi non credo, quum illæc autumare
Hic quidem certe, quæ illic sunt res gestæ, memorat memoriter.
Sed quid ais? quid Amphitruoni à Telebois datum est?
M. Pterela rex qui potitare solitus est, patera aurea.
S. Elocutus est. ubi patera nunc est? M. est in cistula, Amphitruonis obsignata signo. S. signi dic quid est?
M. Cum quadrigis sol exoriens. quid me captas, Carnufex? 266
S. Argumentis vincit, aliud nomen quærenda'st mihi:
Nescio unde hæc hic spectavit. Jam ego hunc decipiam probe. (fuit,
Nam quod egomet solus feci, nec quisquam alius af-
In tabernaculo, id quidem hodie nunquam poterit dicere. 270
Si tu Sosia es, legiones quum pugnabant maxime,
Quid in tabernaculo fecisti? victus sum, si dixeris.
M. Cadus erat vini: inde implevi hirneam. S. ingressu'st viam.
M. Eam ego, ut matre fuerat natum, vini exuxi meri.
S. Mira sunt. nisi latuit intus illic in illa hirnea.
Factum est illud, ut ego illic vini hirneam ebiberim meri. (276
M. Quid nunc? vincon'argumentis te non esse Sosiam!
S. Tu negas med esse? M. Quid ego ni negem, qui egomet siem? (cere.
S. Per Jovem juro med esse: neque me falsum di-
M. At ego per Mercurium juro tibi Jovem non credere. 281
Nam injurato scio plus credit mihi, quam jurato tibi.
S. Quis ego sum saltem, si non sum Sosia? te interrogo.
M. Ubi

Digitized by Google

M. Ubi ego Sosia nolim esse, tu esto sane Sosia.
Nunc quando ego sum, vapulabis, ni hinc abis ignobilis.
S. Certe ædepol, quom illum contemplo: & formam cognosco meam,
Quemadmodum ego sum, sæpe in speculum inspexi, simili'st nimis mei. (atque ego.
Itidem habet petasum, ac vestitum: tam consimil, est Sura, pes, statura, tonsus, oculi, nasum, dens, labra, Mala, mentum? barba, collum: totus; quid verbis opus'st? 289
Si tergum cicatricosum, nihil hoc simili est similius.
Sed quom cogito, equidem certo idem sum qui semper fui. (tio.
Novi herum: novi ædeis nostras. sane sapio & sen-
Non ego illi obtempero quod loquitur; pultabo foris.
M. Quo agis te? S. domum. M. quadrigas si nunc inscendas Jovis, (nium. 295
Atque hinc fugias, ita vix poteris effugere infortu-
S. Nonne heræ meæ nunciare, quod herus meus jussit, licet? (sinam.
M. Tuæ si quid vis nunciare, hanc nostram adire non
Nam si me irritassis, hodie lumbi fragium hinc auferes.
S. Abeo potius. dî immortales, obsecro vostram fidem! (perdidi? 300
Ubi ego perii? ubi immutatus sum? ubi ego formam
An egomet me illic reliqui, si forte oblitus sui?
Nam hic quidem omnem imaginem meam, quæ antehac fuerat, possidet. (mihi.
Vivo fit, quod nunquam quisquam mortuo faciet
Ibo ad portum, atque hæc uti sunt facta, hero dicam meo. (Juppiter, 305
Nisi & is quoque me ignorabit, quod ille faciat
Ut ego hic hodie raso capite calvos capiam pileum.

ACTUS I. SCENA II.

MERCURIUS.

BEne prospereq; hoc hodie operis processit mihi.
Amovi à foribus maxumam molestiam,
Patri ut liceret tuto illam amplexarier. (venerit,
Jam ille illuc ad herum quom Amphitruonem ad-
Narrabit servom hinc sese à foribus Sosiam 5
Amoviſſe. ille adeo illum mentiri sibi

Credet, neque credet huc profectum, ut jusserat.
Erroris ambo ego illos & dementiæ
Complebo, atque omnem Amphitruonis familiam.
Adeo usque satietatem dum capiet pater
Illius quam amat: igitur tum demum omnes scient
Quæ facta; denique Alcumenam Juppiter
Rediget antiquam conjugis in concordiam.
Nam Amphitruo actutum uxori turbas conciet,
Atque insimulabit eam probri. tum meus pater
Eam seditionem illi in tranquillum conferet.
Nunc de Alcumena dudum quod dixi minus,
Hodie illa pariet filios geminos duos,
Alter decumo post mense nascetur puer
Quam seminatus, alter mense septumo.
Eorum Amphitruonis alter est, alter Jovis.
Verum minori puero major est pater,
Minor majori. jamne hoc scitis quid siet,
Sed Alcumenæ hujus honoris gratia,
Pater curavit uno ut fœtu fieret;
Uno ut labore absolvat ærumnas duas,
Et ne in suspicione ponatur stupri,
Et clandestina ut celetur suspicio.
Quanquam, ut jamdudum dixi, rescisset tamen
Amphitruo rem omnem. quid igitur? nemo id pro-
Profecto ducet Alcumenæ. nam deum (bro
Non par videtur facere delictum suum
Suamque culpam expetere in mortalem ut sinat.
Orationem comprimam, crepuit foris.
Amphitruo subditivus, eccum, exit foras
Cum Alcumena uxore usuraria.

ACTUS I. SCENA III.

JUPPITER, ALCUMENA, MERCURIUS.

BEne vale, Alcumena. cura rem communem, quod facis. (des.
Atque imperce, quæso: menses jam tibi exactos vi-
Mihi necesse est ire hinc: verum quod erit natum tolliro. (domo
A Quid istud est, mi vir, negotii, quod tu tam subito
Abeas? I. ædepol haud quod tui me, neque domi distædeat. (ad exercitum, 6
Sed ubi SUMMUS IMPERATOR non adest

Citius

Citius quod non facto'ſt uſus, ſit, quam quod facto'eſt opus. (ſit pater.
M. Nimis hic ſcitus eſt ſycophanta, qui quidē meus
Obſervatore, quam blande mulieri palpabitur.
A. Ecaſtor, te experior, quanti facias uxorem tuam.
I. Satin' habes, ſi fœminarum nulla'ſt quam æque diligam? 15
M. Ædepol næ illa ſi iſtis rebus te ſciat operam dare,
Ego faxim te Amphitruonem eſſe malis, quam Jovem. (rier.
A. Experiri iſtuc mavellem me, quam mi memora-
Prius abis quam lectûs ubi cubuiſti, concaluit locus.
Here veniſti media nocte, nunc abis: hoccine placet?
M. Accedam atque hanc appellabo, & ſupparaſitabor patri: 17
Nunquam ædepol quemquam mortalem credo ego uxorem ſuam (perit.
Sic efflictim amare, proinde ut hic te efflictim de-
I. Carnufex, non ego te novi? abin' è conſpectu meo? (tio?
Quid tibi hanc curatio eſt rem, verbero, aut mutti-
Quoi pol ego jam hoc ſcipione. A. ah noli. I. mutito modo.
M. Nequiter pene expetivit prima paraſitatio. 23
I. Verum quod tu dicis mea uxor, non te mihi iraſci decet. (tibi:
Clanculum hùc abivi à legione, operam hanc ſurripui
Ex me primo prima ſcires, rem ut geſſiſſem publicâ
Ea tibi omnia enarravi: niſi te amarem plurimum,
Non facerem. M. facitne ut dixi? timidam palpo percutit. (dum'ſt mihi,
I. Nunc ne legio preſentiſcat, clam illic redeun-
Ne me uxorem prævortiſſe dicant præ republica. 30
A. Lacrumantem ex abitu concinnas tu tuam uxorem. I. tace. (tum diu'ſt.
Ne corrumpe oculos, redibo actutum. A. id actu-
I. Non ego te hic lubens relinquo, neque abeo abs te. A. ſentio:
Nam qua nocte ad me veniſti, eadem abis. I. cur me tenes?
Tempu'ſt; exire ex urbe, priuſquam luciſcat, volo.
Nunc tibi hanc pateram, quæ dono mî illic ob virtutem data'ſt, 36

Pterela rex qui potitavit, quem ego mea occidi manu,
Alcumena, tibi condono. A. facis ut alias res soles.
Ecastor condignum donum, quali'st qui donum dedit.
M. Imo sic condignum quali'st cui dono datu'st.
I. Pergin' autem? non ego possum, furcifer, te perdere?
A. Noli amabo, Amphitruo, irasci Sosiæ caussa mea.
I. Faciam ita ut vis. M. ex amore hic admodum quam sævus est?
I. Nunquid vis? A. ut quum absim, me ames, me tuam absentem tamen.
M. Eamus Amphitruo: luciscit hoc jam. I. abi præ, Sosia.
Jam ego sequar. nunquid vis? A. Etiam: ut actutum advenias. I. licet.
Prius tua opinione hic adero: bonum animum habe.
Nunc te, nox, quæ me mansisti, mitto, ut cedas die,
Ut mortalibus illucescas luce clara & candida.
Atque quanto nox fuisti longior hac proxima,
Tanto brevior dies ut fiat, faciam, ut æque disparet,
Et dies è nocte accedat: ibo & Mercurium subsequar.

ACTUS II. SCENA I.

AMPHITRUO, SOSIA.

AGe, i tu secundum. S. sequor, subsequor te.
A. Scelestissimum te arbitror. S. nam quam obrem? (rum est,
A. Quia id quod neque est, neque fuit, neque futu-
Mihi prædicas. S. eccere, jam tuatim
Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.
A. Quid est? quo modo? jam quidem hercle ego tibi istam
Scelestam scelus linguam abscindam. S. tuus sum:
Proinde ut commodum est & lubet, quicque facias:
Tamen, quin loquar hæc uti facta sunt hic,
Nunquam ullo modo me potes deterrere.
A. Scelestissime, audes mihi prædicare id,
Domi te esse nunc, qui hic ades? S. vera dico.
A. Malum! quod tibi dii dabunt, atque ego hodie (dabo.
S. Istuc tibi est in manu, nam tuus sum.
A. Tu me, verbero, audes herum ludificari?
Tun' id dicere audes? quod nemo unquam homo antehac

Ordine omne uti quidque actum eſt, apud hoſtes
dum ſedimus,
Ediſſertavit, tum formam una abſtulit cum nomine.
Neque lac lacti magis eſt ſimile, quam ille ego ſi-
mil'eſt mei. (domum. 55
Nam ut dudum ante lucem à portu me præmiſiſti
A. Quid igitur? S. prius multo ante ædis ſtabam
quam illo adveneram.
A. Quas malum! nugas? ſatin' tu ſanus es? S. ſic
ſum, ut vides. (manu,
A. Huic homini neſcio quid eſt mali, mala objectum
Poſtquam à me abiit. S. fateor. nam ſum obtuſus
pugnis peſſume.
A. Quis, te verberavit? S. egomet memet, qui nunc
ſum domi. 60
A. Cave quicquam, niſi quod rogabo te, mihi re-
ſponderis.
Omnium primum iſte qui ſit Soſia, hoc dici volo.
S. Tuus eſt ſervos. A. mihi quidem uno te plus
etiam eſt quam volo. (ſiam.
Neque poſtquam ſum natus, habui niſi te ſervom So-
S. At ego nunc Amphitruo dico, Soſiam ſervom
tuum (fendas domi, 66
Præter me alterum, inquam, adveniens faciam ut of-
Davo prognatum patre, eadem qua ego ſum forma,
ætate item
Qua ego ſum. quid opu'ſt verbis? geminus Soſia
hic factu'ſt tibi. (meam?
A. Nimia memoras mira. ſed vidiſtin' uxorem
S. Quin introire in ædis nunquam licitum eſt. A.
quis te prohibuit? (tudit.
S. Soſia ille, quem jam dudum dico, is qui me con-
A. Quis iſtic Soſia eſt? S. ego, inquam, quoties di-
cendum eſt tibi? 72
A. Sed quid ais? num obdormiviſti dudum? S. nuſ-
quam gentium. (ſiam.
A. Ibi forte iſtum ſi vidiſſes quendam inſomnis So-
S. Non ſoleo ego ſomniculoſe heri imperia perſequi.
Vigilans vidi, vigilans nunc te video, vigilans fabu-
lor, (tudit.
Vigilantem ille me jamdudum vigilans pugnis con-
A. Quis homo? S. Soſia inquam ego ille. quæſo
nonne intelligis? 78

A. Qui.

Digitized by Google

AM. Ædepol me uxori exoptatum credo adventurum domum, (bene,
Quæ me amat: quam contra amo: præsertim re gesta
Victis hostibus, quos nemo posse superari ratu'st:
Eos auspicio meo atque ductu, primo cœtu vicimus.
Certe enim me illi expectatum optato venturum scio. (rum meæ?
S. Quid? me non rere expectatum amicæ ventu-
AL. Meus vir hic quidem est. AM sequere hac tu me. AL. Nam quid ille revortitur? 28
Qui dudum properare sese ajebat? an ille me tentat sciens? (rem,
Atque id si volt experiri, suum abitum ut desideEcastor med haud invita se domum recipit suam.
S. Amphitruo redire ad navem meliu'st nos. AM. qua gratia? (tibus.
S. Quia domi daturus nemo est prandium advenien-
AM. Qui tibi istuc in mentem venit? S. quia enim sero advenimus. turam intellego.
AM. Qui? S. quia Alcumenam ante ædis stare sa-
AM. Gravidam ego illanc hic reliqui quum abeo.
S. hei perii miser! 36
AM. Quid tibi est? S. ad aquam præbendam commodum adveni domum, (go,
Decumo post mense, ut rationem te dictare intelli-
AM. Bono animo es. S. scin' quam bono animo sim? si situlam cepero;
Nunquam ædepol tu mihi divini quicquam creduis post hunc diem, (traxero.
Ni ego illi puteo, si occepso, animam omnem inter-
AM. Sequere hac me modo, alium ego isti rei allegabo; ne time. 42
AL. Magis nunc meum officium facere, si huic eam advorsum, arbitror. (suam,
AM. Amphitruo uxorem salutat lætus speratam
Quam omnium Thebis vir unam esse optimam dijudicat, (bam.
Quamque adeo cives Thebani vero rumificant pro-
Valuistin' usque? expectatusne advenio? S. haud vidi magis. (canem.
Expectatū: eum salutat magis haud quisquam, quam
AM. Et cum te gravidam, & cum pulcre plenam aspicio, gaudeo.

AL. Ob-

Digitized by Google

Appellare itidem ut pudicæ ſuos viros, quæ ſunt, ſo-
lent. (mi.
Eo more expertem te factam adveniens offendi do-
AL. Ecaſtor equidem te certo heri hic advenien-
tem illico
Et ſalutavi, & valuiſſesne uſque exquiſivi ſimul,
Mi vir: & manum prehendi, & oſculum tetuli tibi.
S. Tun' heri hunc ſalutaviſti? AL. & te quoque
etiam, Soſia.
S. Amphitruo, ſperavi ego iſtam tibi parituram filium:
Verum non eſt puero gravida. AM. quid igitur?
S. inſania. (riam filium.
AL. Equidem ſana ſum, & deos quæſo ut ſalva pa-
Verum tu magnum malum habebis, ſi hic ſuum offi-
cium facit:
Ob iſtuc omen, ominator, capies quod te condecet.
S. Enimvero prægnanti oportet & malum, & ma-
lum dari,
Ut quod obrodat ſit, animo ſi male eſſe occœperit.
AM. Tu me heri hic vidiſti? AL. ego, inquam, ſi vis
decies dicere.
AM. In ſomnis fortaſſe. AL. immo vigilans vigi-
lantem. AM. væ miſero mihi!
S. Quid tibi eſt? M. delirat uxor. S. atra bili per-
cita eſt.
Nulla res tam delirantis homines concinnat cito.
AM. Ubi primum tibi ſenſiſti, mulier, impliciſcier?
AL. Equidem ecaſtor ſana & ſalva ſum. AM. cur
igitur prædicas,
Te heri me vidiſſe, quia hac noctu in portum adve-
cti ſumus? (tem:
Ibi cœnavi, atque ibi quievi in navi noctem perpe-
Neque meum pedem huc intuli etiam in ædis, ut
cum exercitu (vicimus.
Hinc profectus ſum ad Teleboas hoſtis, eoſque ut
AL. Immo mecum cœnaviſti, & mecum cubuiſti.
AM. quid id eſt?
AL. Vera dico. AM. non quidem hercle de hacre,
de aliis neſcio.
AL. Primulo diluculo abiviſti ad legiones. AM. quo-
modo?
S. Recte dicit, ut commeminit; ſomnium narrat tibi.
Sed mulier, poſtquam experrecta es, prodigiali Jovi,
Aut

Digitized by Google

Aut mola falsa hodie, aut thure comprecatam oportuit.
AL. Væ capiti tuo! S. tua istuc refert, si curaveris.
AL. Iterum jam hic in me inclementer dicit; atque id sine malo? 110
AM. Tace tu: tu dic, egone abs te abii hinc hodie cum diluculo? (prælium?
AL. Quis igitur nisi vos narravit mihi, illi ut fuerit
AM. An etiam id tu scis? AL. quippe quæ ex te audivi, ut urbem maximam
Expugnavisses, regemque Pterelam tute occideris.
AM. Egone istuc dixi? AL. tute istic etiam astante hoc Sosia (audiverim?
AM. Audistin' tu me narrare hoc hodie? S. ubi ego
AM. hanc roga. S. me quidem præsente nunquam factum est quod sciam.
AM. Mirum quin te advorsus dicat. AM. Sosia, age, me huc aspice. (mihi.
S. Specto. AM. vera volo loqui te, nolo assentari
Audivistin' tu hodie me illi dicere ea, quæ illa autumat. 120
S. Quæso ædepol num tu quoque etiam insanis, cum id me interrogas?
Qui ipsus equidem nunc primum istanc tecum conspicio simul.
AM. Quin nunc, mulier, audin' illum? AL. ego vero, ac falsum dicere.
AM. Neque tu illi, neque mi viro ipsi credis. AL. eo fit quia mihi (proloquor.
Plurimum credo, & scio ista hæc facta proinde ut
AM. Tun' me heri advenisse dicis? AL. tun' te abisse hodie hinc negas? 126
AM. Nego enimvero, & me advenire nunc primum ajo ad te domum. (teram mihi
AL. Obsecro, etiamne hoc negabis? te auream pa-
Bedisse dono hodie, qua te illic donatũ esse dixeras?
AM. Neque ædepol dedi, neque dixi: verum ita animatus fui, 130
Itaque nunc sum, ut ea te patera donem. sed quis istuc tibi
Dixit? AL. ego equidem ex te audivi, & ex tua accepi manu (ror, Sosia,
Iteram. AM. mane, mane obsecro te. nimis demi-

Qui

Digitized by Google

Qui illæc illic me donatum esse aurea patera sci-
Nisi tu dudum hanc conveniisti, & narravisti hæ
omnia. (recum simul
S. Neque ædepol ego dixi, neque istam vidi, ni
AM. Quid hoc sit hominis! AL. vin' proferri pate
ram? AM. proferri volo.
AL. Fiat. tu Thessala intus pateram proferto foras
Qua hodie meus vir donavit me. AM. secede huc tu
Sosia.
Enimvero illud præter alia mira miror maxume, 14
Si hæc habet pateram illam. S. an etiam id credis
quæ in hac cistellula
Tuo signo obsignata fertur? AM. salvum signum est
S. inspice. (istanc jube
AM. Recte, ita est ut obsignavi. S. quæso quin tu
Pro cerrita circumferri? AM. ædepol quin facto es
opus.
Nam hæc quidem ædepol larvarum plena est
AL. quid verbis est opus? 14
Hem tibi pateram, eccam. AM. cedo mihi. AL. ag
aspice huc sis nunc jam,
Tu, qui quæ facta inficiare, quem ego jam hic con
vincam palam. (piter
Estne hæc patera qua donatus illic? AM. summe Jup
Quid ego video! hæc est ea profecto patera. perii
Sosia. (est
S. Aut pol hæc præstigiatrix mulier multo maxum
Aut pateram hic inesse oportet. AM. agedum eam
solve cistulam. 51
S. Quid ego istam exolvam? obsignata'st recte, res
gesta est bene. (siam.
Tu peperisti Amphitruonem, ego alium peperi So-
Nunc si pateram patera peperit, omnes congemina-
vimus. (signi quid fiet,
AM. Certum est aperire, atque inspicere. S. vide sis
Nec posterius in me culpam conferas. AM. aperi
modo, (lat.
Nam hæc quidem nos delirantes facere dictis postu-
AL. Unde hæc igitur est nisi abste, quæ mihi dono
data est? (Juppiter!
AM. Opus mi est istuc exquisito. S. Juppiter, proh
AM. Quid tibi est? S. hic patera nulla in cistula'st.
AM. quid ego audio? 160
S. Id

Digitized by Google

S. Id quod verum eſt. AM. at cum cruciatu jam, ni apparet, tuo.
AL. Hæc quidem apparet. AM. quis igitur tibi dedit. AL. qui me rogat. (vir
S. Me captas, quia tute ab navi clanculum huc alia
Præcurriſti: atque hinc pateram tute exemiſti, atque eam
Huic dediſti, poſthac rurſus obſignaſti clanculum. 165
AM. Hei mihi, jam tu quoque hujus adjuvas inſaniam. (illico
Ain'heri nos adveniſſe huc? AL. ajo, advenienſque
Me ſalutaviſti, & ego te, & oſculum tetuli tibi.
AM. Jam illud non placet principium de oſculo. pergam exequi.
AL. Laviſti. AM. quid poſteaquam lavi? AL. accubuiſti. S. euge optime. (cere.
Nunc exquire. AM. ne interpella. perge porro di-
AL. Cœna appoſita eſt, cœnaviſti mecum, ego accubui ſimul.
AM. In eodem lecto? AL. in eodem. S. hei non placet convivium. (cœnavimus?
AM. Sine modo argumenta dicat. quid poſtquam
AL. Te dormitare ajebas, menſa ablata eſt, cubitum hinc abiimus. 175
AM. Ubi tu cubuiſti? AL. in eodem lecto tecum una in cubiculo.
AM. Perdidiſti. S. quid tibi eſt? AM. hæc me modo ad mortem dedit.
AL. Quid jam, amabo? AM. ne me appella. S. quid tibi eſt? AM. perii miſer, (ditum.
Quia pudicitiæ hujus vitium me hic abſente eſt ad-
AL. Obſecro ecaſtor, cur iſtuc, mi vir, ex te d audio? (nomine. 181
AM. Vir ego tuus ſim? ne me appella falſo falſo
S. Hæret hæc res: ſiquidem hæc jam mulier facta'ſt ex viro. (tur mihi?
AL. Quid ego feci? qua iſtæc propter dicta dicam-
AM. Tute edictas facta tua, ex me quæris quid deliqueris? (fui?
AL. Quid ego tibi deliqui, ſi cui nupta ſum, tecum
AM. Tun' mecum fueris? quid illac impudente audacius? 186
Saltem tute, ſi pudoris egeas, fumas mutuum.

AL.

AL. Istuc facinus quod tu insimulas, nostro generi non decet.
Tu si me impudicitiæ captas, non potes capere.
AM. Proh di immortales! cognosein'tu me saltem, Sosia? (portu Persico?
S. Propemodum. AM. cœnavin' ego heri in navi in
AL. Mihi quoque assunt testes, qui illud quod ego dicam assentiant. 192
AM. Qui testes? AL. testes. AM. quid testiculare? AL. enim uno sat est.
Nec nobis præsente aliquis nisi servos Sosia affuit.
S. Nescio quid istuc negotii dicam, nisi quispiam est Amphitruo alius, qui forte te hic absente tamen
Tuam rem curet, teque absente hic munus fungatur tuum.
Namque de illo subditivo Sosia mirum nimis est.
Certo de istoc Amphitruone jam alterum mirum est magis. 199
Nescio quis præstigiator hanc frustratur mulierem.
AL. Per supremi regis regnum juro, & matrem familias (me,
Junonem, quam me vereri & metuere est par maxu-
Ut mî extra unum te mortalis nemo corpus corpore
Contigit, quo me impudicam faceret. AM. vera ist-hæc velim. 204
AL. Vera dico, sed nequicquam: quoniam non vis credere. (quit, decet
AM. Mulier es, audacter juras. AL. quæ non deli-
Audacem esse, confidenter pro se & proterve loqui.
AM. Satis audacter. AL. ut pudicam decet. AM tu verbis probas. (dicitur
AL. Non ego illam mihi dotem duco esse, quæ dos
Sed pudicitiam & pudorem, & sedatum cupidinem,
Deûm metûm, parentum amorem, & cognatûm concordiam: (probis.
Tibi morigera, atque ut munifica sim bonis, prosim
S. Næ ista ædepol, si hæc vera loquitur, examussim est optima. (sciam.
AM. Delinitus sum profecto ita, ut me qui sim ne-
S. Amphitruo es profecto; cave sis ne tu te usu per duis: (advenimus. 21
Ita nunc homines immutantur, postquam peregr
AM. Mulier, istam rem inquisitam certum est no amittere. AL

AL. Edepol me libente facies. AM. quid ais? re-
sponde mihi. (cratem?
Quid si adduco tuum cognatum huc à navi Nau-
Qui mecum una vectu'st una navi. atq; is si denegat
Facta, quæ tu facta dicis, quid tibi æquum est fieri?
Nunquid caussam dicis, quin te hoc multem matri-
monio? (Sosia,
AL. Si deliqui, nulla caussa est. AM. convenit, tu,
Duc hos intro. ego huc ab navi mecum adducam
Naucratem. (rum ferio, 225
S. Nunc quidem præter nos nemo est, dic mihi ve-
Ecquis alius Sosia intu'st qui mei similis siet?
AL. Abin' hinc à me dignus domino servos? S. ab-
eo, si jubes. (bitum siet
AL. Nimis ecastor facinus mirum est, qui illi colli-
Meo viro, sic me insimulare falsum facinus tam
malum.
Quicquid est, jam ex Naucrate cognato id cogno-
scam meo. 230

ACTUS III. SCENA I.

JUPPITER.

EGo sum ille Amphitruo, cui est servos Sosia.
Idem Mercurius qui sit, quando commodum'st.
In superiore qui habito cœnaculo,
Qui interdum fio Juppiter, quando lubet.
Huc autem quom ex templo adventum apporto, illico
Amphitruo fio, & vestitum immuto meum. 6
Nunc huc honoris vestri venio gratia,
Ne hanc inchoatam transigam comœdiam.
Simul Alcumenæ, quam vir insontem probri
Amphitruo accusat, veni, ut auxilium feram: 10
Nam mea sit culpa, quod egomet contraxerim,
Si id Alcumenæ innocenti huic expetat.
Nunc Amphitruonem memet, ut occœpi semel,
Esse assimilabo, atque in horum familiam
Frustrationem hodie hic injiciam maxumam. 15
Post igitur demum faciam res fiat palam:
Atque Alcumenæ in tempore auxilium feram.
Faciamque ut uno fœtu, & quod gravida est viro,
Et me quod gravida'st, pariat sine doloribus.
Mercurium jussi me continuo consequi, 20
Si quid vellem imperare; nunc hanc alloquar.

ACTUS

ACTUS III. SCENA II.

ALCUMENA, JUPPITER.

DVrare nequeo in ædibus. ita me probri,
Stupri, dedecoris à viro argutam meo!
Ea quæ sunt facta infecta refert, ac clamitat.
Quæ neque sunt facta, neq; ego in me admisi, arguit,
Atque id me susque deque esse habituram putat.
Non ædepol faciam, neque me perpetiar probri
Falso insimulatam: quin ego illum aut deseram,
Aut satisfaciat mihi, atque adjuret insuper
Nolle esse dicta quæ in me insontem protulit.
I. Faciundum est mî illud, fieri quod illæc postulat,
Si me illam amantem ad sese studeam recipere,
Quando ego quod feci, id factũ Amphitruoni obfuit
Atque ille dudum meus amor negotium
Insonti exhibuit: nunc autem insonti mihi
Illius ira in hanc & maledicta expetent.
AL. Et ecrum video illum qui me miseram arguit
Stupri, dedecoris. I. te volo, uxor, colloqui.
Quo te avortisti? AL. ita ingenium meum est,
Inimicos semper osa sum obtuerier.
I. Heja autem inimicos. AL. sic est, vera prædico,
Nisi etiam hoc falso dici insimulaturus es.
I. Nimis verecunda es. AL. Potin' es ut abstineas manum?
Nam certo si sis sanus, aut sapias satis,
Quam tu impudicam esse arbitrare & prædicas,
Cum ea tu sermonem nec joco, nec serio
Tibi habeas, nisi sis stultior stultissimo.
I. Si dixi, nihilo magis es, neque esse arbitror.
Et id huc revorti uti me purgarem tibi.
Nam nunquam quicquam meo animo fuit ægrius,
Quam postquam audivi ted esse iratam mihi.
Cur dixisti? inquies. ego expediam tibi.
Non ædepol quo te esse impudicam crederem:
Verum periclitatus animum sum tuum,
Quid faceres, & quo pacto id ferre induceres.
Equidem joco illa dixeram dudum tibi,
Ridiculi caussa; vel hunc rogato Sosiam.
AL. Quin huc adducis meum cognatum Naucratem,
Testem quem dudum te adductarum dixeras
Te huc non venisse? I. si quid dictum est per jocum,

Digitized by Google

Non æquum eſt id te ſerio prævortier.
AL. Ego illud ſcio quam doluerit cordi meo.
I. Per dexteram tuam te, Alcumena, oro, obſecro,
Da mihi hanc veniam, ignoſce, irata ne ſies.
AL. Ego iſtæc feci verba virtute irrita:
Nunc quando factis me impudicis abſtines,
Ab impudicis dictis avorti volo.
Valeas, tibi habeas res tuas, reddas meas.
Juben' mi ire comites? I. ſanan' es? AL. ſi non jubes,
Ibo egomet, comitem pudicitiam duxero.
I. Mane, arbitratu tuo jusjurandum dabo,
Me meam pudicam eſſe uxorem arbitrarier.
Id ego ſi fallo, tum te, ſumme Juppiter,
Quæſo, Amphitruoni ut ſemper iratus ſies.
AL. Ah propitius ſit potius. I. confide fore.
Nam jusjurandum verum te advorſum dedi.
Jam nunc irata non es? AL. non ſum. I. bene facis:
Nam in hominum ætate multa eveniunt hujusmodi.
Capiunt voluptates, capiunt rurſum miſerias.
Iræ interveniunt, redeunt rurſum in gratiam.
Verum iræ ſi quæ forte eveniunt hujusmodi,
Inter eos rurſum ſi reventum in gratiam eſt,
Bis tanto amici ſunt inter ſe quam prius.
AL. Primum caviſſe oportuit ne diceres;
Verum eadem ſi iſdem purgas, mihi patiunda ſunt.
I. Jube vero vaſa pura adornari mihi,
Ut, quæ apud legionem vota vovi, ſi domum
Rediſſem ſalvos, ea ego exolvam omnia.
AL. Ego iſtuc curabo. I. evocate huc Soſiam,
Gubernatorem, qui in mea navi fuit,
Blepharonem arceſſat, qui nobiſcum prandeat.
Is adeo impranſus ludificabitur
Quum ego Amphitruonem collo hinc obſtricto traham,
AL. Mirum qui ſolus ſecum ſecreto ille agat.
Atque aperiuntur ædes. exit Soſia.

ACTUS III. SCENA III.

SOSIA, JUPPITER, ALCUMENA.

AMphitruo, aſſum, ſi quid opus eſt, impera, imperium exequar.
I. Optume advenis. S. jam pax eſt inter vos quæſo duos.

Nam quia vos tranquillos video, gaudeo, & volupe
est mihi,
Atque ita servom par videtur frugi sese instituere;
Proinde heri ut sint, ipse item sit; voltum è voltu
comparet:
Tristis sit, heri si tristes: hilarus sit, si gaudeant.
Sed age, responde, jam vos redistis in concordiam?
I. Derides, qui scis hæc dudum me dixisse per jocum.
S. An id joco dixisti? equidem serio ac vero ratus.
I. Habui expurgationem, facta pax est. S. optume
est. (S. censeo.
I. Ego rem divinam intus faciam, vota quæ sunt.
I. Tu gubernatorem à navi huc evoca verbis meis
Blepharonem, ut re divina facta mecum prandeat.
S. Jam hic ero, quum illic censebis esse me. I. actutum huc redi.
A. Nunquid vis quin abeam jam intro, ut apparentur quibus opu'st?
I. I sane, & quantum potest parata fac sint omnia.
A. Quin venis, quando vis, intro: faxo haud quicquam sit moræ.
Quando istæc omnia exjurasti te mihi dixe per jocum. (decet.
I. Recte loquere, & proinde diligentem ut uxorem
Jam hi ambo, & servos & hera frustra sunt duo.
Qui me Amphitruonem rentur esse, errant probe.
Nunc tu divine fac huc assis Sosia.
Audis quæ dico, tametsi præsens non ades:
Fac Amphitruonem jam advenientem ab ædibus
Ut abigas quovis pacto. fac commentus sies.
Volo deludi illum. dum cum hac usuraria
Vxore nunc mihi morigero, hæc curata sint
Fac sis: proinde adeo, ut me velle intelligis,
Atque ut ministres mihi, mihi cum sacrificem.

ACTUS III. SCENA IV.

MERCURIUS.

COncedite atq; abscedite, omnes de via decedite.
Nec quisquam tam audax fuat homo, qui obviam
obsistat mihi. (nitarier
Nam mihi quidem ercle qui minus liceat Deo mi-
Populo, ni decedat mihi, quam servulo in comœdiis

Ille

Digitized by Google

Ille navem ſalvam nunciat, aut irati adventum ſe-
nis;
Ego ſum Jovi dicto audiens, ejus juſſu nunc huc me
affero.
Quamobrem mî magis par eſt via decedere, & con-
cedere.
Pater vocat me, eum ſequor, ejus dicto imperio ſum
audiens;
Ut filium bonum patri eſſe oportet, itidem ego ſum
Amanti ſupparaſitor, hortor, aſto, admoneo, gaudeo.
Si quid patri volupe'ſt, voluptas ea mihi multo
maxuma'ſt.
Amat, ſapit: recte facit, animo quando obſequitur
Quod omnes homines facere oportet, dum id modo
fiat bono.
Nunc Amphitruonem vult deludi meus pater; faxo
probe
Jam hic deludetur, ſpectatores; vobis ſpectantibus
Capiam coronam mî in caput, aſſimulabo me eſſe
ebrium:
Atque illuc ſurſum aſcendero; inde optume eiſ-
pellam virum.
De ſupero, quum huc acceſſerit, faciam ut ſit ma-
didus ſobrius.
Deinde illi actutum ſufferet ſuus ſervos pœnas Soſia.
Eum feciſſe ille hodie arguet, quæ ego fecero hic,
quid id mea?
Meo me æquum eſt morigerum patri, ejus ſtudio
ſervire addecet.
Sed eccum Amphitruonem, advenit; jam ille hic
deludetur probe,
Siquidem vos voltis auſcultando operam dare.
Ibo intro, ornatum capiam, qui potis decet.
Dein ſurſum aſcendam in tectum, ut illum hinc pro-
hibeam.

ACTUS IV. SCENA I.

AMPHITRUO.

NAucratem quem convenire volui, in navi nec
erat.
Neque domi, neque in urbe invenio quemquam, qui
illum viderit:
Nam omnes plateas perrepravi, gymnaſia, myropo-

Apud emporium, atque in macello, in palæstra, atque in foro.
In medicinis, in tonstrinis, apud omnis ædis sacras.
Sum defessus quæritando: nusquam invenio Naucratem.
Nunc domum ibo, atque ex uxore hanc rem pergam exquirere;
Quis fuerit, quem propter corpus suum stupri compleverit:
Nam me, quam illam quæstionem inquisitam hodie amittere,
Mortuum satius est. sed ædis occluserunt. eugepæ!
Pariter hoc fit, atque ut alia facta sunt, feriam foris.
Aperite hoc. heus ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?

ACTUS IV. SCENA II.

MERCURIUS, AMPHITRUO.

QVis ad fores est? A. ego sum. M. quid ego sum? A. ita loquor, M. tibi Juppiter
Dique omnes irati certo sunt, qui sic frangas fores.
A. Quomodo? M. eo modo, ut profecto vivas ætatem miser.
A. Sosia. M. ita sum Sosia, nisi me esse oblitum existimas.
Quid nunc vis? A. sceleste, at etiam quid velim, id tu me rogas?
M. Ita rogo, pene effregisti, fatue, foribus cardines.
An foris censebas nobis publicitus præberier?
Quid me aspectas, stolide? quid nunc vis tibi? aut quis es tu homo?
A. Verbero, etiam quis ego sim me rogitas? ulmorum acheruns?
Quem pol ego hodie ob isthæc dicta faciam ferventem flagris.
M. Prodigum te fuisse oportet olim in adolescentia.
A. Qui dum? M. quia senecta ætate à me mendicas malum.
A. Cum cruciatu tuo isthæc hodie, verna, verba funditas.
M. SACRVFICO ego tibi. A. qui? M. quia enim te macto infortunio.

Qui

Qui ſequuntur Verſus uſque ad principium Scenæ, *Vos inter vos partite*, deſunt in Vett. ſcriptis, ideoque alio characterum genere edendos curavimus.

A. *Tun' me mactes, carnufex? niſi formam dii hodie meam perdunt,*
Faxo ut bubulis coriis onuſtus ſis, Saturni hoſtia:
Ita ego te certo cruce & cruciatu mactabo. exi foras
Maſtigia. M. *larva umbratilis, tu me minis territas?*
Niſi hinc actutum fugias, ſi denuo pultaveris,
Si minuſculo digito increpuerint fores, hac tegula
Tuum deminuam caput, ut cum dentibus linguam excrees.
A. *Tun' furcifer meis me procul prohibeſſis adibus?*
Tun' meas pultare foreis? haſce illico toto demoliar cardine.
M. *Pergin'?* A. *Pergo.* M. *accipe.* A. *ſceleſte, in herum? ſi te hodie apprehendero,*
Ad id redigam miſeriarum, ut ſemper ſis miſer.
M. *Bacchanal te exercuiſſe oportuit ſenex.* A. *qui dum?*
M. *Quando tu me tuum ſervum cenſes.* A. *quid? cenſeo?*
M. *Malum tibi: prater Amphitruonem herum novi neminem.*
A. *Num formam perdidi? mirum quin me norit Soſia.*
Scrutabor: eho dic mihi, quis videor? num ſatis Amphitruo? (*ſenex,*
M. *Amphitruo? ſanusne es? nonne tibi prædictum,*
Bacchanal te exercuiſſe, quum qui ſis, alium rogites?
Abſcede, moneo, moleſtus ne ſies, dum Amphitruo
Cum uxore modo ex hoſtibus adveniens voluptatem capit.
A. *Qua uxore?* M. *Alcmena.* A. *quis homo?* M. *quotiens vis dictum? Amphitruo*
Herus meus: moleſtus ne ſies. A. *qui cum cubat?*
M. *Vide ne infortunium quæras, qui me ſic ludifices.*
A. *Dic quæſo mi Soſia.* M. *blandius. cum Alcumena.*
A. *in eademne*
Cubiculo? M. *imo ut arbitror, corpore corpus incubat.*
A. *væ miſero mihi.* (*riam*
M. *Lucri'ſt quod miſeriam deputat, nam uxorem uſu-*
Perinde eſt prabere, ac ſi agrum ſterilem ſodiendum locres.

Digitized by Google

A. Sosia. M. quid (malum) Sosia? A. num me novisti verbero?
M. Novi te hominem molestum, qui ne emas litigium.
A. adhuc
Amplius; nonne ego herus sum tuus Amphitruo?
M. tu Bacchus es,
Haud Amphitruo. quoties tibi dictum vis? num denuo?
Meus Amphitruo uno cubiculo Alcmenam complexus tenet.
Si pergas, eum hic sistam, neque sine tuo magno malo.
A. Cupio arcessi. utinam pro benefactis, dii, patriam,
Ædeis, uxorem, familiam, cum forma una perduam.
M. Arcessam equidem, sed de foribus tu interea sis vide.
Credo jam quæ volebat sacrificia ad epulum conduxit:
Si molestus sis, evades nunquam, quin te sacrusicem.

AMPHITRUO, BLEPHARO, SOSIA.

DI vostram fidem, quæ intemperia nostram agunt familiam? quæ mira
Video, postquam advenio peregre? nam verus'st, quod olim est auditum
Fabularier, mutatos Atticos in Arcadia homines,
Et savas belluas mansitasse, nec unquam denuo parentibus
Cognitos. B. quid illuc, Sosia? magna sunt, quæ mira prædicas
Ain' tu alterum te reperisse domi consimilem Sosiam?
S. Ajo, sed heus tu, quum ego Sosiam, Amphitruonem Amphitruo; quid scis an
Tu forte alium Blepharonem parias? ô di faciant, ut tu quoque
Concisus pugnis, & illisis dentibus, id impransus credas. (vit modis.
Nam ego ille alter Sosia, qui illic sum, me malis mulcavit
B. Mira profecto. sed gradus condecet grandire: nam, ut video,
Exspectat Amphitruo, & vacuus mihi venter crepitat.
A. ecquid aliena (memorant.
Fabulor? in nostro olim Thebano genere plus quam mira
Martigenam ille aggressus belluam magnus Europæ quæstor, anguineo

Re-

Digitized by Google

Repente hostéis peperit seminio: & pugnata illac pugna
Frater trudebat fratrem hasta, & galea, & nostra auctorem gentis.
Cum Veneris filia anguis repsisse tellus Epirotica
Vidit. de summo summus Juppiter sic statuit, sic fatum habet.
Optumi omnes nostrates pro clavis factis diris aguntur
Eaa istac me premunt, pertolerarem vim tantam, cladesque
Exantlarem impatibiles. S. *Blephare.* B. *quid est?* S. *nescio quid mali suspicor.*
B. *Quid?* S. *vide sis, herus salutator oppessulatas ante foreis graditur.*
B. *Nihil est, famem exspectat obambulans.* S. *curiose quidem: foreis enim*
Clausit, ne prevorteretur foras. B. *eggannis.* S. *nec gannio, nec latro.*
Si me audias, observes. nescio quid secum solus; puto
Rationes colligit: quid memoret, hinc excipiam. ne propera.
A. *Ut metuo, ne victis hostibus dì partam expungant gloriam.*
Totam miris modis nostram video turbatam familiam.
Tum vero uxor vitio, stupro, dedecore me plena enecat.
Sed de patera mirum'st: erat tamen signum obsignatum probe.
Quid enim? pugnas pugnatas prolocuta, & Pterelam oppugnatum,
Nostris occisum manibus fortiter. at, at, novi jam ludum:
Id Sosia factu'st opera, qui me hodie quoque praesentem ausit
Indigne prevertier. S. *de me locutus, & qua velim*
Hominem ne congrediamur quaeso, priusquam stomachum detexerit.
B. *Ut lubet.* A. *si illum datur hodie mastigiam apprehendere, ostendam quid sit*
Herum fallere, minis & dolis incessere. S. *audin' tu illum?* B. *audio.*
S. *Illac machina meas onerat scapulas. compellemus sis hominem.*
Scin' quid volgo dici solet? B. *quid dicturus sis, nescio:*
Quid tibi patiundum, fere harioler. S. *vetu'est adagium,*
Fames & mora

Bilem in naſum conciunt. B. *verum quidem. è loco*
compellemus
Alacre. Amphitruo. A. *Blepharonem audio. Mirum*
quid ad me veniat. (*turpia.*
Opportune tamen ſe offert, ut uxoris facta convincam
Quid? huc ad me Blepharo? B. *oblitus tam cito, quam*
diluculo
Miſiſti ad navim Soſiam, ut hodie tecum conviverem?
A. *Nuſquam factum gentium. ſed ubi illic ſceleſtus?*
B. *quis?* A. *Soſia.*
B. *Eccum illum.* A. *ubi?* B. *ante oculos. non vides?*
A. *vix video præ ira, adeo me iſtic*
Hodie delirum fecit, ne te ſacruficem, nunquam evades.
Sine me, Blepharo. B. *auſculta, precor.* A. *dic, auſcul-*
to. tu vapula. (*me*
S. *Qua de re? num ſatis tempori? non ocius quivi, ſi*
Dædaleis tuliſſem remigiis. B. *abſtine, quæſo, non po-*
tuimus
Noſtros grandius grandire gradus. A. *ſive grallato-*
rius, ſive
Teſtudineus fuerit, certum'ſt mihi hunc ſceleſtum per-
dere. (*herum,*
En tectum, en tegulas, en obductas fores, en ludificatum
En verborum ſcelus. B. *quid mali fecit tibi?* A. *ro-*
gas? ex illo
Tecto excluſum foribus, me deturbavit aditus. S *egone?*
A. *Tu. quid minitabas te facturum, ſi iſtas pepuliſſem*
fores?
Negas ſceleſte? S. *quin negem? en teſtis ampliter, qui-*
cum venio: (*miſit,*
Miſſus ſedulo, ut ad te vocatum ducerem. A. *quis te*
Furcifer? S. *qui me rogat.* A. *quando gentium?*
S. *dudum, jam pridem, modo,*
Ubi cum uxore domi rediſti in gratiam. A. *Bacchus te*
irritaſſit.
S. *Nec Bacchum ſalutem hodie, nec Cererem. tu pur-*
gari juſſeras
Vaſa, ut rem divinam faceres: & hunc me arceſſitum
mittis,
Ut tecum prandeat. A. *Blepharo, diſpeream, ſi aut*
intus adhuc fui,
Aut ſi hunc miſerim. dic ubi me liquiſti? S. *domi cum*
Alcumena conjuge.

Ego

Digitized by Google

Ego à te abiens portum versus volito, hunc tuis verbis veco.
Venimus, nec te nisi nunc video postea. A. Scelestum caput, cum uxore?
Nunquam abis, quin vapules. S. Blephare. B. Amphitruo, mitte hunc mea gratia,
Et me audias. A. en mitto. quidvis loquere. B. istic jamdudum mihi
Maxuma memoravit mira. prastigiator forte, an veneficus
Hanc excantat tibi familiam: inquire alimde, vide quid siet.
Nec ante hunc excruciatum miserum facias, quam rem intellegas,
A. Recte mones: eamus: te advorsum uxori etiam advocatum volo.

JUPPITER, AMPHITRUO, SOSIA, BLEPHARO.

QVis tam vasto impete has foreis toto convolsit cardine? (si comperero,
Quis ante adeis tantas tamdiu turbas concitat? quem
Telebois sacrificabo manibus. A. Nihil est, ut dici solet, (& Sosiam,
Quod hodie bene succedat mihi. Deserui Blepharonem,
Ut cognatum Naucratem convenirem: hunc non reperi, & illos perdidi.
Sed eos video; ibo advorsum, ut si quid habent, sciscitet. S. Blephare, illic qui (piter!
Ex adibus, herus est, hic vero veneficus. B. proh Jup-
Quid intueor? hic non est, sed ille Amphitruo, istic si fuat,
Illum sane non esse oportuit, nisi quidem sit geminus.
I. Eccum cum Blepharone Sosiam: compellabo hos prius. Sosia,
Tandem ad nos? esurio. S. dixin' tibi hunc veneficum?
A. Imo ego hunc, Thebani cives, qui domi uxorem meam,
Impudicitia impetivit, per quem teneo thesaurum stupri.
S. Here, si tu nunc esuris, ego satur pugnis ad te volito.
A. Pergin' mastigia? S. abi ad Acherontem veneficè.
A. men' veneficum?
Vapula. I. qua hospes intemperia, ut tu meum verberes? A. tuum? I. meum.

Digitized by Google

A. *Mentiris.* I. *Sosia, i intro: dum hunc sacrificio, fac paretur prandium.*

S. *Ibo. Amphitruonem (arbitror) ita comiter Amphitruo*
Accipiet, ut dudum memet ego ille alter Sosia Sosiam.
Interea dum isti certant, in popinam devortundum'st mihi:
Lances detergam omneis, omneisque trullas hauriam.
I. *tun' me.*
Mentiri ais? A. *mentiris, inquam, mea corruptor familia.*
I. *Ob istuc indignum dictum, te obstricto collo hac arripiam.*
A. *Va misero mihi.* I. *at id praecavisse oportuit.* A. *Blepharo suppetias mihi.*
B. *Consimiles sunt adeo, ut utri assim, nesciam: rixam tamen,*
Ut potest, dirimam. Amphitruo, noli Amphitruonem duello perdere.
Linque collum precor. I. *hunc tu Amphitruonem dicitas?*
B. *Quid ni? unusolim, nunc vero partus est geminus.*
Dum tu vis esse, alter quoque esse forma non desinit.
Interea quaeso collum linque. I. *linquo: sed dic mihi: videturne tibi*
Istic Amphitruo? B. *uterque quidem.* A. *proh summe Juppiter! ubi hodie*
Mihi formam adimis, pergo quarere; tun' Amphitruo?
I. *tu negas?*
A. *Pernego, quando Thebis, prater me, nemo'st alter Amphitruo.*
I. *Imo, prater me, nemo; atque adeo tu Blepharo judex sies.*
B. *Faciam id, si queo, signis palam. tu responde prius.*
A. *lubens.*
B. *Antequam cum Taphiis à te pugna sit inita, quid mandasti mihi?*
A. *Parata navi clavo hareres sedulo.*
I. *Ut si nostri fugam facerent, illuc me tuto reciperem.*
A. *Item aliud. ut bene nummatum servaretur marsupium.*
I. *Qua pecunia?* B. *tace sis tu, meum'st quarere. sciti numerum?*

I. *Ta-*

I. Talenta quinquaginta Attica. B. hic examussim rem enarrat: & tu,
Qui Philippei? A. duo millia. I. oboli vero bis totidem. S. uterque
Rem tenet probe. intus in crumena clausum alterum esse oportuit.
I. Attende sis, hac dextera (ut nosti) regem maclavi Pterelam,
Spolia ademi, & pateram, qua ille potare solitus est, in cistella
Pertuli: dono uxori meæ dedi, qui cum hodie domi lavi,
Sacrificavi, cubui. A. hei mihi, quid audio? vix apud me sum:
Vigilans quippe dormio: vigilans somnio, vivus & sanus intereo.
Ego idem ille sum Amphitruo, Gorgophones nepos, imperator Thebanorum,
Et Creontis unicus Teleboarum perduellis, qui Acarnanes
Et Taphios vi vici, & summa regem virtute bellica
Illisce præfeci Cephalum, magni Deionei filium.
I. Ego idem latrones hostes bello & virtute contudi.
Electryonem perdiderant, nostra & germanos conjugis,
Achaiam, Ætoliam, Phocidem, per freta Ionium & Ægæum, & Creticum
Vagati, vi vortebant piratica. A. di immortales, mihimet
Non credo, ita omnia, quæ facta illic, examussim loquitur. vide
Blepharo. B. unum superest: id si fuat, Amphitruones sitote gemini.
I. Quid dicas, novi: cicatricem in dextro musculo ex illoc volnere
Quod mihi impegit Pterela. B. eam quidem. A. apposite. I. viden'? en aspice.
B. Detegite, aspiciam. I. deteximus, vide. B. supreme Juppiter,
Quid intueor! utrique in musculo dextero, eodem in loco,
Signo eodem apparet probe, ut primum coivit cicatrix rufula,
Subluridæ. Rationes jacent, judicium silet, quid agam nescio.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA III.

BLEPHARO, AMPHITRUO, JUPPITER.

VOs inter vos partite: ego abeo, mihi negotium est. (censeo.
Neque ego unquam usquam tanta mira me vidisse
A. Blepharo quæso, ut advocatus mihi assis, neve abeas. B. vale. (nescio.
Quid opus'st me advocato? qui utri sim advocatus,
I. Intro ego hinc eo. Alcumena parturit. A. perii miser!
Quid ego? quem advocati jam atque amici deserunt.
Nunquam ædepol me inultus istic ludificabit, quisquis est. (eloquar.
Nam jam ad regem recta me ducam, resque ut facta
Ego pol illum ulciscar hodie Thessalum veneficum,
Qui perverse perturbavit familiæ mentem meæ.
Sed ubi ille'st? intro ædepol abiit, credo ad uxorem meam. (agam?
Qui me Thebis alter vivit miserior? quid nunc
Quem omnes mortales ignorant, & ludificant, ut lubet. (hominem aspexero,
Certum'st, introrumpam in ædibus, ubi quemque
Sive ancillam, sive servum, sive uxorem, sive adulterum; (bus.
Seu patrem, sive avum videbo, obtruncabo in ædi-
Neque me Juppiter, neque dî omnes id prohibebunt, si volent, (nunc jam.
Quin sic faciam uti constitui: pergam in ædibus

ACTUS V. SCENA I.

BROMIA *ancilla*, AMPHITRUO.

SPes atque opes vitæ meæ jacent sepultæ in pectore, (amiserim;
Neque ulla'st confidentia jam meo in corde quin
Ita mihi videntur omnia, mare, terra, cœlum, consequi, (gam, nescio.
Jam ut opprimar, ut enecer. me miseram! quid a-
Ita tanta mira in ædibus sunt facta. væ miseræ mihi!
Animo male'st. aquam velim, corrupta sum atque absumpta sum. (tis,
Caput dolet, neque audio, neque oculis prospicio sa-

Nec

Nec me miſerior fœmina'it, neque ulla videatur magis. (ſibi invocat.
Ita heræ meæ hodie contigit. nam ubi parturit, deos
Strepitus, crepitus, ſonitus, tonitrus: ut ſubito, ut propere, ut valide tonuit! 10
Ubi quisque inſtiterat, concidit crepitu. ubi neſcio quis maxima (time:
Voce exclamat: Alcumena, adeſt auxilium, ne
Et tibi, & tuis propitius cœli cultor advenit.
Exurgite, inquit, qui terrore meo occidiſtis præ metu. (gebant.
Ut jacui, exurgo. ardere cenſui ædis, ita tum conſul-
Ibi me inclamat Alcumena: jam ea res me horrore afficit. (quid velit:
Herilis prævortit metus: ocius accurro, ut ſciſcam
Atque illam geminos filios pueros peperiſſe conſpicor:
Neque noſtrum quisquam ſenſimus quum peperit: neque prævidimus.
Sed quid hoc? quis hic eſt ſenex, 20
Qui ante ædis noſtras ſic jacet? numnam hunc percuſſit Juppiter? (ſit mortuus.
Credo ædepol: nam, proh Juppiter! ſepultus eſt, quaſi
Ibo & cognoſcam quisquis eſt. Amphitruo hic quidem eſt, herus meus.
Amphitruo. A. perii. B. ſurge. A. interii. B. cedo manum. A. quis me tenet?
B. Tua Bromia ancilla. A. totus timeo, ita me increpuit Juppiter, (tu foras
Nec ſecus eſt, quam ſi ab Acheronte veniam. ſed quid
Egreſſa es? B. eadem nos formido timidas terrore impulit: 27
In ædibus, ubi tu habitas, nimia mira vidi. væ mihi
Amphitruo, ita mihi animus etiam nunc abeſt.
A. agedum expedi.
Scin' me tuum eſſe herum Amphitruonem? B. ſcio.
A. vide etiam nunc? B. ſcio. (rium.
A. Hæc ſola ſanam mentem geſtat meorum familia-
B. Imo omnes ſani ſunt profecto. A. at me uxor inſanum facit 32
ſuis fœdis factis. B. at ego faciam, ut idem aliter prædices, (ſcias.
Amphitruo, piam & pudicam eſſe tuam uxorem ut

De

Digitized by Google

De ea re ſigna atq; argumenta paucis verbis eloquar.
Omnium primum Alcumena geminos peperit filios.
A. Ain' tu geminos? B. geminos. A. di me ſervant. B. ſine me dicere,
Ut ſcias tibi tuæq; uxori deos eſſe omnes propitios.
A. Loquere. B. poſtquam parturire hodie uxor occœpit tua,
Ubi utero exorti dolores, ut ſolent puerperæ:
Invocat deos immortales, ut ſibi auxilium ferant,
Manibus puris, capite operto. ibi continuo contonat
Sonitu maximo. ædîs primo ruere rebamur tuas.
Ædes totæ confulgebant tuæ, quaſi eſſent aureæ.
A. Quæſo abſolvito hinc me extemplo, quando ſatis deluſeris.
Quid fit deinde? B. dum hæc aguntur, interea uxorem tuam
Neque gementem, neque plorantem noſtrum quisquam audivimus:
Ita profecto ſine dolore peperit. A. jam iſtuc gaudeo,
Utut erga me eſt merita. B. iſtæc mitte, atque hæc quæ dicam accipe.
Poſtquam peperit pueros, lavere juſſit nos. occœpimus.
Sed puer ille quem ego lavi, ut magnus eſt, & multum valet!
Neque eum quiſquam colligare quivit in cunabulis.
A. Nimia mira memoras: ſi iſtæc vera ſunt, divinitus
Non metuo quin meæ uxori latæ ſuppetiæ ſient.
B. Magis jam faxo mira dices. poſtquam in cunas conditu'ſt,
Devolant angues jubati deorſum in impluvium duo
Maxumi: continuo extollunt ambo capita. A. hei mihi!
B. Ne pave, ſed angues oculis omnes circumviſere.
Poſtquam pueros conſpicati, pergunt ad cunas citi.
Ego cunas receſſim rurſum vorſum trahere & ducere, (acrius
Meruens pueris, mihi formidans: tantoque angues
Perſequi. poſtquam conſpexit angues ille alter puer,
Citus è cunis exilit, facit recta in angues impetum:
Alterum altera apprehendit eos manu perniciter.
A. Mira memoras: nimis formidoloſum facinus prædicas.
Nam mihi horror membra miſero percipit dictis tuis.

Quid

Quid fit deinde? porro loquere. B. puer ambo angues enicat. (tuam.
Dum hæc aguntur, voce clara exclamat uxorem
A. Quis homo? B. ſummus imperator divum atque hominum Juppiter. 69
Iſe dixit cum Alcumena clam conſuetum cubilibus,
Eumque filium ſuum eſſe qui illos angues vicerit:
Alterum eſſe tuum dixit puerum. A. pol me haud pœnitet,
Scilicet boni dimidium mihi dividere cum Jove.
Abi domum, jube vaſa pura actutum adornari mihi,
Ut Jovis ſupremi multis hoſtiis pacem expetam. 75
Ego Tireſiam conjectorem advocabo, & conſulam
Quid faciendum cenſeat: ſimul hanc rem, ut facta eſt, eloquar.
Sed quid hoc? quam valide tonuit! di obſecro voſtram fidem!

ACTUS V. SCENA II.

JUPPITER.

BOno animo es, aſſum auxilio, Amphitruo, tibi & tuis.
Nihil eſt quod timeas; hariolos, haruſpices
Mitte omnis: quæ futura & quæ facta, eloquar:
Multo adeo melius, quam illi, quum ſim Juppiter.
Primum omnium Alcumenæ uſuram corporis 5
Cepi, & concubitu gravidam feci filio.
Tu gravidam item feciſti, quum in exercitum
Profectus. uno partu duos peperit ſimul.
Eorum alter, noſtro qui eſt ſuſceptus ſemine,
Suis factis te immortali afficiet gloria. 10
Tu cum Alcumena uxore antiquam in gratiam
Redi. haud promeruit, quamobrem vitio vorteres.
Mea vi ſubacta eſt facere. ego in cœlum migro.

ACTUS V. SCENA III.

AMPHITRUO.

FAciam ita ut jubes, & te oro, promiſſa ut ſerves tua.
Ibo ad uxorem intro; miſſum facio Tireſiam ſenem.
Nunc, ſpectatores, Jovis ſummi cauſſa clare plaudite.

FINIS AMPHITRUONIS.

ASI-

Digitized by Google

ASINARIA.

Dramatis Personæ.

LIBANUS, *servus.*
DEMÆNETUS, *senex.*
ARGYRIPPUS, *adolescens.*
CLEÆRETA, *lena.*
LEONIDA, *servus.*
PHILENIUM, *meretrix.*
DIABOLUS, *adolescens.*
PARASITUS.
ARTEMONA, *uxor.*
MERCATOR.
GREX.

ARGUMENTUM.

A Manti argento filio auxiliarier
Sub imperio vivens volt senex uxorio.
Itaque ob asinos relatum pretium Saureæ
Numerarier jussit servolo Leonidæ.
Ad amicam id fertur, cedit noctem filius.
Rivinus amens ob præreptam mulierem:
Is rem omnem uxori per Parasitum nunciat.
Accurrit uxor, ac virum è lustris rapit.

PROLOGUS.

HOc agite sultis, spectatores, nunc jam,
Quæ quidem mihi atque vobis res vortat bene,
Gregique huic, & dominis, atque conductoribus.
Face jam nunc, tu præco, omnem auritum poplum.
Age nunc reside: cave modo ne gratiis.
Nunc, quid processerim huc, & quid mihi voluerim,
Dicam: ut sciretis nomen hujus fabulæ.
Nam quod ad argumentum attinet, sane breve'st.
Nunc quod me dixi velle vobis dicere,
Dicam: Huic nomen Græce est Onagos Fabulæ.
Demophilus scripsit. MARCUS vortit barbare.
ASINARIAM volt esse, si per vos licet.
Inest lepos, ludusque in hac Comœdia.
Ridicula res est. date benigne operam mihi,
Ut vos item alias, pariter nunc, Mars adjuvet.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS I. SCENA I.

LIBANUS *servus*, DEMÆNETUS *senex*.

Sicut tuum vis unicum gnatum tuæ
Supereſſe vitæ ſoſpitem & ſuperſtitem:
Ita te obteſtor, tum per ſenectutem tuam,
Perque illam, quam tu metuis, uxorem tuam:
Si quid med erga tu hodie falſum dixeris,
Ut ubi ſuperſtes uxor ætatem fiet:
Atque illa viva, vivus ut peſtem oppetas.
D. Per deum Fidium quæris: jurato mihi
Video neceſſe eſſe eloqui, quicquid roges,
Ita me obſtinate aggreſſus, ut non audeam
Profecto, percunctanti quin promam omnia.
Proinde actutum iſtud quid ſit, quod ſcire expetis,
Eloquere: ut ipſe ſcibo, te faciam ut ſcias.
L. Dic obſecro hercle ſerio, quod te rogem.
Cave mihi mendacii quicquam. D. quin tu ergo rogas?
L. Num me illuc ducis ubi lapis lapidem terit?
D. Quid iſtuc eſt? aut ubi eſt iſtuc terrarum loci?
L. Ubi ſient nequam homines, qui polentam pranſitant.
D. Quid iſtuc ſit, aut ubi iſtuc ſit, nequeo noſcere,
Ubi ſient nequam homines, qui polentam pranſitant.
L. Apud fuſtitudinas terricrepidinas inſulas,
Ubi vivos homines mortui incurſant boves.
D. Modo pol percepi, Libane, quid iſtuc ſit loci,
Ubi ſit polenta, te ſortaſſe dicere. L. ah!
Neque hercle ego iſtuc dico, nec dictum volo.
Teque obſecro hercle, ut, quæ locutus, deſpuas.
D. Fiat, geratur mos tibi. L. age, age uſque exſcrea.
D. Etiamne? L. quæſo hercle uſque ex penitis faucibus.
(ad mortem volo.
D. Etiam? L. amplius. D. nam quouſque? L. uſque
D. Cave ſis malam rem, L. uxoris dico, non tuam.
D. Dono te obiſtuc dictum, ut expers ſis metu.
L. Di tibi dent, quæcunque optes. D. redde operam mihi:
Cur hoc ego ex te quæram? aut cur miniter tibi,
Propterea quod me non ſcientem feceris?
Aut cur poſtremo filio ſuccenſeam,

Patres ut faciunt cæteri? L. quid istuc novi est?
D. Equidem scio jam filius quod amet meus:
Istanc meretricem è proxumo Philenium.
Estne hoc, ut dico, Libane? L. rectam instas viam.
Ea res est, sed eum morbus invasit gravis.
D. Quid morbi est? L. quia non suppetunt dictis data.
D. Tune es adjutor nunc amanti filio?
L. Sum vero, & alter noster est Leonida.
D. Bene hercle facitis, & à me initis gratiam.
Verum meam uxorem, Libane, nescis qualis sit?
L. Tu primus sentis, nos tamen prænoscimus.
D. Fateor eam esse importunam atq; incommodam.
L. Posterius istuc dicis, quam credo tibi.
D. Omnes parentes, Libane, liberis suis,
Qui mihi auscultabunt, facient obsequelam jam:
Quippe qui mage amico utantur gnato & benevolo:
Atque ego me id facere studeo. volo amari à meis,
Volo me patris mei similem, qui caussa mea
Nauclerio ipse ornatu per fallaciam,
Quam amabam, abduxit ab lenone mulierem.
Neque puduit eum id ætatis sycophantias
Struere, & beneficiis me emere gnatum suum sibi.
Eos me decretum est persequi mores patris.
Nam me hodie oravit Argyrippus filius,
Uti sibi amanti facerem argenti copiam:
Et id ego percupio obsequi gnato meo.
Volo amori obsecutum illius, volo amet me patrem,
Quanquam illum mater arcte contenteque habet,
Patres ut consueverunt: ego mitto omnia hæc.
Præsertim quum is me dignum, quoi concrederet,
Habuit, me habere honorem ejus ingenio decet:
Quum me adiit, ut pudentem gnatum æquum est, patrem,
Cupio esse amicæ quod det argentum suæ.
L. Demiror quid sit, & quo evadat, sum in metu.
D. Equidem scio jam, filius quod amet meus.
L. Cupis id quod cupere te nequicquam intellego;
Dotalem servum Sauream uxor tua
Adduxit, cui plus in manu sit quam tibi.
D. ARGENTUM accepi, dote imperium vendidi.
Nunc verba in pauca conferam, quid te velim.
Viginti jam usu'st filio argenti minis.

Face

Face id ut paratum jam sit. D. unde gentium?
D. Me defraudato. L. maxumas nugas agis.
Nudo detrahere vestimenta me jubes.
Defrudem te ego? age sis, tu sine pennis vola.
Tene ego defrudem, quoi ipsi nihil est in manu?
Nisi quid tu porro uxorem defraudaveris.
D. Qua me, qua uxorem, qua tu servom Saurcam
Potes, circumduce. aufer; promitto tibi
Non offuturum, si id hodie effeceris.
L. Jubeas una opera me piscari in aëre,
Venari autem rete jaculo in medio mari.
D. Tibi optionem sumito Leonidam.
Fabricare quidvis, quidvis comminiscere.
Perficito argentum hodie ut habeat filius,
Amicæ quod det. L, quid ais tu, Demænete?
Quid si forte in insidias devenero?
Tu redimes me, si me hostes interceperint?
D. Redimam. L. tum tu igitur aliud cura quid lubet.
D. Ego eo ad forum, nisi quid vis. L. i; etiamne
ambulas?
D. Atque audin'etiam? L. ecce. D. si quid te vo-
lam, ubi eris?
L. Ubicunque lubitum fuerit animo meo.
Profecto nemo est, quem jam dehinc metuam, mihi
Ne quid nocere possit: cum mihi tua
Oratione omnem animum ostendisti tuum.
Quin te quoque ipsum facio haud magni, si hoc pa-
tro.
Pergam quo occœpi, atque ibi consilia exordiar.
D. Audin'tu? apud Archibulum ego ero argenta-
rium
L. Nempe in foro? D. ibi, si quid opus fuerit.
L. meminero.
D. Non esse servus pejor hoc quisquam potest.
Nec magis versutus, nec quo ab caveas ægrius.
Eidem homini, si quid recte curatum velis,
Mandes. moriri sese misere mavolet,
Quam non perfectum reddat quod promiserit.
Nam ego illud argentum tam paratum filio
Scio esse, quam me hunc scipionem contui.
Sed quid ego cesso ire ad forum, quod inceperam?
Ibo, atque ibi manebo apud argentarium.

ACTUS I. SCENA II.

ARGYRIPPUS *adolescens*,

Sicciñe hoc fit? foras ædibus me ejici?
Promerenti optume hoccine pretii redditur?
Bene merenti mala es, male merenti bona es.
At malo cum tuo: nam jam ex hoc loco
Ibo ego ad Tresviros, vestraque ibi nomina
Fuxo erunt: capitis te perdam ego & filiam,
Pernecebræ, pernicies, adolescentum exitium.
Nam mare haud est mare, vos mare acerimum.
Nam in mari repperi, hic elavi bonis.
Ingrata atque irrita esse omnia intellego,
Quæ dedi, & quod benefeci: at posthac tibi,
Male quod potero facere, faciam, meritoque id faciam tuo.
Ego pol te redigam eodem unde orta es, ad egestatis terminos.
Ego edepol te faciam, ut quæ fis nunc, & quæ fueris, scias.
Quæ priusquam istam adii, atque amans ego animum meum isti dedi,
Sordido vitam oblectabas pane, in pannis, inopia.
Atque ea si erant, magnas habebas omnibus dîs gratias:
Eadem nunc, quum est melius, me, cujus opera est, ignoras mala.
Reddam ego te ex fera fame mansuetem, me specta modo.
Nam isti quod succenseam ipsi, nihil est: nihil quicquam meret.
Tuo facit jussu; tuo imperio paret: mater tu, eadem hera es.
Te ego ulciscar, te ego ut digna es, perdam, atque ut de me meres.
At, sceleste, viden' ut ne id quidem me dignum esse existumat,
Quem adeat, quem colloquatur, cuique irato supplicet?
Atque eccam illecebra exit tandem; opinor hic ante ostium
Meo modo loquar quæ volam, quoniam intus non licitum est mihi.

ACTUS

ACTUS I. SCENA III.

CLEERETA *lena*. ARGYRIPPES *adoleſcens*.

UNumquodque iſtorum verbum nummis Philippeis aureis
Non poteſt auferre hinc à me, ſi quis emptor venerit
Ne recte quæ tu in nos dicis, aurum atque argentum merum 'ſt.
Finis hic apud nos eſt animus tuus clavo Cupidinis.
Remigio veloque quantum poteris, feſtina & fuge.
Quam magis te in altum capeſſis; tam æſtus te in portum refert.
A. Ego poi iſtum portitorem privabo portorio.
Ego te dehinc, ut merita es de me, & mea re, tractare exequar: (cis domo.
Quom tu me, ut meritus ſum non tractas, quæ ejiC. Magis iſtuc percipimus lingua dici, quam factis fore. (tuli:
A. Solus ſolitudine ego ted atque ab egeſtate abs-
Solus ſi ductem, referre gratiam nunquam potes.
C. Solus ductato, ſi ſemper ſolus quæ poſcam dabis:
Semper tibi promiſſum habeto hac lege, dum ſupe-
res datis. (pleri potes.
A. Qui modus dandi? nam nunquam tu quidem ex-
Modo quod accepiſti, haud multo aliquid poſt quod poſcas, paras?
C. Quid modi 'ſt? ductando, amando, nunquamne expleri potes? (rogas.
Modo remiſiſti, continuo jam ut remittam ad te
A. Dedi equidem, quod mecum egiſti. C. & tibi ego miſi mulierem.
Par pari datum hoſtimentu'ſt, opera pro pecunia.
A. Male agis mecum. C. quid me accuſas, ſi facio officium meum?
Nam NEQUE uſquam fictum, neque pictum, neque ſcriptum in poëmatis, (eſſe volt.
Ubi lena bene agat cum quiquam amante, quæ frugi
A. Mihi quidem te parcere æquum eſt tandem, ut tibi durem diu.
C. Non tu ſcis, quæ amanti parcet, eadem ſibi parcet parum.

Quaſi piſcis, itidem eſt amator lenæ; nequam e
niſi recens.
Is habet ſaccum, is ſuavitatem: eum quovis pa
condias;
Vel patinarium vel aſſum: verſes quo pacto lubet.
Is dare volt, is aliquid poſci. nam ubi de ple
promitur,
Neque ille ſcit quid det, quid damni faciat, illi
ſtudet:
Volt placere ſeſe amicæ, volt mihi, volt pediſſequa
Volt famulis, volt etiam ancillis: & quoque catu
meo (de
Subblanditur novus amator, ſe ut quum videat, ga
Vera dico. AD SUUM quemque hominem qua
ſtum eſſe æquum eſt callidum.
A. Perdidici illæc eſſe vera, damno cum magn
meo, (hibea
C. Si ecaſtor nunc habeas quod des, alia verba pe
Nunc quia nihil habes, maledictis te etiam ductar
poſtulas.
A. Non meum eſt. C. nec meum quidem edepol
ad te ut mittam gratiis.
Verum ætatis atque honoris gratia hoc fiet tui:
Quia nobis lucro fuiſti potius, quam decori tibi.
Si mihi dantur duo talenta argenti numerata in ma
num,
Hanc tibi noctem honoris cauſſa gratiis dono dabo
A. Quid, ſi non eſt? C. tibi non eſſe credam; illa
alio ibit tamen.
A. Ubi illæc quæ dedi ante? C. abuſa'ſt. nam ſi ea
durarent mihi,
Mulier mitteretur ad te: nunquam quicquam poſce-
rem.
Diem, aquam, ſolem, lunam, noctem, hæc argento
non emo:
Cætera quæque volumus uti, Græca mercamur fide.
Quum à piſtore panem petimus, vinum ex œnopolio,
Si æs habent, dant mercem: eadem nos diſciplina
ætimur.
Semper oculatæ noſtræ ſunt manus, credunt quod
vident. (plius.
Vetus eſt, nihili cocio eſt: ſcis cujus? non dico am-
A. Aliam nunc mihi orationem deſponiato præ licas:

Longe

Longe aliam, inquam, præbes nunc atque olim, quom dabam:
Aliam atque olim quom illiciebas me ad te blande ac benedice:
Tum mihi ædes quoque arridebant, cum ad te veniebam, tuæ.
Me unice unum ex omnibus te, atque illam amare, ajebas mihi:
Ubi quid dederam, quasi columbæ palli in ore ambæ meo
Ubi eratis: meo de studio studia erant vostra omnia.
Usque adhærebatis: quod ego jusseram, quod volueram,
Faciebatis: quod nolebam ac vetueram, de industria
Fugiebatis, neque conari id facere audebatis prius.
Nunc neque quid velim, neque nolim, facitis magni, pessumæ. (mu'st.
C. Non tu scis? hic noster quæstus aucupii similli-
Anceps quando concinnavit aream, offundit cibum:
Aves assuescunt. NECESSE est facere fumum, qui quærit lucrum.
Sæpe edunt: semel si sunt captæ, rem solvunt aucupi.
Iidem hic apud nos. ædis nobis area est, aucups sum ego,
Esca est meretrix, lectus illix est, amatores aves:
Bene salutando consuescunt, compellando blanditer,
Osculando, oratione vinnula, venustula.
Si papillam pertractavit, haud id est ab re aucupis.
Savium si sumpsit, sumere eum licet sine retibus.
Hæccine te esse oblitum, in ludo qui tuisti tam din?
A. Tua ista culpa est, quæ discipulum semidoctum abs te amoves. (abi.
C. Remeato audacter mercedem si eris nactus: nunc
A. Mane, mane, audi; dic quid me æquum censes pro illa tibi dare:
Annum hunc ne cum quíquam alio sit? C. tene? viginti minas.
Atque ea lege, si alius ad me prius attulerit, tu vale.
A. At ego, est etiam, priusquam abis, quod volo loqui. C. dic quod lubet.
A. Non omnino jam perii: est reliquum quo peream magis. (meas
Habeo, unde istuc tibi quod poscis dem: sed in leges

Dabo, ut ſcire poſſis, perpetuum annum hunc f
uti ſerviat, quam me, ad ſe vir
Nec quenquam interea alium admittat prorſ
C. Quin ſi tu voles, domi ſervi qui ſunt caſtrabo vir
Poſtremo ut voles nos eſſe, ſyngrapham facito a
ras.
Ut voles, ut tibi lubebit, nobis legem imponito
Modo tecum una argentum afferto; facile patiar c
tera.
Portitorum ſimillimæ ſunt januæ lenoniæ:
Si affers, tum patent: ſi non eſt quod des, ædes n
patent.
A. Interii, ſi non invenio ego illas viginti minas.
Et profecto, niſi illud perdo argentum, pereundu
eſt mihi.
Nunc pergam ad forum, atque experiar opibus
omni copia: (ro
Supplicabo, exobſecrabo, ut quemque amicum vide
Dignos, indignos adire, atque experiri certum e
mihi. (nor
Nam ſi mutuas non potero, certum eſt ſumam fœ

ACTUS II. SCENA I.

LIBANUS *ſervus.*

HErcle vero, Libane, nunc te melius eſt expergi
ſcier,
Atque argento comparando fingere fallaciam.
Jam diu eſt factum quom diſceſti ab hero, atque
abiiſti ad forum,
Igitur inveniundo argento ut fingeres fallaciam.
Ibi tu ad hoc diei tempus dormitaſti in otio.
Quin tu abs te ſocordiam omnem rejice, & ſegni-
tiem amove,
Atque ad ingenium vetus verſutum te recipis *tuum*,
Serva herum: cave tu idem faxis. alii quod ſervi ſo
lent, (runt.
Qui ad heri fraudationem callidum ingenium ge-
Unde ſumam? quem intervortam? quo hanc celo-
cem conferam?
Impetritum, inauguratum'ſt quovis admittunt *aves*.
Picus & cornix eſt ab læva; corvus porro ab dextera
Conſtadent. certum hercle eſt veſtram conſequi
ſententiam.

Sed

Digitized by Google

Sed quid hoc, quod picus ulmum tundit? non temerarium 'st: (tellego,
Cave hercle, ego quantum ex augurio auspicii intus mihi in mundo sunt virgæ, aut arienſi Saureæ.
Sed quid illuc, quod exanimatus currit hic Leonida?
Vereor, quod illic obscævavit meæ falso fallaciæ?

ACTUS II. SCENA II.

LEONIDA, LIBANUS, *servi.*

Ubi ego nunc Libanum requiram, aut familiarem filium?
Ubi ego illos lubentiores faciam, quam Lubentia 'st?
Maximam prædam & triumphum eis adfero adventu meo. (lent,
Quando mecum pariter potant, pariter scortari solent.
Hanc quidem quam nactus prædam, pariter cum illis partiam.
LI. Illic homo ædis compilavit, more si fecit suo.
Væ illi qui tam indiligenter observavit januam.
LE. Ætatem velim servire, Libanum ut conveniam modo. (ocius.
LI. Mea quidem hercle opera liber nunquam fies
LE. Etiam de tergo ducentas plagas prægnantis dabo. (geris.
LI. Largitur peculium, omnem in tergo thesaurum
LE. Nam si huic occasioni tempus sese subterduxerit;
Nunquam edepol quadrigis albis indipiscet postea:
Heram in obsidione linquet, inimicum animos auxerit. (venit, sudet,
Sed si mecum occasionem opprimere hanc, quæ obMaximas opimitates gaudio effertissimas
Suis heris ille una mecum pariet, gnatoque & patri:
Adeo ut ætatem ambo ambobus nobis sint obnoxii,
Nostro devincti beneficio. LI. vinctos nescio quos ait. (fraudis siet.
Non placet: metuo in commune ne quam frandem
LE. Perii ego oppido, nisi Libanum invenio jam, ubi est gentium. (adjungat sibi.
LI. Illic homo socium ad malam rem quærit, quem
Non placet. pro monstro extemplo est, quando qui sudat tremit.
LE. Sed quid ego hic properans concesso pedibus, lingua largior?

Digitized by Google

Quin ego hanc jubeo tacere, quæ loquens lacer
diem? (comprim
LI. Edepol hominem infelicem, qui patrona
Nam si quid scelestefecit, lingua pro illo pejerat
LE. Approperabo, ne post tempus prædæ præsidio
parem.
LI. Qua illæc præda est? ibo advorsum, atque el
ctabo quicquid est.
Jubeo te salvere voce summa, quoad vires valent.
LE. Gymnasium flagri, salveto. LI. quid agis, c
stos carceris?
LE. O catenarum colone. LI. O virgarum lascivi
LE. Quot pondo tecd esse censes nudum? LI. nc
edepol scio.
LE. Scribam ego te nescire: at pol ego qui te ex
pendi scio,
Nudus vinctus centum pondo es, quando pendes pe
pedes. 3
LI. Quo argumento istuc? LE. ego dicam, quo ar
gumento & quo modo.
Ad pedes quando alligatum est, æquum centupon
dium:
Ubi manus manicæ complexæ sunt, atque adducta
ad trabem, (que sis
Nec dependis, nec propendis, quin malus nequan
LI, Væ tibi! LE. hoc testamento servitus legat tibi
LI, Verbis velitationem fieri compendi volo. 4
Quid istuc negotii est? LE. certum est, credere
LI. audacter licet.
LE. Sis amanti subvenire familiari filio, malo
Tantum adest boni improviso verum commixtum
Omnes de nobis carnificum concelebrabuntur dies,
Libane, nunc audacia usus est nobis inventa & dolis
Tantũ facinus inveni modo ego, ut nos dicamur duc
Omnium dignissimi esse, quo cruciatus confluant.
LI. Ergo mirabar, quod dudum scapulæ gestibant
mihi, (5
Hariolari quæ occeperunt sibi esse in mundo malum.
Quicquid est eloquere. LE. magna est præda cum
magno malo.
LI. Siquidem omnes conjurati cruciamenta confe-
rant,
Habeo opinor familiarem tergum, nec quæram foris.
LE. Si

Digitized by Google

LE. Si istam firmitudinem obtines animi, salvi sumus. (publicum.
LI. Quin si tergo res solvenda est, rapere cupio
Denegabo atque obdurabo, perjurabo denique.
LE. Hem! ISTA VIRTUS est, quando usu 'st, qui malum fert fortiter. (num.
Fortiter malum qui patitur, idem post patitur bo-
LI. Quin rem actutum edisseris? cupio malum nanciscier,
LE. Placide ergo unumquidque derogita, ut acquiescam: non vides
Me ex cursura anhelitum etiam ducere? LI. age, age, mansero
Imo arbitratu, vel adeo usque dum peris. LE. ubinam est herus?
LI. Major apud forum 'st, minor hic est intus. LE. jam satis est mihi.
LI. Tum igitur tu es dives factus? LE. mitte ridicularia.
LI. Mitto. istud quod affers aures exspectant meæ.
LE. Animum advorte, ut æque mecum hæc sciæ. LI. taceo. LE. beas.
Meministin 'asinos Arcadicos mercatori Pellæo
Nostrum vendere atrienſem? L. memini, quid tum postea? (tur Saureæ
LE. Hem ergo is argentum huc remisit. quod dare-
Pro asinis. adolescens venit modo, qui id argentum attulit.
LI. Ubi is homo 'st? LE. jam devorandum censes, si conspexeris.
LI. Ita enimvero: Sed tamen tu nempe eos asinos prædicas
Vetulos, claudos, quibus subtritæ ad femina jam erant ungulæ. (meas.
LE. Ipsos, qui tibi subvectabant rure huc virgas ul-
LI. Teneo: atque iidem te hinc vexerunt vinctum rus. LE. memor es probe. (rier:
Verum in constrina ut sedebam, me insit percontaEcquem filium Stratonis noverim Demænetum?
Dico me novisse extemplo, & me ejus servum prædico (postea?
Esse, & ædis demonstravi nostras. LI. quid tum
LE. Ait se ob asinos ferre argentum atrienſi Saureæ

Vigin-

Digitized by Google

Viginti minas; sed eum sese non novisse hominem
qui siet:
Ipsum vero se novisse callide Demænetum:
Quoniam ille elocutus hæc sit. LI, quid tum!
LE. ausculta ergo; scies. (tum,
Extemplo facio facetum me, atque magnificum vi-
Dico med esse atriensem. sic hoc respondit mihi: Ego
Ego pol Sauream non novi, neque qua facie sit scio:
Te non æquum est succensere. si herum vis Demænetum;
(quin feras.
Quem ego novi, adduce: argentum non morabor.
Ego me dixeram adducturum, & me domi præsto fore.
Ille in balneas iturus est, inde huc veniet postea.
Quid nunc consilii captandum censes? dic LI. hem
istuc ago, (Sauream.
Quo modo argentum intervortam, & adventorem,
Jam hoc opus est exasciatum. nam si ille argentum
prius (mus.
Hospes huc adfert, continuo nos ambo excluſi su-
Nam me hodie senex seduxit soluin, seorsum ab ædibus.
Mihi, tibique interminatu'st nos futuros ulmeos,
Nisi hodie Argyrippo viginti essent argenti minæ.
Iussit vel nos atriensem, vel nos uxorem suam
Defraudare: dixit sese operam promissam dare.
Nunc tu abi ad forum atque herum, & narra, hæc ut
nos acturi sumus.
Te ex Leonida futurum esse atriensem Sauream,
Dum argentum afferat Mercator pro asinis. LE. faciam uti jubes. (adveneriat.
LI. Ego illum interea hic oblectabo, prius si forte
LE, Quid ais? LI. quid vis? LE pugno nisam si
tibi percussero, (105
Mox cum Sauream imitabor, caveto ne succenseas.
LI. Hercle vero tu cavebis, ne me attigas. si me
tagis,
Næ hodie malo cum auspicio nomen commutaveris.
LE. Quæso æquo animo patitor. LI. patitor tu item,
cum ego te referiam.
LE. Dico ut usus fieri. LI. dico hercle ego quoque ut
facturus sum. (contra, ut merueris, 110
LE, Ne nega. LI, quin promitto inquam hostire
LE.

Eg. Ego abeo; tu jam scio patiere. sed quis hic est? is est, (hic tene-
Ille est ipsus. jam ego recurro huc. tu hunc interea-
Volo seni narrare. Li. quin tu officium facis ergo, ac fugis?

ACTUS II. SCENA III.

MERCATOR, LIBANUS.

Ut demonstratæ sunt mihi, hasce adis esse oportet;
Demænetus ubi dicitur habitare. I, puere, pulta,
Atque atrienſem Saurcam, si est intus, evocato huc.
L. Quis nostras sic frangit fores? ohe, inquam, si quid audis.
M. Nemo etiam tetigit: sanusne es? L. at censebam attigisse,
Propterea, huc qua habeas iter. nolo ego fores conservas meas (dibus.
A te verberarier: sane ego sum amicus nostris æ-
M. Pol haud periculum est, cardines ne foribus effringantur. (debis
Si istoc extemplo tu omnibus, qui quærunt, respon-
L. Ita hæc morata est janua: extemplo janitorem 10
Clamat, procul si quem videt ire ad sese calcitronem.
Sed quid venis? quid quæritas? M. Demænetum volebam.
L. Si sit domi, dicam tibi. M. quid? ejus atrienſis?
L. Nihilo magis intus est. M. ubi est? L, ad tonsorem ire dixit.
M. Quum veniſſet, post non rediit? L. non edepol: quid volebas? 15
M. Argenti viginti minas, si adesſet, accepiſſet.
L. Qui-pro-istic? M. asinos vendidit Pellæo mercatori
Mercatu. L. scio, tu id nunc refers. jam hic credo eum assuturum (potero.
M. Qua facie vester Saurea est? si is est, jam scire
L. Macilentis malis, rufulus, aliquantum ventriosus,
Truculentis oculis, commoda statura, tristi fronte.
M. Non potuit pictor rectius describere ejus formam. 20
Atque hercle ipsum adeo contuor, quaſſanti capite incedit.

L. Qui-

LI. Quisque obviam huic hic occesserit irato, vapulabit.
Siquidem hercle Æacidinis minis animisque expletus incedit.
Si me iratus tetigerit, iratus vapulabit.

ACTUS II. SCENA IV.

LEONIDA, MERCATOR, LIBANUS.

QUid hoc est negotii? neminem meum dictum magnifacere? (venit.
Libanum in tonstrinam ut jusseram venire, is nullus
Næ ille edepol tergo & cruribus consuluit haud decore.
M. Nimis imperiosus est. LI. væ mihi hodie!
LE. salvere jussi (5
Libanum libertum. Jam manuemissus? LI. obsecro te.
LE. Næ tu hercle cum magno malo mihi obviam occessisti.
Cur non venisti, ut jusseram, in tonstrinam? LI. hic me moratu'st.
LE. Siquidem hercle nunc summum jovem te dicas detinuisse, (quam.
Atque is precator assiet, malam rem effugies nun-
Tu, verbero, imperium meum contempsisti, LI. perii! hospes. (berare. 15
M. Quæso hercle noli, Saurea, mea caussa hunc ver-
LE. Utinam nunc stimulus in manu mihi sit! M. quiesce quæso.
LE. Qui latera conteram tua, quæ occaluere plagis.
Abscede, & sine me hunc perdere, qui semper ira incendit. (furi-, 19
Cui nunquam unam rem me licet semel præcipere
Quin centies eadem imperem, atque ogganniam: itaque jam hercle
Clamore ac stomacho non queo labori suppeditare.
Iussin', sceleste, ab janua hoc stercus hinc auferri?
Iussin' columnis dejicier operas aranearum? (20
Iussin' in splendorem dari bullas has foribus nostris?
Nihil est: tanquam sic laudus sim, cum tusti est ambulandum.
Quia triduum hoc unum modo foro operam assiduam dedi.

Dum

Dum reperiam qui quæritent argentum in fœnus, hic vos.
Dormitis interea domi: atque herus in hara, haud ædibus habitat.
Hem ergo, hoc tibi. LI. hoſpes, te obſecro, defende. M Saurea, oro, (olivi
Mea cauſſa ut mittas. LE. eho, ecquis pro vectura Reſolvit? LI. reſolvit. LE. cui datum eſt? LI. Sticho vicario ipſi (eſſe.
Tuo. LE. vah! delenire apparas. ſcio mihi vicarium Neque eo eſſe ſervom in ædibus heri, qui ſit plurio quam ille ſit.
Sed vina quæ heri vendidi vinario Exærambo,
Iam pro iis ſatisfecit Sticho? LI. feciſſe ſatis opinor: Nam vidi huc ipſum adducere trapezitam Exærambum.
LE. Sic dedero prius quæ credidi, vix anno poſt exegi.
Nunc ſatagit: adducit domum etiam ultro, & ſcribit nummos. (nor.
Dromo mercedem rettulit? LI, dimidio minus opi-
LE. Quid reliquom; LI. ejebat reddere quam extemplo ſibi redditum eſſet: (tum.
Nam retineri, ut quod ſit tibi operis efficeret loca-
LE. Scyphos quos utendos dedi Philodamo, retulitne?
LI. Non etiam. LE. hem, non? ſi velis, da, commoda homini amico.
M. Perii hercle! jam hic me abegerit ſuo odio.
LI. heu jam ſatis tu.
Audin' quæ loquitur? LE. audio, & quieſco. M tandem opinor
Conticuit: nunc adeam optumum eſt, priuſquam incipit tinnire.
Quam mox mihi operam das? LE, ehem, optume: quamdudum tu adveniſti?
Non hercle te provideram. quæſo ne vitio vertas;
Ita iracundia obſtitit oculis. M. non mirum factum eſt; (eſſe intus.
Sed ſi domi eſt, Demænetum volebam. LE. negat
Verum iſtuc argentum tamen mihi ſi vis denumerare, (ram.
Repromittam iſtoc tibi nomine ſolutam rem futu-

M. Sic

M. Sic potius, ut Demæneto tibi hero præsente red-
dam.
LI. Herus istunc novit, atque herum. hic. M. hero
huic praesente reddam.
LI. Da modo meo periculo: rem salvam ego exhi-
bebo: (tam,
Nam si sciat noster senex fidem non esse huic habe-
Succenseat, quoi omnium rerum ipsus semper credit.
LE. Non magni pendo, ne duit: si non vult, sic sine
astet.
LI. Da, inquam, vah! formido miser, ne hic me tibi
arbitretur
Suasisse, sibi ne crederes. da, quæso, ac ne formida.
Salvum hercle erit. M. credam fore, dum quidem
ipse in manu habeo. (sane.
Peregrinus ego sum, Sauream non novi. LI. at nosce
M. Sit, non sit? non edepol scio, est, eum esse
oportet. (mini.
Ego certe me incerto scio hoc daturum nemini bo-
LE. Hercle istum di omnes perduint: verbo cave
supplicassis.
Ferox est, viginti minas meas tractare sese.
Nemo accipit, aufer te domum, abscede hinc, mo-
lestus ne sis.
M. Nimis iracunde. NON DECET superbum esse
hominem servum. (dicis:
LI. Malo, hercle, jam magno tuo nunc isti nec rec-
Impure, nihili, non vides irasci? LE. perge porro,
LI. Flagitium hominis, da obsecro argentum huic,
ne male loquatur.
M. Malum hercle vobis quæritis. LE. crura, hercle,
diffringentur. (rii hercle!
Age, impudice, ni istum impudicum percies LI. pe-
Scelestе, non audes mihi scelesto subvenire?
LE. Pergin' precari pessimo? M. quæ res? tum li-
bero homini
Male servus loquere? LE. vapula. M. id quidem tibi
hercle fiet,
Ut vapules, Demænetum simulac conspexero hodie.
In jus voco te. LE. non eo. M. Non is? memento.
LE. memini.
M. Dabitur pol supplicium mihi de tergo vestro.
LE. væ, te!

Tibi

Tibi quidem ſupplicium, carnifex, de nobis detur?
M. Atque etiam pro veſtris dictis maledictis pœnæ
pendentur mihi hodie.
LE. Quid, verbero? ain' tu, furcifer: herum noſmet
fugitare cenſes?
I nunc jam ad herum, quo vocas jamdudum, quo
volebas.
M. Nunc demum? tamen nunquam hinc feres ar-
genti nummum, niſi me
Dare jusſerit Demænetus. LE. ità facito, age ambula.
Iacontumeliam alteri facias, tibi non dicatur?
Tam ego homo ſum, quam tu. M. ſcilicet ita res eſt.
LE. ſequere hac ergo.
Præſiſcine hoc nunc dixerim: nemo etiam me accu-
ſavit
Merito meo, neque me Athenis eſt alter hodie quiſ-
quam,
Cui credi recte æque putent. M. fortaſſis! ſed tamen
Nunquam hodie induces, ut tibi credam hoc argen-
tum ignoto.
LUPUS eſt homo homini, non homo, quum qualis
ſit non novit.
LE. Jam nunc ſecunda mihi facis. ſcibam hinc te
capitulo hodie
Factarum ſatis pro injuria. quanquam ego ſum ſordi-
datus,
Frugi tamen ſum, nec poteſt peculium enumerari.
M. Fortaſſe! LE. etiam nunc dico: Periphanes
Rhodo mercator
Dives, abſente hero ſolus mihi talentum argenti
Soli annumeravit, & mihi credidit, neque deceptus
in eo.
M. Fortaſſe! LE. atque etiam tu quoque ipſe ſi eſſes
percunctatus
Me ex aliis, ſcio pol crederes nunc quod fers.
M. haud negaſſim.

ACTUS III. SCENA I.

CLEARETA *lena*, PHILE-
NIUM *meretrix*.

NEQUEON' ego te interdictis facere manſue-
tam meis? (ſies?
An ita tu es animata, ut qui expers matris imperii

P. Ubi piem Pietatem, si isto more moratam tibi
Postulem placere, mater, mihi quo pacto præcipis?
C. An decorum est adversari meis te præceptis?
P. quid est?
C. Hoccine est pietatem colere, matris imperium minuere?
P. Neque quæ recte faciunt culpo, neque quæ delinquunt amo.
C. Satis dicacula es amatrix. P. mater, is quæstu'st mihi:
Lingua poscit, corpus quærit, animus orat, res monet,
C. Ego te volui castigare, tu mihi accusatrix ades.
P. Neque ædepol te accuso, neque me id facere fas existumo.
Verum ego meas queror fortunas, quum illo quem amo prohibeor.
C. Ergo una pars orationis de die dabitur mihi.
P. Et meam partem loquendi, & tuam trado tibi.
Ad loquendum, atque ad tacendum tute habeas portisculum.
Quin pol si reposui remum sola ego in casteria
Ubi quiesco, omnis familiæ caussa consistit tibi.
C. Quid ais tu, quam ego unam vidi mulierem audaciſſimam?
Quoties te vetui Argyrippum filium Demæneti
Compellare aut contrectare, colloquive aut contui?
Quid dedit? quid deportari jussit ad nos? an tu tibi
Verba blanda esse aurum rere, dicta docta pro datis?
Ultro amas, ultro expetessis, ultro ad te arcessi jubes.
Illos qui dant, eos derides: qui deludunt, deperis.
An te id exspectare oportet, si quis promittat tibi,
Te facturum divitem, si moriatur mater sua?
Ecastor nobis periculum magnum & familiæ portenditur.
Dum ejus exspectamus mortem, ne nos moriamur fame.
Nunc adeo nisi mihi huc argenti affert viginti minas,
Næ ille ecastor hinc trudetur largus lacrumarum foras.
Hic dies summ'st apud me inopiæ excusatio.
P. Patiar, si cibo carere me jubeas, mater mea.
C. Non veto sed amare, qui dant, qua amentur gratia.

P. Quid

P. Quid si hic animus occupatus'st, mater, quid faciam? mone. C. hem! (tua.
Mum caput contemples, si quidem ex re consultas
P. Etiam opilio, qui pascit, mater, alienas oves.
Aliquam habet peculiarem, qui spem soletur suam.
Sine me amare unum Argyrippum, animi causa, quem volo.
C. Intro abi: nam te quidem edepol nihil est impudentius.
P. Audientem dicto, mater, produxisti filiam.

ACTUS III. SCENA II.

LEONIDA, LIBANUS: *Servi duo.*

PErfidiæ laudes gratiasque habemus merito magnas,
Quum nostris sycophantiis, dolis, astutiisque,
Scapularum confidentia, virtute almorum freti;
Qui advorsum stimulos, laminas, crucesque, compedesque,
Nervos, catenas, carceres, numellas, pedicas, bojas,
Indoctoresque acerrimos, gnarosque nostri tergi,
Qui sæpe ante in nostras scapulas cicatrices indiderunt:
Eæ nunc legiones, copiæ, exercitusque eorum,
Vi, pugnando, perjuriis nostris, eoge, potiti.
Id virtute hujus collegæ, meaque comitate
Factum est. LI. qui me vir fortior est ad sufferendas plagas?
LE. Edepol virtutes qui tuas nunc possit collaudare;
Sicut ego possim, quæ domi duellique male feciſti.
Næ illa edepol pro merito nunc tuo memorari multa possint.
Ubi fidentem fraudaveris, ubi hero infidelis fueris,
Ubi verbis conceptis sciens libenter perjuraris,
Ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis prehensus,
Ubi sæpe cassam dixeris pendens advorsus octo
Astutos, audaces viros, valentes virgatores.
LI. Fateor profecto ut prædicas, Leonida, esse vera.
Verumne edepol etiam tua quoque malefacta iterari multa
Et vero possunt. ubi sciens fideli infidus fueris:
Ubi prehensus in furto fies, & manifesto verberatus:

Digitized by Google

Ubi perjuraris, ubi ſacro manus ſis admolitus,
Ubi heris damno, moleſtiæ, & dedecori ſæpe fueris:
Ubi creditum tibi quod ſit, tibi datum eſſe pernegaris.
Ubi amicæ quam amico tuo fueris magis fidelis,
Ubi ſæpe ad languorem tua duritia dederis octo
Validos lictores, ulmeis affectos lentis virgis.
Num male relata eſt gratia? ut collegam collaudavi!
LE. Ut meque teque maxume atque ingenio noſtro decuit.
LI. Jam omitte iſta, atque hoc quod rogo reſponde.
LE. rogita quod vis,
Argenti viginti minas habeſne? LE. hariolare.
Edepol ſenem Demænetum lepidum fuiſſe nobis.
Ut affimulabat Sauream meâ eſſe, quam facete!
Nimis ægre riſum continui, ubi hoſpitem inclamavit,
Quod ſe abſente mihi fidem habere noluiſſet.
Ut memoriter me Sauream vocabat atrienſem!
LI. Manedum, LE. quid eſt? LI. Philenium eſtne hæc quæ intus exit?
Atque Argyrippus una. LE. os opprime: is eſt. etiam ſubauſcultemus.
Lacrumantem lacinia tenet lacrumans. quidnam eſſe dicam? (tem venit.
Tacite auſcultemus, LI. attate! modo hercle in men-
Nimis vellem habere perticam. LE. quoi rei? LI. qui verberarem
Aſinos, ſi forte occœperint clamare hinc ex crumina.

ACTUS III. SCENE III.

ARGYRIPPUS, PHILENIUM, LIBANUS, LEONIDA.

CUr me retentas nunc? P. quia tui amans abeuntis egeo. (neres.
A. Vale. P. aliquanto amplius valerem, ſi hic ma-
A. Salve. P. ſalvere me jubes, quoi tu abiens affers morbum.
A. Mater ſupremum mihi tua dixit, domum ire juſſit.
P. Acerbum funus filiæ facit, ſi te carendum eſt.
LI. Homo hercle hinc excluſu'ſt foras. LE. itares eſt. A. mitte quæſo.

P. Quo

Digitized by Google

P. Quo nunc abis? quin tu hic manes? A. nox si voles manebo.
LI. Audin' tu hunc? opera ut largus est nocturna, nunc enim hic est
Negotiosus interdius. videlicet Solon est,
Leges ut conscribat, quibus se populus teneat. gerra.
Qui sese parere apparent hujus legibus, profecto
Nunquam bonæ frugi sient, dies noctesque potent.
LE. Næ iste hercle ab ista non pedem discedat, si licessit,
Qui nunc festinat, atque ab hac minatur sese abire.
LI. Sermoni jam finem face tuo: hujus sermonem accipiam.
A. Vale P. quo nunc properas? A. bene vale: apud Orcum te videbo. (dicabo.
Nam equidem nec jam, quantum potest, à vita abju-
P. Cur tu obsecro immerito meo me morti dedere optas?
A. Ego te? quam si intellegam deficere vita, jam ipse
Vitam meam tibi largiar, & de mea ad tuam addam.
P. Cur ergo minitaris tibi te vitam esse amissurum?
Nam quid me facturam putas, si istuc quod dicis, faxis? (in te faxis,
Mihi certum est, efficere in me omnia eadem quæ tu
A. O melle dulci dulcior mihi tu es. P. certe enim tu vita es
Mihi. complectere. A. facio lubens. P. Utinam sic esseramur!
LE. O Libane, UT MISER est homo qui amat?
LI. imo hercle vero, (culum feci.
Qui pendet, multo est miserior. LE. scio, qui peri-
Circumsistamus: alter hinc, hinc alter appellemus.
LI. Here, salve. sed num sumus est hæc mulier, quam amplexare?
A. Qui dum? LI. quia oculi sunt tibi lacrumantes, eo rogavi.
A. Patronus qui vobis fuit futurus, perdidistis.
LI. Equidem hercle nullum perdidi: ideo, quia nunquam ullum habui.
LE. Philenium, salve. P. dabunt dî, quæ velitis, vobis.
LI. Noctem tuam & vini cadum velim, si optata fiant.
A. Verbum cave faxis, verbero. LI. tibi equidem. non mihi opto.

Digitized by Google

A. Tum tu igitur loquere quod lubet. LI. hunc hercle verberare.
LE. Quisnam istuc accredat tibi, cinæde calamistrate?
Tun' verberes, qui pro cibo habeas te verberari?
A. Ut vestræ fortunæ meis præcedunt, Libane, longe,
Qui hodie nunquam ad vesperum vivam! LI. quapropter quæso?
A. Quia ego hanc amo, & hæc me amat: huic quod ego dem, nusquam quicquam est.
Hinc med amantem ex ædibus delegit hujus mater.
Argenti viginti minæ me ad mortem appulerunt,
Quas hodie adolescens Diabolus ipsi daturus dixit:
Ut hanc ne quoquam mitteret, nisi ad se hunc annum totum.
Videtin' viginti minæ quid pollent, quidve possunt?
Ille, qui illas perdit, salvos est: ego, qui non perdo, pereo.
LI. Jam dedit argentum? A. non dedit. LI. bono animo es, ne formida.
LE. Secede huc, Libane, te volo. LI. si quid vis. A. obsecro vos,
Eadem istac opera suavius est complexos fabulari.
LI. NON OMNIA eadem æque omnibus, here, suavia esse scito:
Vobis est suave amantibus complexos fabulari:
Ego complexum hujus nihil moror. LE. meum autem hæc aspernatur.
Proinde istud facias ipse, quod faciamus nobis suades.
A. Ego vero, & quidem edepol lubens. interea si videtur,
Concedite istuc. LE. vin' herum deludi? LI. dignu' st sane.
LE. Vin' faciam ut me Philenium præsente hoc amplexetur?
LI. Cupio hercle. LE. sequere hac. A. ecquid est salutis? satis locuti. (vorate,
LE. Auscultate, atque operam date, & mea dicta de-
Primum omnium servos tuos nos esse non negamus:
Sed si tibi minæ viginti argenti proferentur,
Quo nos vocabis nomine? A. libertos. LE. non patronos?
A. Id potius. LE. viginti minæ hic insunt in hac crumina.

Hic

flasego, si vis, tibi dabo. A. di te servassint semper.
Custos herilis, decus populi, Thesaurus copiarum,
Sales interioris hominis, amorisque imperator. 66
Hic pone, hic istam colloca cruminam in collo plane.
LE. Nolo ego te, qui herus sis mihi, omnis istuc sustinere.
A. Quin tu labore liberas te, atque istam imponis in me.
LE. Ego bajulabo: tu, ut decet dominum, ante me ito inanis. 70
A. Quid nunc? quid est? quin tradis hanc cruminam pressatum herum?
LE. Hanc, cui daturus hanc, jube petere atque orare mecum. (care
Nam istuc proclive est, quod jubes, me plane collo-
P. Da meus ocellus, mea rosa, mi anime, da mea voluptas,
Leonida, argentum mihi, ne nos dejunge amanti. 75
LE. Dic igitur me tuum passerculum, gallinam, coturnicem,
Agnellum, hœdillum me tuum dic esse, vel vitellum:
Prehende auriculis, compara labella cum labellis.
A. Ten' osculetur, verbero? LE. quam vero indignum visum est!
Atqui pol hodie non feres, ni genua confricantur. 80
A. Quidvis egestas imperat: fricentur, da nunc quod oro.
P. Age, mi Leonida, obsecro fer amanti hero salutem.
Redime isto beneficio te ab hoc, & tibi eme hunc (meum, hodie
isto argento.
LE. Nimis bella es atque amabilis: & si hoc esset
Nunquam me orares quin darem; illum te orare melius est. 85
Illic hanc mihi servandam dedit. i sane, bella, belle.
Cape hoc sis, Libane. A. furcifer etiam me delusisti?
LE. Numquam hercle facerem, genua ni tam nequiter fricares.
Agesis tu in partem nunc jam hunc delude, atque amplexare hanc. (aggredimur. 90
DI. Taceas. me spectes. A. quin ad hunc Philenium
Virum quidem pol optimum, & non similem foris
hujus. (cabunt.
LI. Inambulandum est: nunc mihi viciſſim suppli-

Digitized by Google

A. Quæſo hercle, Libane, ſis herum tuis factis ſo-
ſpitari,
Da mihi iſtas viginti minas, vides me amantem egere.
Li. Videbitur; factum volo, redito huc conticinio.
Nunc iſtanc tantiſper jube ſis petere atque orare
mecum.
P. Amandone exorarier vis te, an oſculando?
Li. Enim vero utrumque. P. ego obſecro te, & tu
utrumque noſtrum ſerva.
A. Mi Libane, mi patrone, mihi trade iſtuc. magis
decorum'ſt (tare.
Libertum potius, quam patronum, onus in via por-
P. Mi Libane, ocellus aureus, donum decuſq; amoris,
Amabo, faciam quod voles, da iſtuc argentum nobis.
Li. Dic igitur me anaticulam, columbam, vel catel-
lum,
Hirundinem, monedulam, paſſerculum, putillum.
Fac proſerpentem beſtiam me, duplicem ut habeam
linguam. (complecte.
Circumdatoque me brachiis: meum collum cir-
A. Ten' complectatur, carnufex? Li. quam vero in-
dignus videor!
Ne iſtuc nequicquam dixeris tam indignum dictum
in me: (ſperes.
Vehes pol hodie me, ſiquidem hoc argentum ferre
A. Ten' ego veham? Li. tun' hoc feras argentum
hinc aliter à me?
A. Perii hercle! ſi verum quidem eſt & decorum, he-
rum vehere ſervom.
Inſcende. Li. ſic iſti ſolent ſuperbi ſubdomari.
Aſta igitur, ut conſuetus es puer olim. ſcin' ut dicam?
Hem ſic. abi: laudo. nec te equo magis eſt equus ul-
lus ſapiens.
A. Inſcende actutum. Li. ego fecero. hem, quid
iſtuc eſt? ut tu incedis!
Demam hercle jam tibi de ordeo, tolutim ni badizas.
A. Amabo. Libane, jam ſat eſt. Li. nunquam her-
cle hodie exorabis. (clivom,
Nam jam calcari quadrupedem agitabo advorſum
Tum poſtea ad piſtores dabo, ut ibi cruciere currens.
Aſta, ut deſcendam nunc jam in proclivi, quanquam
nequam es. (ambo deluſiſtis,
A. Quid nunc? quoniam ambo, ut eſt libitum, nos

Da-

Datine argentum? LI. siquidem mihi statuam & aram statuis,
Atque ut Deo mihi hic immolas bovem: nam ego tibi Salus sum.
LE. Etiam tu, here, istunc amoves abs te, atque ipse me aggredire?
Atque illa tibi quæ hic jusserat, mihi statuis, supplicasque?
LI. Quem te autem nominem Deum? LE. Fortunam.. atque Obsequentem.
Jam istoc es melior. LI, an quid est olim homini salute melius?
A. Licet laudem Fortunam, tamen ut ne Salutem culpem.
P. Ecastor ambæ sunt bonæ. A. sciam, ubi boni quid dederint.
LE. Opta id, quod, ut contingat, tibi vis. A. quid si optaro? LE. eveniet.
A. Opto annum hunc perpetuum mihi hujus operas. LE. impetrasti.
A. Ain' vero? LE. certe, inquam, LI. ad me adi, vicissim, atque experire.
Exopto id quod vis maxume tibi evenire, fiet.
A. Quid ego aliud exoptem amplius, nisi illud cujus inopia'st,
Viginti argenti commodas minas, hujus quas dem matri? (tingent.
LI. Dabuntur: animo sis bono face: exoptata ob-
A. UT CONSUEVERE, homines Salus frustratur & Fortuna.
LE. Ego caput huic argento fui hodie reperiundo.
LI. Ego pes fui. A. quin nec caput, nec pes sermonum apparet.
Nec quid dicatis, nec me cur ludatis scire possum.
LI. Satis jam delusum censeo: nunc rem ut est eloquamur.
Animum, Argyrippe, advorte sis. pater nos ferre hoc jussit
Argentum ad te. A. ut tempore oportuneque attulistis! (partæ:
LI. Hic inerunt viginti minæ bonæ, mala opera
Has tibi nos pactis legibus dare jussit. A. quid id est quæso?

Li. Noctem hujus & cœnam sibi ut dares. A. jube advenire quæso.
Meritissimo ejus quæ volet faciemus, qui hosce amores
Nostros dispulsos compulit. Le. *patieris. Argyrippe*,
Patrem hanc amplexari tuum? A. hæc facile faciet ut patiar.
Leonida, curre obsecro; patrem huc orato ut veniat.
Li. Jamdudum est intus. A. hac quidem non venit.
Li. angiporto.
Illac per hortum circuit clam, ne quis se videret
Huc ire familiarium: ne uxor resciscat, metuit.
De argento si mater tua sciat ut sit factum A. heja!
Benedicite. ite intro cito. valete. Le. & vos amate.

ACTUS IV. SCENA I.

DIABOLUS *adolescens*, PARASITUS.

AGedum, istum ostende quem conscripsti syngraphum.
Inter me & amicam & lenam: leges perlege.
Nam tu poëta es prorsus ad eam rem unicus.
P. Horrescet faxo lena, leges quum audiet.
D. Age quæso mi hercle translege. P. audin'? D. audio.
P. Diabolus Glauci filius Cleæretæ
Lenæ dedit dono argenti viginti minas,
Philenium ut secum esset noctes & dies
Hunc annum totum. D. neque cum quisquam alio quidem.
P. Addone? D. adde: & scribas, vide, plane & probe.
P. Alienum hominem intromittat neminem.
Quod illa aut amicum aut patronum. D. neminem.
P. Aut quod illa amicæ suæ amatorem prædicet:
Fores occlusæ omnibus sient, nisi tibi
In foribus scribat, OCCUPATAM esse se.
Aut quod illa dicat peregre allatam epistolam,
Ne epistola quidem ulla uspiam in ædibus,
Nec cerata adeo tabula. & si qua inutilis
Pictura sit, eam vendat. ni quatriduo
Abalienarit, quo abs te argentum acceperit,
Tuus arbitratus sit; comburas, si velis.
Ne illi sit cera, ubi facere possit literas.
Vocet convivam neminem illa; tu voces,

Ad

Ad eorum ne quem oculos adjiciat suos.
Si quem alium aspexit, cœca continuo fiet.
Tecum una postea æque pocula potitet.
Abs ted accipiat, tibi propinet, tu bibas. (cet.
Ne illa minus, aut plus quam tu, sapiat. D. satis pla-
P. Suspiciones omnes abs se segreget,
Neque illæc ulli pede pedem homini premat.
Cum surgat, non in lectum inscendat proximum,
Neque cum descendat, inde det cuiquam manum.
Spectandum ne cui annulum det, neque roget.
Talos ne cuiquam homini admoveat, nisi tibi.
Quum jacet, Te, ne dicat: nomen nominet.
Deam sibi invocet, quam lubebit, propitiam,
Deum nullum. si magis religiosa fuerit,
Tibi dicat. tu pro illa ores, ut sit propitius.
Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat:
Post, si lucerna extincta est, nequid sui
Membri commoveat quicquam in tenebris. D. optu-
mum est:
Ita scilicet facturam: verum in cubiculo
Deme istuc: equidem illam moveri gestio.
Nolo habere illam caussam, & votivam dicere.
P. Scio, captiones metuis. D. verum. P. ergo, ut
jubes, (dio.
Tollam. D. quidni? P. audi reliqua. D. loquere, au-
P. Neque ullum verbum faciat perplexabile,
Neque ulla lingua sciat loqui nisi Attica.
Forte si tussire occœpsit, ne sic tussiat,
Ut cuiquam linguam in tussiendo proferat.
Quod illa autem simulet, quasi gravedo profluat,
Hoc ne sic faciat: tu labellum abstergeas
Potius, quam cuiquam savium faciat palam.
Nec mater læna ad vinum accedat interim,
Nec ulli verbo maledicat. si dixerit,
Hæc multa ei esto: vino viginti dies
Ut careat. D. pulcre scripsti: scitum syngraphum!
P. Tum si coronas, ferta, unguenta jusserit
Ancillam ferre Veneri aut Cupidini,
Tuus servos servet, Venerine eas det, an viro.
Si forte pure velle habere dixerit,
Tot noctes reddat spurcas, quot puras habuerit.
Hæc sunt non nugæ: non enim mortualia.
D. Placent profecto leges. sequere intro. P. sequor.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA IX.

DIABOLUS, PARASITUS.

SEquere hac, egon' hæc patiar? aut taceam? emori
Me malim, quam hæc non ejus uxori indicem.
Ain' tu? apud amicam munus adoleſcentuli
Fungare? uxori excuſes te, & dicas ſenem? (ſ
Præripias ſcortum amanti, atque argentum objicias
Lenæ? ſuppiles clam domi uxorem tuam?
Suſpendas potius me, quam tacita hæc tu auferas.
Iam quidem, hercle, ad illam hinc ibo, quam tu propediem,
Niſi quidem illa ante occupaſſit te, effliges ſcio,
Luxuriæ ſumptus ſuppeditare ut poſſies.
P. Ego ſic faciundum cenſeo. me honeſtius'ſt
Quam te palam hanc rem facere, ne illa exiſtumet
Amoris cauſſa percitum id feciſſe te
Magis quam ſua cauſſa. D. at pol, quin dixti rectius.
Tu ergo fac ut illi turbas, lites concias,
Cum ſuo ſibi gnato unam ad amicam de die
Potare, illam expilare jam. P. ne me mone.
Ego iſtud curabo. D. at ego te opperiar domi.

ACTUS V. SCENA I.

ARGYRIPPUS *adoleſcens*, DEMÆNETUS *ſenex*.

AGedum, decumbamus ſis, pater. D. ut juſſeris,
Mi gnate, ita fiet. A. pueri, menſam apponite.
D. Nunquid nam tibi moleſtum eſt, gnate mi, ſi hæc nunc mecum accubat?
A. Pietas, pater, oculis dolorem prohibet. quanquam ego iſtanc amo,
Poſſum equidem inducere animum, ne ægre patiar, quia tecum accubat.
D. DECET verecundum eſſe adoleſcentem, Argyrippe, A. edepol, pater,
Merito tuo facere poſſum. D. age ergo hoc agitemus convivium (volo
Vino & ſermone ſuavi. nolo ego metui, amari ma-
Mi gnate me abſte. A. pol ego utrunque facio, ut æquum eſt filium.
D. Credam iſtuc, ſi eſſe te hilarum videro. A. an tu eſſe me triſtem putas?

B. Pa-

Digitized by Google

D. Putem ego? quem videam æque eſſe mœſtum, ac quaſi dies ſi dicta ſit. (dixero.
A. Ne dixis iſtuc. D. ne ſic fueris, ilico ego non
A. Hem aſpecta: rideo. D. utinam, male qui mihi volunt, ſic rideant!
A. Scio equidem quamobrem me, pater, tu triſtem credas nunc tibi;
Quia iſtæc eſt tecum: atque ego quidem hercle ut verum tibi dicam, pater,
Ea res male habet: at non eo, quin tibi non cupiam quæ velis: (poſſim perpeti.
Verum iſtam amo. aliam tecum eſſe quidem facile
D. At ego hanc volo. A. ergo ſunt quæ exoptas; mihi quæ ego exoptem volo.
D. Unum hunc diem perpetere quoniam tibi poteſtatem dedi, (copiam.
Cum hac annum ut eſſes, atque amanti argenti feci
A. Hem iſtoc me facto tibi devinxti. D. quin te ergo hilarum das mihi.

ACTUS V. SCENA II.

ARTEMONA *mulier*, PARASITUS, DEMÆNETUS, ARGYRIPPUS, PHILENIUM *meretrix*.

AIn' tu, meum virum hîc potare, obſecro, cum filio?
Et ad amicam detuliſſe argenti viginti minas?
Meoque filio ſciente id facere flagitium patrem?
PA. Neque divini, neque mi humani poſthac quicquam accreduas, (ſi
Artemona, ſi hujus rei me eſſe mendacem inveneris.
ART. At ſceleſta ego præter alios meum virum fui rata (xume.
Siccum, frugi, continentem, amantem uxoris ma-
PA. At nunc dehinc ſcito illum ante omnes minimi mortalem preci: (uxoris ſuæ.
Madidum, nihili, incontinentem atque oſorem
ART. Pol ni vera iſta eſſent, nunquam faceret ea quæ nunc facit. (per ſum frugi ratus.
PA. Ego quoq; hercle illum antehac hominem ſem-
Verum hoc facto ſeſe oſtendit, qui quidem cum filio
Potet una, atq; una amicam ducat decrepitus ſenex.
ART. Hoc ecaſtor eſt, quod ille it ad cœnam cotidie.

Ais

Ait ſeſe ire ad Archidemum, Chæream, Chærestra-
tum, (ſthenem;
Cliniam, Chremem, Cratinum, Diniam, Demo-
Is apud ſcortum corruptelæ & liberis luſtris ſtudet.
PA. Quin tu illum jubes ancillas rapere ſublimem
domum? 18
ART. Tace modo. næ illum ecaſtor miſerum ha-
bebo! PA. ego iſtuc ſcio
Ita fore illi, dum quidem cum illo nupta eris.
ART. ego cenſeo (clientibus:
Rum etiam hominem aut in ſenatu dare operam, aut
Ibi labore delaſſatum noctem totam ſtertere.
Ille opere foris faciundo laſſus noctu advenit:
Fundum alienum arat, incultum familiarem deſerit.
Is etiam corruptus, porro ſuum corrumpit filium. 25
PA. Sequere hac me modo, jam faxo ipſum homi-
nem manifeſto opprimas.
ART. Nihil ecaſtor eſt quod facere mavelim.
PA. manedum. ART. quid eſt?
PA. Poſſis, ſi forte accubantem tuum virum conſpe-
xeris, (ſcere?
Cum corona amplexum amicam, ſi videas, cogno-
ART. Poſſum ecaſtor. PA. hem tibi hominem.
ART. perii! PA, pauliſper mane. 30
Acupemus ex inſidiis clanculum quam rem gerant.
ARG. Quid modi, pater, amplexandi facies? D. fa-
teor, gnate mi.
ARG. Quid fatere? D. me ex amore hujus corru-
ptum oppido.
PA. Audin' quid ait? ART. audio. D. egon' ut non
domo uxori meæ (te deferam?
Surripiam in deliciis pallam quam habet, atque ad
Non edepol conduci poſſim vita uxoris annua. 36
PA. Cenſen' tu illunc hodie primum ire aſſuetum
eſſe in ganeum? (meas
ART. Ille ecaſtor ſuppilabat me, quod ancillas
Suſpicabar, atque inſontis miſeras cruciabam.
ARG. pater,
Iube dare vinum: jamdudum factum eſt, quum pri-
mum bibi. (da ſuavium.
D. Da puere ab ſummo; age, tu interibi ab infimo
ART. Perii miſera! ut oſculatur carnifex, capuli
decus. 42
D. Edc-

Digitized by Google

D. Edepol animam ſuaviorem aliquanto quam uxoris meæ. (eam
PH. Dic amabo, an fœtet anima uxoris tuæ. D. nam-
Bibere malim, ſi neceſſum eſt, quam illanc oſcularier.
ART. Miſer ecaſtor es. PA. mecaſtor dignus eſt.
ARG. quid ais, pater? (malo tuo
ART. Ain' tandem? edepol næ tu iſtuc cum magno
Dixiſti in me: ſine! venias modo domum, faxo ut ſcias
Quid pericli ſit dotatæ uxori vitium dicere.
ARG. Ecquid matrem amas? D. egone? illam nunc amo, quia non adeſt. 50
ARG. Quid, quom adeſt? D. periiſſe cupio. PA. Amat homo te hic, ut prædicat. (domum
ART. Næ illæc ecaſtor fœnerato funditat: nam ſi
Redierit hodie, oſculando ego ulciſcar potiſſimum.
ARG. Tace, pater, talos, ut porro nos jaciamus.
D. maxume. 54
Te Philenium mihi, atque uxori mortem. hoc Venerium eſt. (date.
Pueri, plaudite, & mihi ob factum cantharo mulſum
ART. non queo durare. PA. ſi non didiciſti fallonicam, (mum.
Non eſt mirandum, in oculos invadi nunc eſt optu-
ART. Ego pol vivam, & tu iſthæc hodie cum tuo magno malo. (ſere? 60
Invocaviſti. PA. Ecquis currit pollinctorem arceſ-
ARG. Mater, ſalve. ART. ſat ſaluti' ſt. PA. mortuu' ſt Demænetus. (prælium.
Tempus eſt ſubducere hinc me: pulchre hoc gliſcit
Ibo ad Diabolum, mandata dicam facta, ut voluerit.
Atque interea ut decumbamus ſuadebo, hi dum litigant. (ginti minas 65
Poſt eum demum huc cras adducam ad lænam, ut viEi det, in parte hac amanti ut liceat ei potirier.
Argyrippus exorari ſpero poterit, ut ſinat (tro,
Sefe alternas cum illo noctes hac frui. nam ni impe-
Regem perdidi: ex amore tantum eſt homini incendium. (PH. pol me quidem 70
ART. Quid tibi huc receptio ad te eſt meum virum?
Miſeram odio enecavit. ART. ſurge, amator; i domum (pol nequiſſimus.
D. Nullus ſum. ART. imo es, ne nega, omnium

Digitized by Google

At etiam cubat cuculus. surge amator, i domum
D. Væ mihi! ART. vera hariolare. surge amator, (i domum. 7
domum.
D. Abscede ergo paululum istuc. ART. surge amator
D. Iam, obsecro, uxor. ART. nunc uxorem me esse (eram
meministi tuam?
Modo, quom dicta in me ingerebas, odium, non uxor
D. Totus perii. ART. quid tandem? anima fœtet tua
uxoris tuæ?
D. Murrham olet. ART. jam surripuisti pallam (tibi. 8
quam scorto dares?
ARG. Ecastor quin surreptarum pallam promisi
D. Non taces? ARG. ego dissuadebam, mater.
ART. bellum filium!
Hoscine patrem æquum mores est liberis largirier?
Nihilne te pudet? D. pol, si aliud nihil sit, tui me,
uxor, pudet.
ART. Cano capite te cuculum uxor ex lectis rapit.
D. Non licet manere, (cœna coquitur) dum cœnem
modo? gnum malum.
ART. Ecastor cœnabis hodie, ut te dignum est, ma-
D. Male cubandum est: judicatum me uxor adducit
domum. 87
ARG. Dicebam, pater, tibi, ne matri consuleres male.
PH. De palla memento, amabo. D. jubes hanc hinc
abscedere?
PH. Imo intus potius: sequere hac me, mi anime.
D. ego vero sequor. 90
ART. I domum. PH. da savium etiam prius quam
abis. D. I. in crucem.

GREX.

HIc senex, si quid, clam uxorem, suo animo fecit volup',
Neque novum, neque mirum fecit, nec secus quam
alii solent.
NEC QUISQUAM est tam ingenio duro, nec
tam firmo pectore,
Quin ubi quicquam occasionis sit, sibi faciat bene.
Nunc si voltis deprecari huic seni ne vapulet,
Remur impetrari posse, si plausum sic clarum datis.

FINIS ASINARIÆ.

AU-

Digitized by Google

AULULARIA.

Dramatis Personæ.

LAR Prologus.
EUCLIO senex.
STAPHYLA anus.
EUNOMIA mulier.
MEGADORUS senex.
STROBILUS geminus servus.

ANTHRAX
CONGRIO } cocti
PYTHODICUS servus.
LYCONIDES adolescens.
PHÆDRA puella.

ARGUMENTUM.

Senex avarus vix sibi credens Euclio,
Domi sua defossam multis cum opibus
Aulam invenit, rursumque penitus conditam
Exsanguis, amens, servat. ejus filiam
Lyconides vitiarat. interea senex
Megadorus, à sorore suasus ducere
Uxorem, avari gnatam deposcit sibi.
Durus senex vix promittit: atque anxia timens,
Domo sublatam variis abstrudit locis.
Insidias servos facit hujus Lyconidis,
Qui virginem vitiarat; atque ipse obsecrat
Avunculum Megadorum sibimet cedere
Uxorem amanti. per dolum mox Euclio
Quum perdidisset, aulam insperato invenit,
Latusque natum collocat Lyconidi.

ALIUD.

Aulam repertam auri plenam Euclio
Vi summa servat, miseris affectus modis.
Lyconides istius vitiat filiam.
Volt hanc Megadorus indotatam ducere.
Lubensque ut faciat, dat coquos cum obsonio.
Auro formidat Euclio; abstrudit foris.
Reque omni inspecta, compressoris servulus
Id surpit. illic Euclioni rem refert.
Ab eo donatur auro, uxore, & filia.

PROLOGUS.

LAR *familiaris.*

NE quis miretur qui sim, paucis eloquar.
Ego Lar sum familiaris: ex hac familia,
Unde exeuntem me aspexistis. hanc domum
Jam multos annos est cum possideo, & colo
Patrique avoque jam hujus, qui nunc hic habet:
Sed mihi avos hujus obsecrans concredidit
Auri thesaurum clam omnîs: in medio foco
Defodit, venerans me, ut id servarem sibi.
Is quoniam moritur, ita avido ingenio fuit,
Nunquam indicare id filio voluit suo:
Inopemque optavit potius eum relinquere,
Quam eum thesaurum commonstraret filio.
Agri reliquit eji non magnum modum,
Quo cum labore magno & misere viveret.
Ubi is obiit mortem, qui mihi id aurum credidit,
Cœpi observare, ecquî majorem filius
Mihi honorem haberet, quam ejus habuisset pater.
Atque ille vero minus minusque impendio
Curare, minusque me impartire honoribus.
Item à me contra factum est: nam item obiit diem.
Is ex se hunc reliquit, qui hic nunc habitat, filium
Pariter moratum, ut pater avusque hujus fuit.
Huic filia una est: ea mihi cottidie
Aut thure, aut vino, aut aliquî semper supplicat:
Dat mihi coronas. ejus honoris gratia
Feci, thesaurum ut hic reperiret Euclio,
Quo eam facilius nuptum, si vellet, daret.
Nam compressit eam de summo adolescens loco.
Is scit adolescens quæ sit, quam compresserit:
Illa illum nescit, neque compressam autem pater.
Eam ego hodie faciam ut hic senex de proximo
Sibi uxorem poscat, id ea faciam gratia,
Quo ille eam facilius ducat, qui compresserat.
Et hic qui poscet eam sibi uxorem senex,
Is adolescentis illius est avunculus,
Qui illam stupravit noctu, Cereris vigiliis.
Sed hic senex jam clamat intus, ut solet.
Anum foras extrudit, ne sit conscia.
Credo aurum inspicere volt, ne surreptum sit.

ACTUS

ACTUS I. SCENA I.

EUCLIO *senex*, STAPHYLA *ancilla*.

EXi, inquam, age exi. exeundum hercle tibi hinc est foras,
Circumspectatrix cum oculis emissitiis.
S. Nam cur me miseram verberas? E. ut misera sis,
Atque ut te dignam mala malam aetatem exigas.
S. Nam qua me nunc causa extrusisti ex aedibus?
E. Tibi ego rationem reddam, flagellorum seges?
Illuc regredere ab ostio: illuc sis. vide, ut
Incedit. at scin' quo modo tibi res se habet? (num,
Si hodie hercle fustem cepero, aut flagellum in ma-
Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.
S. Utinam me divi adaxint ad suspendium
Potius quidem, quam hoc pacto apud te serviam.
E. At ut sceleста sola secum murmurat!
Oculos hercle ego istos, improba, effodiam tibi,
Ne me observare possis, quid rerum geram.
Abscede: etiam nunc: etiam nunc: etiam. obe!
Istic adstato. si hercle tu ex istoc loco
Digitum transvorsum aut unguem latum excesseris,
Aut si respexis, donicum ego te jussero,
Continuo hercle ego te dedam discipulam cruci.
Sceleстiorem me hac anu certe scio
Vidisse nunquam: nimisque ego hanc metuo male,
Ne mihi ex insidiis verba imprudenti duit,
Neu persentiscat, aurum ubi est absconditum:
Quae in occipitio quoque habet oculos, pessuma.
Nunc ibo ut visam, estne ita aurum ut condidi,
Quod me sollicitat plurimis miserum modis.
S. Nec nunc mecastor quid hero ego dicam meo
Malae rei evenisse, quamve insaniam, (30
Queo comminisci: ita miseram me ad hunc modum
Decies die uno saepe extrudit aedibus.
Nescio pol quae istunc hominem intemperiae tenent:
Pervigilat noctes totas: tum autem interdius
Quasi claudus sutor domi sedet totos dies.
Neque jam quo pacto celem herilis filiae
Probrum, propinqua partitudo cui appetit,
Queo comminisci: neque quicquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut unam faciam literam
Longam, meum laqueo collum quando obstrinxero.

Digitized by Google

ACTUS I. SCENA II.

EUCLIO *senex*, STAPHYLA *anus*.

NUnc defæcato demum animo egredior domo,
Postquam perspexi salva esse intus omnia.
Redi nunc jam intro: atque intus serva. S. quippini
Ego intus servem? an ne quis ædes auferat?
Nam hic apud nos nihil est aliud quæsti furibus;
Ita inaniis sunt oppletæ atque araneis.
E. Mirum quin tua nunc me caussa faciat Iuppiter
Philippum regem, aut Darium, trivenefica.
Araneas mihi ego illas servari volo.
Pauper sum, fateor, patior. Quod dî dant fero.
Abi intro. occlude januam. jam ego hic ero.
Cave quenquam alienum in ædîs intromiseris.
Quod quispiam ignem quærat, extingui volo.
Ne caussæ quid sit, quod te quisquam quæritet.
Nam si ignis vivet, tu extinguere extempulo,
Tum aquam aufugisse dicito, si quis petet.
Cultrum, securim, pistillum, mortarium,
Quæ utenda vasa semper vicini rogitant,
Fures veniisse, atque abstuliisse dicito.
Profecto in ædes meas me absente neminem
Volo intromitti. atque etiam hoc prædico tibi,
Si Bona Fortuna veniat, ne intromiseris.
S. Pol ea ipsa credo ne intromittatur cavet:
Nam ad ædis nostras nusquam adiit, quanquam
prope est.
E. Tace, atque abi intro. S. taceo, atque abeo.
E. occlude sis
Fores ambobus pessulis. jam ego hic ero.
Discrucior animi, quia ab domo abeundum est mihi.
Nimis hercle invitus abeo: sed quid agam, scio.
Nam noster nostræ qui est magister Curiæ
Dividere argenti dixit nummos in viros:
Id si relinquo, ac non peto, omnes illico
Me suspicentur, credo, habere aurum domi.
Nam NON EST verisimile, hominem pauperem
Pauxillum parvi facere, quin nummum petat.
Nam nunc quum celo sedulo omnes, ne sciant.
Omnes videntur scire, & me benignius
Omnes salutant, quam salutabant prius:
Adeunt, consistunt, copulantur dexteras:

Re-

Digitized by Google

Rogitant me ut valeam, quid agam, quid rerum geram.
Nunc quo profectus sum ibo, postidea domum
Me rursum quantum potero, tantum recipiam.

ACTUS II. SCENA I.

EUNOMIA *mulier*, MEGADORUS *senex*.

VElim te arbitrari, me hæc verba, frater,
Meæ fidei tuæque rei hoc causa
Facere, ut æquum est germanam sororem,
Quamquam haud falsa sum, nos odiosas haberi.
Nam MULTUM loquaces merito omnes habemur,
Nec unam profecto reperiam ullam esse
Hodie dicunt mulierem ullo in seculo.
Verum hoc, frater, unum tamen cogitato,
Tibi proximam me, mihique item esse te.
Ut æquum est, quod in rem esse utrique arbitremur,
Et mihi te, & tibi me consulere & monere:
Neq; occultum id haberi, neq; per metum mussari,
Quin participem pariter ego te, & tu me ut facias,
Eo nunc ego secreto te huc foras seduxi,
Ut tuam rem ego tecum hîc loquerer familiarem.
M. Da mihi, optuma fœmina, manum. E. ubi ea est? quis ea
Est nam optuma? M. tu. E. tune ais? M. si negas,
Nego. E. decet te equidem vera proloqui.
Nam OPTUMA nulla potest eligi: alia alia
Pejor, frater, est. M. idem ego arbitror, nec tibi
Adversari certum est de istac re unquam, soror.
E. Da mihi operam amabo. M tua est; utere
Atque impera, si quid vis. E. id quod in rem tuam
Optumum esse arbitror, te id admonitum advento:
M. Soror, more tuo facis. E. facta volo. M. quid est id, Soror? E. QUOD TIBI sempiternum salutare
Sit procreandis liberis, ita di faxint,
Volo te uxorem domum ducere. M hei occidi!
E. Quid ita? M. quia mihi misero cerebrum excutiunt
Tua dicta, soror: lapides loqueris, E. heja, hoc face,
Quod te jubet soror. M, si lubeat, faciam. E in rem
Hoc tuam est. M. ut quidem emoriar, prinsquam ducam.

Sed his legibus, si quam dare vis, ducam: quæ
Cras veniat, perendie foras feratur, soror.
His legibus quam dare vis, cedo; nuptias adorna.
E. Quam maxuma possum tibi, frater, dare dote:
Sed est grandior natu: media est mulieris ætas.
Eam si jubes, frater, tibi me poscere, poscam.
M. Num non vis me interrogare te? E. imo si quid vis, roga.
M. POST MEDIAM ætatem, qui mediam ducit uxorem domum;
Si eam senex anum prægnantem fortuito fecerit,
Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus?
Nunc ego istum, soror, laborem demam, & diminuam tibi. (satis.
Ego virtute deûm & majorum nostrorum dives sum
Vias magnas factiones, animos, dotes dapsiles,
Clamores, imperia, eburata vehicula, pallas, purpuram, (viros.
Nihil moror, quæ in servitutem sumptibus redigunt
E. Dic mihi, quæso, quis ea est, quam vis ducere uxorem? M. eloquar.
Novistin' hunc senem Euclionem ex proxumo pauperculum? (cupio filiam
E. Novi, hominem haud malum mecastor. M. ejus
Virginem mihi desponderi: verba ne facias, soror.
Scio quid dictura es: hanc esse pauperem. hæc pauper placet.
E. Di bene vortant. M. idem ego spero. E. quid? me nunc quid vis? M. vale. (domi
E. Et tu, frater. M. ego conveniam Euclionem, si
E. sed eccum, nescio unde sese homo recipit domum.

ACTUS II. SCENA II.

EUCLIO, MEGADORUS *senex.*

PRæsagibat mihi animus, frustra me ire, quum exibam domo. (lium
Itaque abibam invitus. nam neque quisquam Curia-
Venit, neque magister, quem dividere argentum oportuit.
Nunc domum properare propero: nam egomet sum hic; animus domi est.

M. Sal-

Digitized by Google

M. Salvus atque fortunatus, Euclio, semper fies. 5
E. Di te ament, Megadore. M. quid tu? rectene atque ut vis vales?
E. NON temerarium est, ubi dives blande appellat pauperem.
Jam illic homo aurum me scit habere, eo me salutat blandius.
M. Ain' tu te valere? E. pol ego haud à pecunia perbene.
M. Pol SIANIMUS est aequus tibi, satis habes, qui bene vitam colas. 10
E. Anus hercle huic indicium fecit de auro: perspicue palam est. (diam domi.
Cui ego jam linguam præcidam, atque oculos effo-
M. Quid tu solus tecum loquere? E. meam paupe-riem conqueror. (bilem,
Virginem habeo grandem, dote cassam, atque illoca-
Neque eam queo locare cuiquam. M. tace. bonum habe animum, Euclio: 15
Dabitur: adjuvabere à me: dic si quid opus est: impera. (voret.
E. Nunc petit, quum pollicetur: inhiat aurum ut de-
ALTERA manu fert lapidem, panem ostentat altera.
Nemini credo, qui large blandu'st dives pauperi.
Ubi manum injicit benigne, ibi onerat aliquam zamiam. (renent. 21
Ego istos novi polypos, qui sibi quicquid reti gerint,
M. Da mihi operam paramper. paucis, Euclio, est quod te volo (mihi!
De communi re appellare mea & tua. E. hei misero
Aurum mihi intus harpagatum est. nunc hic eam rem volt, scio, (mum. 25
Mecum adire ad pactionem: verum intervisam do-
M. Quonam abis? E. jam ad te revortar: namque est quod visam domum. (lis,
M. Credo edepol, ubi mentionem ego fecero de fi-
Mihi ut despondeat, sese à me derideri rebitur.
Neque illo quisquam est alter hodie ex paupertate parcior. (perit. 30
E. Di me servant, salva res est: salvum est, si quid non
Nimis male timui; priusquam intro redii, exanima-tus fui.

Digitized by Google

Redeo ad te, Megadore, si quid me vis. M. habeo gratiam. (qui.
Quæso quod te percontabor, ne id te pigeat prolo-
E. Dum quidem ne quid perconteris, quod mihi non lubeat proloqui.
M. Dic mihi, quali me arbitrare genere prognatum? E. bono. 35
M. Quid fide? E. bona. M. quid factis? E. neque malis, neque improbis.
M. Ætatem meam scis? E. scio esse grandem, itidem ut pecuniam. (malitia
M. Certe edepol equidem te civem sine mala omni
Semper sum arbitratus, & nunc arbitror. E. aurum huic olet.
Quid nunc me vis? M. quoniam tu me, & ego te qualis sis scio: 40
Quæ res reste vortat, mihique tibique tuæque filiæ,
Filiam tuam mihi uxorem posco, promitte hoc fore.
E. Heia Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis, (irrideas.
Ut inopem atque innoxium abs te atque abs tuis me
Nam de te neque re, neque verbis merui, ut faceres quod facis. (rideo: 46
M. Neque edepol ego te derisum venio, neque de-
Neque dignum arbitror. E. cur igitur poscis meam gnatam tibi?
M. Ut propter me tibi sit melius, mihique propter te & tuos.
E. Venit hoc mihi Megadore, in mentem: te esse hominem divitem, (perrimum: 50
Factiosum; me item esse hominem pauperum pau-
Nunc si filiam locassim meam tibi, in mentem venit,
Te bovem esse, & me esse asellum. ubi tecum conjunctus siem, (in luto:
Ubi onus nequeam ferre pariter, jaceam ego asinus
Tu me bos magis haud respicias, gnatus quasi nunquam siem.
Et te utar iniquiore, & meus me ordo irrideat. 55
Neutrubi habeam stabile stabulum, si quid divortii fuat. (nibus.
Asini me mordicibus scindant, boves incursent cor-
HOC MAGNUM est periculum, me ab asinis ad boves transcendere.

M. QUAM

QUAM ad probos propinquitate proxime te adjunxeris,
Tam optumam est. tu conditionem hanc accipe: ausculta mihi,
Atque eam desponde mihi. E. at nihil est dotis quod dem. M. ne duis.
DUMMODO morata recte veniat, dotata est satis.
E. Eo dico, ne me thesauros reperisse censeas. ter!
M. Novi, ni doceas. desponde. E. fiat, sed proh Iuppi-
Non ego disperii! M. quid tibi est? E. quid crepuit quasi ferrum modo?
M. Hic apud me hortum confodere jussi. Sed ubi hic est homo?
Abiit, neque me certiorem fecit: fastidit mei.
Quia videt me suam amicitiam velle, more hominum facit.
Nam si opulentus it petitum pauperioris gratiam,
Pauper metuit congredi, per metum male rem gerit,
Idem quando illæc occasio perit, post sero cupit.
E. Si hercle ego te non elinguandam dedero usque ab radicibus, (loces.
Impero anctorque sum, ut tu me cuivis castrandum
M. Video hercle ego te me arbitrari, Euclio, hominem idoneum,
Quem senecta ætate ludos facias, haud merito meo.
E. Neque edepol, Megadore, facio: neque si cupiam, copia est.
M. Quid nunc? etiam mihi despondes filiam? E. illis legibus,
Cum illa dote, quam tibi dixi. M. sponden' ergo? E. spondeo.
M. Istuc di bene vortant. E. ita di faxint. illud facito ut memineris
Convenisse, ut ne quid dotis mea ad te afferret filia.
M. Memini. E. at scio, quo vos soleatis pacto perplexarier.
PACTUM non pactum est, non pactum pactum est, quod vobis lubet.
M. Nulla controversia mihi tecum erit. sed nuptias
Hodie quin faciamus num quæ causa est? E. imo edepol optuma.
M. Ibo igitur, parabo. nunquid me vis? E. istuc.
M. fiet, vale.

Heus, Strobile, ſequere propere me ad macellum ſtrenue.
E. Illic hinc abiit, di immortales, obſecro, AURUM quid valet! (rum domi:
Credo ego illum jam inaudiſſe, mihi eſſe theſau-
Id inhiat, ea affinitatem hanc obſtinavit gratia.

ACTUS II. SCENA III.

EUCLIO *ſenex*, STAPHYLA *anus*.

UBi tu es, quæ déblateraſti jam vicinis omnibus,
Meæ me filiæ daturum dotem? heus Staphyla, te voco: (clue.
Ecquid audis? vaſcula intus pure propera atque
Filiam deſpondi ego: hodie nuptum huic Megadoro dabo.
S. Di bene vortant. verum ecaſtor non poteſt: ſubitum eſt nimis.
E. Tace, atque abi: curata fac ſint quum à foro redeam domum.
Atque occlude ædes: jam ego hic adero. S quid ego nunc agam? (filiæ.
Nunc nobis prope adeſt exitium, mihi atque herili
Nam probrum atque partitudo prope adeſt, ut fiat palam.
Quod celatum eſt, atque occultatum uſque adhuc, nunc non poteſt. (ſient.
Ibo intro, ut herus quæ imperavit, facta, cum veniat,
Nam, ecaſtor, malum mœrorem metuo, ne miſtum bibam.

ACTUS II. SCENA IV.

STRIOBILUS *ſervus*, ANTHRAX, CONGRIO, *Coci*.

POſtquam obſonavit herus, & conduxit cocos,
Tibicinasque haſce apud forum, edixit mihi,
Ut diſpartirem obſonium hic bifariam.
C. Me quidem hercle, dicam palam, non dividet:
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo.
S. Bellum & pudicum vero proſtibulum popli,
Poſt ſi quis vellet te, haud non velles dividi?
C. Atqui ego iſtuc, Anthrax, aliovorſum dixeram,
Non iſtuc quod tu inſimulas. S. ſed herus nuptias

Meas

Meus hodie faciet. C. cujus ducit filiam?
S. Vicini hujus Euclionis è proximo.
Ei adeo obsonii hinc dimidium jussit dari,
Cocum alterum, itidemque alteram tibicinam.
C. Nempe huic dimidium dicis, dimidium domi.
S. Nempe sicut dicis. C. quid? hic non poterat de suo
Senex suæ obsonari filiæ in nuptiis?
S. Vah! C. quid negotii est? S. quid negotii sit rogas?
Pumex non æque est aridus, atque hic est senex.
C. Ain' tandem ita esse ut dicis? S. tute existuma.
Quin divûm atque hominum clamat continuo fidem,
Suam rem periisse, seque eradicarier,
De suo tigillo fumus si qua exit foras. flam.
Quin cum it dormitum, follem sibi obstringit ob gu-
C. Cur? S. ne quid animæ forte amittat dormiens.
C. Etiamne obturat inferiorem gutturem,
Ne quid animæ forte amittat dormiens?
S. Hæc te mihi, ut tibi me, æquom est credere.
C. Imo quidem credo. S. at scin' etiam quomodo?
Aquam hercle plorat, quom lavat, profundere.
C. Censen' talentum magnum exorari potesse
Ab istoc sene, ut det, qui fiamus liberi?
S. Famem hercle utendam si roges, nunquam dabit,
Quin ipsi pridem tonsor ungues dempserat;
Collegit, omnia abstulit præsegmina.
C. Edepol mortalem parce parcum prædicas.
Censen' vero adeo esse parcum & misere vivere?
S. Pulmentum pridem eidem eripuit milium:
Homo ad prætorem deplorabundus venit:
Infit ibi postulare, plorans, ejulans,
Ut sibi liceret milium vadarier.
Sexcenta sunt quæ memorem, si sit otium.
Sed uter vostrorum est celerior? memora mihi.
C. Ego, ut multo melior. S. cocum ego, non furem rogo.
C. Cocum ego dico. S. quid tu ais? A. sic sum, ut vides.
C. Cocus ille nundinalis est, in nonum diem
Solet ire coctum. A. tun' trium literarum homo
Me vituperas? fur, etiam fur trifurcifer.

ACTUS

ACTUS II. SCENA V.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIO.

TAce nunc jam tu: atque agnûm horum uter est pinguior?
C. Licet. S. tu Congrio eum sume actutum tibi,
Atque intro abi illuc, & vos illum sequimini.
Vos cæteri illuc ad nos. A. hercle injuria
Dispertivisti: pinguiorem agnum isti habent.
S. At nunc tibi dabitur pinguior tibicina.
I sane cum illo, Phrygia. tu autem, Eleusium,
Huc intro abi ad nos. C. ô Strobile subdole,
Huccine detrusisti me ad senem parcissimum?
Ubi si quid poscam, ad ravim poscam, prius
Quam quicquam detur. S. stultus & sine gratia es.
Tibi recte facere, quando quod facias perit?
C. Qui vero? S. rogitas? jam principio in ædibus
Turba istic nulla tibi erit: si quid uti voles,
Domo abs te afferto, ne operam perdas poscere
Hic apud nos magna turba, ac magna familia est;
Suppellex, aurum, vestes, vasa argentea:
Ubi si perierit quippiam, quod te scio
Facile abstinere posse, si nihil obviam est,
Dicant, coci abstulerunt: comprehendite,
Vincite, verberate, in puteum condite.
Horum tibi istic nihil eveniet: quippe qui
Ubi quid furripias, nihil est. sequere hac me. C. sequor.

ACTUS II. SCENA VI.

STROBILUS, STAPHYLA, COCI.

HEus Staphyla prodi, atque ostium aperi.
STA. qui vocat?
STR. Strobilus. STA. quid vis? STR. hos ut accipias coquos,
Tibicinamque, obsoniumque in nuptias.
Megadorus jussit Euclioni hæc mittere.
STA. Cererin', mi Strobile, has facturi nuptias?
STR. Qui? STA. quia temeti nihil allatum intellego,
STR. At jam afferetur, si à foro ipsus redierit.
STA. Ligna hic apud nos nulla sunt. C. sunt asseres?

STA.

Digitized by Google

STA. Sunt pol. C. sunt igitur ligna; ne quæras foris.
STA. Quid? impurate, quanquam Vulcano sudes,
Cœnæne caussa, aut tuæ mercedis gratia,
Nos nostras ædes postulas comburere?
C. Haud postulo. STR. duc istos intro. STA. sequimini.

ACTUS II. SCENA VII.

PYTHODICUS *servus.*

CUrate; ego intervisam quid faciant coqui: (est.
Quos pol ut ego hodie servem, cura maxuma
Nisi unum hoc faciam, ut in puteo cœnam coquant.
Inde coctam sursum subducemus corbulis.
Si autem deorsum comedent, si quid coxerint,
Superi incœnati sunt, & cœnati inferi.
Sed verba hic facio, quasi negotii nihil siet,
Rapacidarum ubi tantum siet in ædibus.

ACTUS II. SCENA VIII.

EUCLIO, CONGRIO.

VOlui animum tandem confirmare hodie meam,
Ut bene haberem filiæ nuptiis.
Venio ad macellum, rogito pisces: indicant
Caros; agninam caram, caram bubulam,
Vitulinam, cetum, porcinam; cara omnia:
Atque eo fuerunt cariora, æs non erat.
Abeo iratus illinc, quoniam nihil est qui emam.
Ita illis impuris omnibus adii manum.
Deinde egomet mecum cogitare inter vias
Occœpi: FESTO die si quid prodegeris,
Profesto egere liceat, nisi peperceris.
Postquam hanc rationem cordi ventrique edidi,
Accessit animus ad meam sententiam,
Quam minimo sumptu filiam ut nuptum darem.
Nunc tusculum emi, & hasce coronas floreas:
Hæc imponentur in foco nostro Lari,
Ut fortunatas faciat gnatæ nuptias.
Sed quid ego apertas ædes nostras conspicor?
Et strepitus est intus. numnam ego compilor miser?
C. Aulam majorem si potes, vicinia
Pete: hæc est parva, capere non quit. E. hei mihi,
Perii hercle! aurum rapitur, aula quæritur.

Nimi-

Digitized by Google

Nimirum occidor, nisi ego intro hunc propere pro-
pero currere.
Apollo, quæso, subveni mihi, atque adjuva:
Confige sagittis fures thesaurarios:
Cui in re tali jam subvenisti antidhac.
Sed cesso prius, quam prorsus perii, currere?

ACTUS II. SCENA IX.

ANTHRAX.

DRomo, desquama pisces: tu Machærio
Congrum; murænam exdorsua, quantum potes:
Atque omnia, dum absum hinc, exossata fac sient.
Ego hinc artoptam ex proxumo utendam peto
A Congrione. tu istum gallum, si sapis,
Glabriorem reddes mihi, quam volsus Indiu'st.
Sed quid hoc clamoris oritur hinc ex proxumo?
Coqui hercle, credo, faciunt officium suum.
Fugiam intro, ne quid hic turbæ fiat itidem.

ACTUS III. SCENA I.

CONGRIO.

OPtati cives, populares, incolæ, accolæ, advenæ
omnes,
Date viam qua fugere liceat, facite totæ plateæ pateant.
Neque ego unquam, nisi hodie, ad Bacchas veni in
Bacchanal coquinatum,
Ita me miserum & meos discipulos fustibus male
contuderunt.
Totus doleo, atque oppido perii, ita me iste habuit
senex gymnasium.
Neque ligna ego usquam gentium præberi vidi pul-
chrius:
Itaque omnis exegit foras, me atque hos, onustos fu-
stibus.
Attat, perii hercle ego miser! aperit Bacchanal:
adest:
Sequitur. scio quam rem geram: hoc ipsus magister
me docuit.

ACTUS III. SCENA II.

EUCLIO *senex*, CONGRIO.

REdi, quo fugis nunc? tene, tene. C. quid, stolide, clamas?

E. Quia

Digitized by Google

E. Quia ad Treſviros jam ego deferam tuum nomen. C. quamobrem?
E. Quia cultrum habes. C. cocum decet. E. quid comminatus
Mihi? C. iſtuc malefactum arbitror, quia non lætus fodi.
E. Homo nullus eſt te ſceleſtior qui vivat hodie,
Neque cui ego de induſtria amplius male plus lubens faxim. (ſtis eſt.
C. Pol etſi taceas, palam id quidem eſt. res ipſa te-
ſta fuſtibus ſum mollior miſer magis, quam ullus cinædus. (eſt?
Sed quid tibi nos, mendice homo, tactio eſt? quæ res
E. Etiam rogitas? an quia minus quam æquum erat, feci?
C. Sine. at hercle cum malo magno tuo, ſi hocce caput ſentit. (put ſentit.
E. Pol ego haud ſcio quid poſt fiat, tuum nunc ca-
Sed in ædibus quid tibi meisnam erat negotii,
Me abſente, niſi ego juſſeram? volo ſcire. C. tace ergo.
Quia venimus coctum ad nuptias. E. quid tu, malum, curas
Utrum crudum an coctum edim; niſi tu mihi es tutor?
C. Volo ſcire, ſinas an non ſinas nos coquere hic cœnam? (tura?
C. Volo ſcire item ego, meæ domi meane ſalva fu-
C. Utinam mea mihi modo auferam, quæ attuli, ſalva! (novi.
Me haud pœnitet: tuane expetam? E. ſcio: ne doce,
C. Quid eſt, qua prohibeas nunc gratia nos coquere hic cœnam? (les?
Quid fecimus? quid diximus tibi ſequius, quam vel-
E. Etiam rogitas, ſceleſte homo, qui angulos omnis (tis?
Mearum ædium & conclavium mihi perviam faci-
Id ubi tibi erat negotium, ad focum ſi adeſſes,
Non fiſſile haberes caput: merito id tibi factum eſt.
Adeo ut tu meam ſententiam jamjam noſcere poſſis,
Si ad januam huc acceſſeris, niſi juſſero, propius,
Ego te faciam miſerrimus mortalis uti ſis. (32
Scis jam meam ſententiam? quo abis? redi rurſum.
C. Ita me bene amet Laverna, te jam, niſi reddi

Mihi

Mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante ædis.
Quid ego nunc agam? næ edepol veni huc auspicio malo.
Nimmo sum conductus: plus jam medico mercede opus est.

ACTUS III. SCENA III.

EUCLIO, CONGRIO.

HOc quidem hercle, quoquo ibo nunc, mecum erit, mecum feram:
Neque istuc in tantis periclis unquam committam ut siet.
Ite sane nunc jam intro omnes, & coqui, & tibicinæ.
Etiam huc introduce, si vis, vel gregem venalium.
Coquite, facite, festinate nunc jam quantum lubet. §
C. Tempori: postquam implevisti fustibus istorum caput.
E. Intro abi. opera hæc est conducta vestra, non oratio.
C. Heu senex, pro vapulando hercle ego abs te mercedem petam.
Coctum ego, non vapulatum dudum conductus fui.
E. Lege agito mecum, molestus ne sis: i, & cœnam coque, (modo.
Aut abi in malum cruciatum ab ædibus. C. abi tu

ACTUS III, SCENA IV.

EUCLIO.

ILlic hinc abiit. Di immortales! FACINUS audax incipit,
Qui cum opulento pauperhomine cœpit habere negotium, (serum modis:
Aut rem: velut Megadorus tentat me omnibus mi-
Qui simulavit, mei honoris mittere hunc caussa coquos,
Is ea caussa misit, hoc qui surriperent misero mihi. §
Condigne etiam meus me intus gallus gallinaceus,
Qui erat anui peculiaris, perdidit pœnissume
Ubi erat hæc defossa, occœpit ibi scalpurire unguis
Circumcirca quid opus est verbis? ita mihi pectus peracuit:
Capio fustem, obtrunco gallum, furem manifestarium. 10

Credo

Credo ego edepol illi mercedem gallo pollicitos coquos,
Si id palam fecisset. exemi è manu manubrium.
Quid opus est verbis? facta est pugna in gallo gallinaceo.
Sed Megadorus meus affinis eccum incedit à foro.
Jam hunc non ausim præterire, quin consistam & colloquar.

ACTUS III. SCENA V.

MEGADORUS, EUCLIO.

NArravi amicis multis consilium meum
De conditione hac. Euclionis filiam
Laudant: sapienter factum & consilio bono.
Nam, meo quidem animo, si idem faciant cæteri,
OPULENTIORES pauperiorum filias
Ut indotatas ducant uxores domum;
Et multo fiat civitas concordior,
Et invidia nos minore utamur, quam utimur;
Et illæ malam rem metuant, quam metuunt, magis;
Et nos minore sumptu simus, quam sumus.
In maximam illuc populi partem est optumum.
In pauciores avidos altercatio est:
Quorum animis avidis, atque insatietatibus
Neque lex, neque tutor capere est qui possit modum.
Namque hoc qui dicat; quo illæ nubent divites
Dotatæ, si istud jus pauperibus ponitur?
Quo lubeat nubant, dum dos ne fiat comes.
Hoc ita si fiat, mores meliores sibi
Parent, pro dote quos ferant, quam nunc ferunt!
Ego faxim muli, pretio qui superant equos,
Sient viliores Gallicis cantheriis.
E. Ita me di amabunt, ut ego hunc ausculto lubens.
Nimis lepide fecit verba ad parcimoniam.
M. Nulla igitur dicat: Equidem dotem ad te attuli
Majorem multo, quam tibi erat pecunia.
Enim mihi quidem æquum est purpuram atque aurum dari,
Ancillas, mulos, muliones, pediseequos:
Salutigerulos pueros, vehicula, qui vehar.
E. Ut matronarum hic facta pernovit probe!
Moribus præfectum mulierum hunc factum velim.
M. Nunc quoquo venias, plus plaustrorum in ædibus videas.

Digitized by Google

Videas, quam ruri, quando ad villam veneris.
Sed hoc etiam pulchrum eſt, præ quam ubi ſumptus petunt.
Stat fullo, phrygio, aurifex, lanarius;
Caupones, patagiarii, induſiarii,
Flammearii, violarii, carinarii,
Aut manularii, aut murobathrarii,
Propolæ, linteones, calceolarii,
Sedentarii, ſutores, diabathrarii,
Solearii aſtant, aſtant molochinarii,
Petunt fullones, ſarcinatores petunt,
Strophiarii aſtant, aſtant ſemizonarii.
Jam hoſce abſolutos cenſeas: cedunt, petunt.
Trecenti cum ſtant phylacıſtæ in atriis,
Textores, limbolarii, arcularii ducuntur: datur
Æs. jam hoſce abſolutos cenſeas,
Cum incedunt infectores crocotarii,
Aut aliqua mala crux ſemper eſt, quæ aliquid petat.
E. Compellarem ego illum, ni metuam ne deſinat
Memorare mores mulierum: nunc ſic ſinam.
M. Ubi nugigerulis res ſoluta eſt omnibus,
Ibi ad poſtremum cedit miles, æs petit.
Itur, putatur ratio cum argentario.
Impranſus miles aſtat, æs cenſet dari.
Ubi diſputata eſt ratio cum argentario,
Etiam plus ipſus ultro debet argentario.
Spes prorogatur militi in alium diem.
Hæ ſunt atque aliæ multæ in magnis dotibus
Incommoditates, ſumptuſque intolerabiles.
Nam QUÆ INDOTATA eſt, ea in poteſtate eſt viri.
Dotatæ mactant & malo & damno viros.
Sed eccum affinem ante ædes. quid ais, Euclio?

ACTUS III. SCENA VI.

EUCLIO, MEGADORUS.

NImium lubenter edi ſermonem tuum.
M. Ain'? audiviſti? E. uſque à principio omnia. M. tamen,
E. meo quidem animo, aliquanto facias rectius,
Si nitidior ſis filiæ nuptiis.
E. PRO RE nitorem, & gloriam pro copia
Qui habent, meminerint ſeſe unde oriundi ſient.
Neque pol, Megadore, mihi, neq; cuiquam pauperi,

Opi-

Digitized by Google

Opinione melius res ſtructa eſt domi.
M. Immo eſt, & dii faciant uti ſiet,
Plus plusque iſtuc ſoſpitent quod nunc habes.
E. Illud mihi verbum non placet; Quod nunc habes.
Tam hic ſcit me habere, quam egomet. anus fecit palam.
M. Quid tu te ſolus de ſenatu ſevocas?
E. Pol ego te ut accuſem merito meditabar.
M. quid eſt?
E. Quid ſit me rogitas? qui mihi omnis angulos
Farum impleviſti in ædibus miſero: mihi
Qui intromiſiſti in ædes quingentos cóquos,
Cum ſenis manibus, genere Geryonaceo:
Quos ſi Argus ſervet, qui oculeus totus fuit,
Quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit,
Is nunquam ſervet. præterea tibicinam,
Quæ mihi interbibere ſola, ſi vino ſcatet,
Corinthienſem fontem Pirenem poteſt.
Tum obſonium autem. M. pol vel legioni ſat eſt.
Etiam agnum miſi. E. quo quidem agno, ſat ſcio,
Magis curioſam nuſquam eſſe ullam belluam.
M. Volo ego ex te ſcire qui ſit agnus curio.
E. Qui oſſa atque pellis totus eſt, ita cura macet,
Quin exta inſpicere in Sole etiam vivo licet:
Ita is pellucet quaſi laterna Punica.
M. Cædundum illum ego conduxi. E. tum tu idem optumum eſt
Loces eſſerendum: nam jam credo mortuus eſt.
M. Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.
E. Non potem ego quidem me hercle. M. at ego juſſero
Cadum unum vini veteris à me afferrier. (quam.
E. Nolo hercle nam mihi bibere decretum eſt a-
M. Ego te hodie reddam madidum, ſed vino, probo,
Te, cui decretum eſt bibere aquam. E. ſcio quam rem agat.
Ut me deponat vino, eam affectat viam:
Poſt hoc, quod habeo, ut commutet coloniam.
Ego id cavebo, nam alicubi abſtrudam foris.
Ego faxo, & operam & vinum perdiderit ſimul.
M. Ego, niſi quid me vis, eo lavatum, ut ſacruficem.
E. Edepol næ tu, Aula, multos inimicos habes,
Atque iſtuc aurum quod tibi concreditum eſt.

Digitized by Google

Nunc hoc mihi factum est optumum, ut te auferam
Aulam in Fidei fanum: ibi abstrudam probe.
Fides, novisti me, & ego te: cave sis tibi,
Ne tu in me mutassis nomen, si hoc concreduo.
Ibo ad te, fretus tua, Fides, fiducia.

ACTUS IV. SCENA I.

STROBILUS, *servus Lycenidis.*

HOc est servi facinus frugi, facere quod ego per-
sequor:
Nec moræ molestiæq; imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia servire servus postulat,
In herum matura, in se sera condecet capessere.
Sin dormitet, ita dormitet, servom sese ut cogitet.
Nam qui amanti hero servitutem servit, quasi ego
servio, (cium reor,
Si herum videt superare amorem, hoc servi esse offi-
Retinere ad salutem: non eum, quo incumbat, eo
impellere.
Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea indoitur ratis,
Qui laborent minus, facilius ut nent, & moveant
manus: (censeo,
Eodem modo servom ratem esse amanti hero æquum
Ut toleret, ne pessum abeat, tanquam ** 12
Herile imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi
sciant. (qui.
Quod jubeat, citis quadrigis citius properet perse-
Quiea curabit, abstinebit censione bubula. (pedes.
Nec sua opera rediget unquam in splendorem com-
Nunc herus meus amat filiam hujus Euclionis pau-
peris: (gadoro dari.
Eam hero nunc renunciatum est nuptum huic Me-
Is speculatum hunc misit me, ut, quæ fierent, fieret
particeps. 19
Nunc sine omni suspicione in ara hic assidam sacra.
Hinc ego & huc & illuc potero, quid agant, arbitra-
rier.

ACTUS IV. SCENA II.

EUCLIO *senex*, STROBILUS *servus.*

TU modo cave cuiquam indicassis, aurum meum
esse istic, Fides. (bris situm est.
Non metuo ne quisquam inveniat: ita probe in late-
Edo

Edepol næ illic pulchram prædam agat, si quis il-
lam invenerit
Aulam onustam auri. verum id te quæso ut prohi-
beßis, Fides. (rer, 5
Nunc lavabo, ut rem divinam faciam, ne affinem mo-
Quin ubi arceßat me, meam extemplo filiam ducat
domum.
Vide, Fides, etiam atque etiam nunc, salvam ut au-
lam abs te auferam.
Tuæ fidei concredidi aurum: in tuo luco & fano
modo eßt situm.
S. Di immortales! quod ego hunc hominem facinus
audio loqui! (Fides, 10
Se aulam onustam auri abstrusisse hic intus in fano.
Cave tu illi fidelis, quæso, potius fueris, quam mihi.
Atque hic pater eßt, ut ego opinor, hujus, herus
meus quam amat. (piam
Ibo hinc intro: perscrutabor fanum, si inveniam us-
Aurum, dum hic eßt occupatus: sed si repperero, ô
Fides,
Mulsi congialem plenam faciam tibi fideliam. 15
Id adeo tibi faciam: verum ego mihi bibam, ubi id
fecero.

ACTUS IV. SCENA III.

EUCLIO.

NOn temere eßt, quod corvos cantat mihi nunc
ab læva manu.
Semel radebat pedibus terram, & voce crocibat sua.
Continuo meum cor cœpit artem facere ludicram,
Atque in pectus emicare. sed ego cesso currere.

ACTUS IV. SCENA IV.

EUCLIO, STROBILUS.

FOras, lumbrice, qui sub terra erepsisti mo-
do,
Qui modo nusquam comparebas: nunc, quum com-
pares, peris. (modis.
Ego edepol te, præstigiator, miseris jam accipiam
S. Quæ te mala crux agitat? quid tibi mecum eßt
commercii, senex?
Quid me afflictas? quid me raptas? qua me caussa
verberas? (trifur.
E. Verberabilissime, etiam rogitas? non fur, sed

Digitized by Google

S. Quid tibi ſurripui? E. redde huc ſis. S. quid tibi vis reddam? E. rogas?
S. Nihil equidem tibi abſtuli. E. at illud, quod tibi abſtuleras, cedo.
S. Hem, quid agis? E. quid agam? auferre non potes. S. quid vis tibi?
E. Pone. S. id quidem poſte datare, credo conſuetum, ſenex.
E. Pone hoc ſis: aufer cavillam: non ego nunc nugas ago.
S. Quid ego ponam? quin tu eloquere, quicquid eſt, ſuo nomine.
Non, hercle, equidem quicquam ſumpſi, nec tetigi. E. oſtende huc manus.
S. Hem tibi. E. oſtende. S. eccas. E. video. age oſtende etiam tertiam.
S. Larvæ hunc atque intemperiæ inſaniæque agitant ſenem.
Faciſne injuriam mihi, an non? E. fateor, quia non pendes, maxumam.
Atque id quoque jam fiet, niſi fatere. S. quid fatear tibi?
E. Quid abſtuliſti hinc? S. dî me perdant, ſi ego tui quicquam abſtuli.
E. Nive adeo abſtuliſſe vellem. agedum, excutedum pallium.
S. Tuo arbitratu. E. ne inter tunicas habeas. S. tenta qua lubet.
E. Vah, ſceleſtus, quam benigne! ut ne abſtuliſſe intellegam.
Novi ſycophantias. age rurſum, oſtende huc manum
Dexteram. S. hem. E. nunc lævam oſtende. S. quin equidem ambas profero.
E. Jam ſcrutari mitto. redde huc. S. quid reddam? E. ah nugas agis.
Certe habes. S. habeo ego? quid habeo? E. non dico: audire expetis.
Id meum quicquid habes, redde. S. inſanis: perſcrutatus es (nes.
Tuo arbitratu, neque tui me quicquam inveniſti pe-
E. Mane, mane: quis illic eſt, qui hic intus alter erat tecum ſimul?
Perii hercle! ille nunc intus turbat. hunc ſi amitto, hic abierit.

Po-

Digitized by Google

Postremo jam hunc perscrutavi. hic nihil habet. abi quo lubet.
Juppiter te dique perdant. S. haud male agit gratias.
E. Ibo hinc intro, atque illi scienno tuo jam interstringam gulam.
Fugin' hinc ab oculis? abin' hinc, an non? S. abeo, E. cavesis te videam.

ACTUS IV. SCENA V.

STROBILUS.

E Mortuum ego me mavelim letho malo,
Quam non ego illi dem hodie insidias seni.
Nam hic jam non audebit aurum abstrudere.
Credo referet jam secum, & mutabit locum.
Attat foris crepuit! senex eccum aurum effert foras.
Tantisper hic ego ad januam concessero.

ACTUS IV. SCENA VI.

EUCLIO, STROBILUS.

Fidei censebam maximam multo fidem
Esse. ea sublevit os mihi pœnissumè.
Ni subveniisset corvus, periissem miser.
Nimis hercle ego illum corvum ad me veniat velim,
Qui indicium fecit, ut ego illi aliquid boni
Dicam. nam quod edit, tam duim, quam perduim.
Nunc, hoc ubi abstrudam, cogito solum locum.
Sylvani lucus extra murum est avius,
Crebro salicto oppletus, ibi sumam locum.
Certum est, Sylvano potius credam, quam Fidei.
S. Euge! euge! dii me salvum & servatum volunt.
Jam ego illuc præcurram, atque inscendam aliquam in arborem?
Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.
Quanquam hic manere herus me sese jusserat,
Certum est, malam rem potius quæram cum lucro.

ACTUS IV. SCENA VII.

LYCONIDES *adolescens*, EUNOMIA *mulier*, PHÆDRIA *virgo*.

Dixi tibi, mater: juxta rem mecum tenes,
Super Euclionis filia. nunc, te obsecro,
Fac mentionem cum avunculo, mater mea:
Resecroque, mater, quod dudum obsecraveram.

Digitized by Google

E. Scis tute, facta velle me, quæ tu velis.
Et istuc confido à fratre me impetrassere.
Et caussa justa est, siquidem ita est ut prædicas,
Te eam compressisse vinolentum, virginem.
L. Egone ut te advorsum mentiar, mater mea?
P. Perii, mea nutrix! obsecro te, uterum dolet.
JUNO LUCINA, tuam fidem! L. hem, mater mea,
Tibi rem potiorem video: clamat, parturit.
E. I hac intro mecum, gnate mi, ad fratrem meum,
*Ut istuc quod tu me oras, efficiam tibi, *
Ut istuc quod me oras, impetratum ab eo auferam.
L. I, jam sequor te, mater. sed servum meum
Strobilum miror ubi sit, quem ego me jusserama
Hic opperiri. nunc ego mecum cogito,
Si mihi dat operam, me illi irasci injurium est.
Ibo intro, ubi de capite meo sunt comitia.

ACTUS IV. SCENA VIII.

STROBILUS.

PIci divitiis, qui aureos montes colunt,
Ego solus supero. nam istos reges cæteros
Memorare nolo, hominum mendicabula.
Ego sum ille rex Philippus. ô lepidum diem!
Nam ut dudum hinc abii, multo illuc adveni prior,
Multoque prius me collocavi in arborem:
Indeque exspectabam ubi aurum abstrudebat senex.
Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore;
Effodio aulam auri plenam. inde ex eo loco
Video recipere se senem: ille me non videt.
Nam ego modo declinavi paulum me extra viam.
Attat eccum ipsum. ibo ut hoc condam domum.

ACTUS IV. SCENA IX.

EUCLIO *senex*, LYCONIDES *adolescens*.

PErii! interii! occidi! quo curram? quo non curram? (eo, atque
Tene, tene! quem? quis? nescio, nihil video, cæcus
Equidem quo eam, aut ubi sim, aut qui sim, nequeo cum animo
Certum investigare. obsecro vos ego, mihi auxilio,
Oro, obtestor, sitis, & hominem demonstretis, qui eam abstulerit.

Qui

Qui veſtitu & creta occultant ſeſe, atque ſedent
quaſi ſint frugi.
Quid ais tu? tibi credere certum eſt. nam eſſe bo-
num, è vultu cognoſco.
Quid eſt? quid rideris? novi omnes: ſcio fures eſſe
hic complures.
Hem. nemo habet horum! occidiſti! dic igitur, quis
habet? neſcis!
Heu me miſerum, miſerum! perii male perditus!
peſſume ornatus eo. (tulit,
Tantum gemiti & malæ mœſtitiæ hic dies mihi ob-
Famem & pauperiem: perditiſſumus ego ſum om-
nium in terra. (didi?
Nam quid mihi opus eſt vita, qui tantum auri per-
Quod cuſtodivi ſedulo. egomet me defraudavi,
Animumque meum, geniumque meum. nunc eo alii
lætificantur,
Meo malo & damno: pati nequeo.
L. Quinam homo hic ante ædis noſtras ejulans con-
queritur mœrens?
Atque hic quidem Euclio eſt. eſt, opinor. oppido
ego interii! palam eſt res.
Scit peperiſſe jam, ut ego opinor, filiam ſuam. nunc
mihi incertum eſt,
Quid agam? abeam an maneam? an adeam? an fu-
giam? quid agam edepol neſcio.

ACTUS IV. SCENA X.

EUCLIO *ſenex*, LYCONIDES *adoleſcens*.

QUis homo hic loquitur? L. ego ſum. E. imo
ego ſum miſer, & miſere perditus,
Cui tanta mala, mœſtitudoque obtigit. L. animo
bono es.
E. Quo obſecro pacto eſſe poſſum? L. quia iſtuc fa-
cinus quod tuum
Sollicitat animum, id ego feci, & fateor. E. quid
ego ex te audio?
L. Id quod verum eſt. E. quid ego emerui, adole-
ſcens, mali?
Quamobrem ita faceres, meque meosque perditum
ires liberos?
L. Deus impulſor mihi fuit, is me ad illam illexit.
E. quo modo?

L. Fateor peccaviſſe, & me culpam commeritum
ſcio. (mihi.
Id adeo te oratum advenio, ut animo æquo ignoſcas
E. Cur id auſus facere, ut id, quod non tuum eſſet,
tangeres?
L. Quid vis fieri? factum eſt illud. FIERI infectum
non poteſt.
Deos credo voluiſſe: nam ni vellent, non fieret, ſcio.
E. At ego deos credo voluiſſe, ut apud te me in
nervo enicem.
L. Ne iſtuc dixis. E. quid tibi ergo meam me invito
tactio eſt?
L. Quia vini vitio atque amoris feci. E. homo au-
daciſſume,
Cum iſtacne te oratione huc ad me adire auſum, im-
pudens?
Nam ſi iſtuc jus eſt, ut ſic tu iſtuc excuſare poſſies,
Luce claro deripiamus aurum matronis palam;
Poſt id, ſi prehenſi ſumus, excuſemus, ebrios
Nos feciſſe amoris cauſſa. nimis vile'ſt vinum atque
amor, (licet.
Si ebrio atque amanti impune facere, quod lubeat,
L. Quin tibi ultro ſupplicatum venio ob ſtultitiam
meam.
E. Non mihi homines placent, qui, quando male fe-
cerunt, purgitant. (tuit.
Tu illam ſcibas non tuam eſſe: non attactam opor-
L. Ergo quia ſum tangere auſus, haud cauſſificor
quin eam (meam? 26
Ego habeam potiſſumum. E. tun' habeas me invito
L. Haud te invito poſtulo: ſed meam eſſe oportere
arbitror.
Quin tu eam invenies, inquam, meam illam eſſe o-
portere, Euclio.
E. Niſi refers. L. quid tibi ego referam? E. quod
ſurripuiſti meum.
Iam quidem hercle ad prætorem, te rapiam, & tibi
ſcribam dicam.
L. Surripui ego tuam? unde? aut quid id eſt? E. ita
te amabit Iuppiter, (dixeris.
Ut tu neſcis? L. niſi quidem tu mihi, quid quæras,
E. Aulam auri, inquam, te repoſco, quam tu con-
feſſus mihi

Te

Digitized by Google

Te abſtuliſſe. L. neque edepol ego dixi, neque feci.
E. negas?
L. Pernego imo, nam neque ego aurum, neque iſta
aula quæ fiet,
Scio, nec novi. E. illam, ex Sylvani luco quam ab-
ſtuleras, cedo.
I. refer: dimidiam tecum potius partem dividam.
Tametſi fur mihi es, moleſtus non ero. i vero, refer.
L. Sanus tu non es, qui furem me voces. ego te,
Euclio,
De alia re reſciviſſe cenſui, quod ad me attinet.
Magna eſt res: quam ego tecum otioſe, ſi otium eſt,
cupio loqui.
E. Dic bona fide: tu id aurum non ſurripuiſti?
L. bona.
E. Neque ſcis quis abſtulerit? L. iſtuc quoque bona.
E. atque id ſiſcies
Qui abſtulerit, mihi indicabis? L. faciam. E. neque
partem tibi
Abeo, quiqui eſt, inde poſces: neque furem exci-
pies? L. ita.
E. Quid ſi fallis? L. tum me faciat quod volt ma-
gnus Iuppiter.
E. Sat habeo. age nunc loquere quid vis. L. ſi me
noviſti minus.
Genere qui ſim gnatus: hic mihi eſt Megadorus
avonculus:
Meus fuit pater Antimachus: ego vocor Lyconides:
Mater eſt Eunomia. E. novi genus. nunc quid vis?
id volo (domi.
Noſcere. L. filiam exte tu habes. E. imo eccillam
L. Eam tu deſpondiſti, opinor, meo avunculo.
E. omnem rem tenes.
L. Is me nunc renunciare repudium juſſit tibi.
E. Repudium, rebus paratis, atq; exornatis nuptiis?
Ut illum di immortales omnes deæque, quantum eſt,
perduint, (miſer.
Quem propter hodie auri tantum perdidi, infelix,
I. Bono animo es, & benedice. nunc quæ res tibi &
gnatæ tuæ
Bene feliciterque vortat, ita di faxint, inquito.
E. Ita di faciant. L. & mihi ita di faciant. audi
nunc jam.

Qui

Digitized by Google

Qui homo culpam admisit in sese, nullus est eam parvi preti,
Quin pudeat, quin purget se. nunc te obtestor, Euclio,
Si quid ego erga te imprudens peccavi, aut gnatam tuam,
Ut mihi ignoscas, eamque uxorem mihi des, ut leges jubent:
Ego me injuriam feciſſe filiæ fateor tuæ,
Cereris vigiliis, per vinum, atque impulſu adoleſcentiæ.
E. Hei mihi! quod facinus ego ex te audio? L. cur ejulas?
Quem ego avum feci jam ut eſſes filiæ nuptiis:
Nam tua gnata peperit, decumo menſe poſt: numerum cape:
Ea te repudium remiſit avunculus cauſſa mea.
I intro, exquire, ſitne ita, ut ego prædico. E. perii oppido!
Ita mihi ad malum malæ res plurimæ ſe agglutinant.
Ibo intro, ut quid hujus veri ſit, ſciam. L. jam te ſequor.
Hæc propemodum jam eſſe in vado ſalutis res videtur.
Nunc ſervum eſſe ubi dicam meum Strobilum, non reperio:
Niſi etiam hic opperiar: tamen pauliſper; poſtea intro
Hunc ſubſequar. nunc interim ſpacium ei dabo exquirendi
Meum factum ex gnatæ pediſſequa nutrice ann. ea rem novit.

ACTUS V.

STROBILUS, LYCONIDES.

DI immortales, quibus & quantis me donatis gaudiis!
Quadrilibrem aulam auro onuſtam habeo: quis me eſt diuitior?
Quis me Athenis nunc magis quiſquam eſt homo, cui di ſint propitii?
L. Certo enim ego vocem hic loquentis modo me audire viſus ſum.

S. Ho-

Digitized by Google

S. Hem! herumne ego aſpicio meum? L. videon' ego hunc Strobilum ſervum mecum?
S. Ipſus eſt. L. haud alius eſt. S. congrediar. L. contollam gradum.
Credo ego illum, ut juſſi, eampſe anum adiſſe, hujus nutricem virginis.
S. Quin ego illi me inveniſſe dico hanc prædam, atque eloquor?
Igitur orabo ut manu me mittat: ibo atque eloquar.
Repperi. L. quid repperiſti? S. non, quod pueri clamitant,
In faba ſe repperiſſe. L. jamne autem, ne ſoles, deludis:
S. Here, mane, eloquar. jam auſculta. L. age ergo loquere. S. repperi hodie,
Here, divitias nimias. L. ubinam? S. quadrilibrem, inquam, aulam auri plenam.
L. Quod ego facinus audio ex te? S. Euclioni huic ſeni ſurripui.
L. Ubi id eſt aurum? S. in arca apud me. nunc volo me emitti manu.
L. Egone te emittam manu, ſcelerum cumulatiſſume? S. abi here, ſcio
Quam rem geras. lepide, hercle, animum tuum tentavi, jam
Ut eriperes, apparabas. quid faceres, ſi repperiſſem?
L. Non potes probaſſe nugas. i, redde aurum. S. reddam ego aurum?
L. Redde, inquam: ut huic reddatur. S. ah, unde? L. quod modo faſſus es eſſe
In area. S. ſoleo, hercle. ego garrire nugas, ita loquor. L. atſcin'
Quomodo? S. vel hercle enica, nunquam hinc feres a me.

IMPERFECTA FABULA.

CAPTEIVEI.

Dramatis Perſonæ.

ERGASILUS, *paraſitus.*
HEGIO, *ſenex.*
LORARIUS, *capt.*
PHILOCRATES, *capteivus.*
TYNDARUS, *capteivus.*
ARISTOPHONTES.
HEGIONIS, *puer.*
PHILOPOLEMUS.
STALAGMUS.
GREX.

ARGUMENTUM.

CAptus fuit in pugna Hegionis filius.
Alium quadrimum fugiens ſervos vendidit.
Pater capteivos commercatur Alios,
Tantum ſtudens, uti natum recuperet.
Et in ibus emit olim amiſſum filium.
Is ſuo cum domino veſte verſa ac nomine
Vt amittatur fecit: ipſus plectitur.
Et is reduxit captum & fugitivum ſimul,
Indicio cujus alium agnoſcit filium.

PROLOGUS.

HOs quos videtis ſtare hic captivos duos,
Illi qui aſtant, hi ſtant ambo, non ſedent.
Vos vos mihi teſteseſtis, me verum loqui.
Senex qui hic habitat, Hegio eſt hujus pater.
Sed is quo pacto ſerviat ſuo ſibi patri,
Id ego hic apud vos proloquar, ſi operam datis.
Seni huic fuerunt filii nati duo,
Alterum quadrimum puerum ſervus ſurpuit,
Eumque hinc profugiens vendidit in Alide
Patri hujusce. jam hoc tenetis? optumum eſt.
Negat, hercle, ille ultimus. accedito.
Si non ubi ſedeas locus eſt, eſt ubi ambules,
Quando hiſtrionem cogis mendicarier.
Ego me tua cauſſa, ne erres, non ruptarus ſum;
Vos qui poteſtis ope veſtra cenſerier,

Ac-

Digitized by Google

Accipite reliquom. alieno uti nihil moror.
Fugitivus ille, ut dixeram ante, hujus patri,
Domo quem profugiens dominum abitulerat, vendidit.
Hic poſtquam hunc emit, dedit eum gnato ſuo
Peculiarem: quia quaſi una ætas erat.
Hic nunc domi ſervit ſuo patri, nec ſcit pater.
Enimvero DINOS quaſi ſitas homines habent.
Rationem habetis, quomodo unum amiſerit.
Poſtquam belligerant Ætoli cum Aliis,
Ut in bello fit, capitur alter filius.
Medicus Menarchus emit ibidem in Alide.
Cœpit captivos commercari hic Alios,
Si quem reperire poſſet, cum quo mutet ſuum
Illum captivum. hunc ſuum eſſe neſcit, qui domi eſt.
Et quoniam heri inde audivit, de ſummo loco
Summoque genere captum eſſe equitem Aliam,
Nihil pretio parſit, filio dum parceret:
Reconciliare ut facilius poſſet domum,
Emit hoſce de præda ambos de Quæſtoribus.
Hice autem inter ſeſe hunc confinxerunt dolum,
Quo pacto hic ſervus ſuum herum hinc amittat domum.
Itaque inter ſe commutant veſtem & nomina.
Illic vocatur Philocrates; hic Tyndarus.
Hujus illic, hic illius hodie fert imaginem.
Et hic hodie expediet hanc docte fallaciam,
Et ſuum herum faciet libertatis compotem.
Eodemque pacto fratrem ſervabit ſuum,
Reducemque faciet liberum in patriam ad patrem
Imprudens: itidemque ut ſæpe jam in multis locis
Plus inſciens quis fecit; quam prudens boni.
Sed inſcientes ſua ſibi fallacia
Ita compararunt & confinxerunt dolum:
Itaque hi commenti de ſua ſententia,
Ut in ſervitute hic ad ſuum maneat patrem:
Ita nunc ignorans ſuo ſibi ſervit patri.
HOMUNCULI quanti ſunt, cum recogito.
Hæc res agetur nobis, vobis Fabula.
Sed etiam eſt paucis vos quod monitos voluerim.
Profecto expediet, Fabulæ huic operam dare.
Non pertractate facta eſt, neque item ut cæteræ;
Neque ſpurcidici inſunt verſus immemorabiles;

Hic

Digitized by Google

Hic neque perjurus leno eſt, nec meretrix mala,
Neque miles glorioſus. ne vereamini,
Quia bellum Ætolis eſſe dixi cum Aliis.
Foris illic extra ſcenam fient prælia.
Nam hoc pœne iniquum eſt Comicochoragio,
Conari de ſubito nos agere Tragœdiam.
Proin, ſi quis pugnam exſpectat, lites contrahat:
Valentiorem nactus adverſarium
Si erit, ego faciam ut pugnam inſpectet non bonam:
Adeo ut ſpectare poſtea omneis oderit.
Abeo. Valete, judices juſtiſſumi,
Domi bellique duellatores optumi.

ACTUS I. SCENA I.

ERGASILUS *parasitus.*

JUventus nomen indidit ſcorto mihi,
Eo quia invocatus ſoleo eſſe in convivio.
Scio, abſurde dictum hoc deriſores dicere,
At ego ajo, recte. nam in convivio ſibi
Amator, talos cum jacit, ſcortum invocat.
Eſtne invocatum, an non eſt? eſt planiſſume.
Verum, hercle, verum nos Paraſiti planius,
Quos nunquam quiſquam neque vocat, neq; invocat.
Quaſi mures ſemper edimus alienum cibum.
Ubi res prolatæ ſunt, cum rus homines eunt,
Simul prolatæ res ſunt noſtris dentibus.
Quaſi cum caletur, cochleæ in occulto latent,
Suo ſibi ſucco vivunt, ros ſi non cadit:
Item Paraſiti rebus prolatis latent
In occulto, miſeri victitant ſucco ſuo,
Dum ruri rurant homines quos liguriant.
Prolatis rebus Paraſiti venatici
Sumus: quando res redierunt, Moloſſici
Odioſicique, & multum incommodiſtici.
Et hic quidem, hercle, niſi qui colaphos perpeti
Potis Paraſitus, frangique aulas in caput,
Vel extra portam ire trigeminam ad ſaccum licet.
Quod mihi ne eveniat, nonnullum periculum eſt.
Nam poſtquam meus rex eſt potitus hoſtium,
Ita nunc belligerant Ætoli cum Aliis.
Nam Ætolia hæc eſt: illic captu'ſt in Alide
Philopolemus hujus Hegionis filius,
Senis, qui hic habitat: quæ ædes lamentariæ

Mihi

Digitized by Google

Mihi sunt: quas quotiescunque conspicio. Deo.
Nunc hic occepit quæstum hunc filii gratia
Inhonestum, maxume alienum ingenio suo.
Homines captivos commercatur, si queat
Aliquem invenire, summ qùicum mutet filium.
Nunc ad eum pergam, sed aperitur ostium,
Unde saturitate sæpe ego exii ebrius.

ACTUS I. SCENA II.

HEGIO *senex*, LORARIUS, ERGASILUS *Parasitus*.

ADvorte animum sis tu: istos captivos duos,
Here quos emi de præda, de quæstoribus,
His indito catenas singularias:
Istas majores, quibus sunt vincti, demito.
Sinito ambulare, si foris, si intus volent:
Sed uti asserventur magna diligentia.
LIBER captivus avis feræ consimilis est:
Semel fugiendi si data est occasio,
Satis est: nunquam post illam possis prendere.
L. OMNES profecto liberi lubentius (dem.
Sumus, quam servimus. H. non videre ita tu qui-
L. Si non est quod dem, mene vis dem ipse in pedes?
H. Si dederis, erit extemplo mihi, quod dem tibi.
L. Avis me feræ consimilem faciam, ut prædicas.
H. Ita ut dicis. nam si faxis, te in caveam dabo.
Sed satis verborum est. cura quæ jussi, atque abi.
E. Quod ego quidem nimis quam cupio, ut impe-
tret:
Nam ni illum recipit, nihil est quo me recipiam.
Nulla est juventutis spes: sese omnes amant.
Ille demum antiquis est adolescens moribus:
Cujus nunquam voltum tranquillavi gratiis.
Condigne est paret ejus moratus moribus.
H. Ego ibo ad fratrem, ad alios captivos meos:
Visam ne nocte hac quippiam turbaverint:
Inde me continuo recipiam rursum domum.
E. Ægre est mihi, hunc facere quæstum carcerarium,
Propter sui gnati miseriam, miserum senem.
Sed si ullo pacto ille huc conciliari potest,
Vel carnificinam hunc facere, possum perpeti. (ror.
H. Quis hic loquitur? E. ego, qui tuo mœrore mace-
Macesco, consenesco, & tabesco miser.

Ossa atque pellis sum misera macritudine.
Neque unquam quicquam me juvat quod edo domi
Foris aliquantillum etiam quod gusto, id beat.
H. Ergasile, salve. E. di te bene ament, Hegio.
H. Ne fle. E. egone illum non fleam? egone non
deflcam
Talem adolescentem? H. semper sensi filio
Meo te esse amicum, & illum intellexi tibi.
E. TUM DENIQUE homines nostra intelligimus bona,
Cum quæ in potestate habuimus, ea amisimus.
Ego, postquam gnatus tuus potitu'st hostium,
Expertus quanti fuerit: nunc desidero.
H. Alienus cum ejus incommodum tam ægre feras,
Quid me patrem par facere est, cui ille est unicus?
E. Alienus ego? alienus ille? ha, Hegio!
Nunquam istuc dixis, neque animum induxis tuum.
Tibi ille unicu'st, mihi etiam unico magis unicus.
H. Laudo, MALUM quom amici tuum ducis malum.
Nunc habe bonum animum. E. eheu! H. huic illud
dolet,
Quia nunc remissus est edendi exercitus.
Nullumne interea nactus, qui posset tibi
Remissum, quem dixti, imperare exercitum?
E. Quid credis? fugitant omnes hanc provinciam
Quoi obtigerat; postquam captu'st Philopolemus
tuus.
H. Non pol mirandum est, fugitare hanc provinciam.
Multis & multigeneribus opus est tibi
Militibus. primum dum opus est Pistorienstbus;
Eorum sunt genera aliquot Pistorienstum.
Opus Paniceis, opus Placentinis quoque,
Opus Tardetanis, opus est Ficedulenstbus:
Iam maritumi omnes milites opus sunt tibi.
E. UT SÆPE summa ingenia in occulto latent!
Hic qualis imperator nunc privatus est!
H. Habe modo bonum animum, nam illum confido
domum
In his diebus me reconciliasse re.
Nam eccum captivum hic adolescentem habeo A-
Prognatum genere summo, & summis divitiis:
Hoc, illum me mutare, confido fore.
Ita di deæque faxint. H. sed num quo foras

Voca

Vocatus ad cœnam? E. nuſquam equidem, quod ſciam.
Sed quid tu id quæris? H. quia mihi eſt natalis dies;
Propterea te vocari ad cœnam volo.
E. Facete dictum. H. ſed ſi pauxillum potes
Contentus eſſe. E. næ perpauxillum modo:
Nam iſtoc me aſſiduo victu delecto domi.
H. Age ſis roga. E. enim' tu? H. niſi qui meliorem afferet.
E. Quæ mihi atque amicis placeat conditio magis?
Quaſi fundum vendam, meis me addicam legibus.
H. Profundum vendis tu quidem, haud fundum mihi.
Sed ſi venturus, tempori. E. hem, vel jam otium eſt.
H. I modo, venare leporem: nunc Cerim tenes.
Nam meus ſcrupoſam victus commeat viam.
E. Nunquam iſtoc vinces me, Hegio; ne poſtules:
Cum calceatis dentibus veniam tamen.
H. Aſper meus victus ſane eſt E. ſentisne eſitas?
H. Terreſtris cœna eſt. E. ſus terreſtris beſtia eſt.
H. Multis oleribus. E. curato ægrotos domi.
Nunquid vis? H. venias tempori. E. memorem mones.
H. Ibo intro, atque intus ſubducam ratiunculam,
Quantillum argenti mihi apud trapezitam ſiet.
Ad fratrem, quo ire dixeram, mox ivero.

ACTUS II. SCENA I.

LORARIUS, PHILOCRATES, TYNDARUS, *Capteivei.*

SI dii immortales id voluere. vos hanc ærumnam exſequi,
Decet id pati animo æquo. ſi id facietis, levior labos erit.
Domi fuiſtis, credo, liberi: (nu'ſt,
Nunc ſervitus ſi evenit, ei vos morigerari mos bo-
Eamque herili imperio ingeniis voſtris lenem reddere.
INDIGNA digna habenda ſunt, herus quæ facit.
P. oh, oh. oh!
L. Ejulatione haud opus eſt: oculis multam miſeriam additis.
IN RE MALA animo ſi bono utare, adjuvat.

Digitized by Google

P. At nos pudet, quia cum catenis ſumus. L. at pigeat poſtea
Herum noſtrum, ſi vos eximat vinculis,
Aut ſolutos ſinat, quos argento emerit.
P. Quid à nobis metuit? ſcimus nos
Noſtrum officium quod eſt, ſi ſolutos ſinat.
L. At fugam fingitis. ſentio quam rem agitis.
P. Nos fugiamus? quo fugiamus? L. in patriam.
P. apage: haud nos id deceat
Fugitivos imitari. L. imo edepol ſi erit occaſio, haud dehortor.
P. Unum exorare vos ſinite nos. L. quidnam id eſt?
P. ut ſine his arbitris
Atque vobis, nobis detis locum loquendi.
L. Fiat. abſcedite hinc: nos concedamus huc. ſed brevem orationem incepiſſe.
P. Hem iſtuc mihi certum erat. concede huc. L. abite ab iſtis. T. obnoxii ambo
Vobis ſumus propter hanc rem; cum, quæ volumus nos,
Copia eſt, ea facitis ejus nos compotes.
P. Secede huc nunc jam, ſi videtur, procul:
Ne arbitri dicta noſtra arbitrari queant:
Neve permanet palam hæc noſtra fallacia.
Nam DOLI NON doli ſunt, niſi aſtu colas,
Sed malum maxumum, ſi id palam provenit.
Nam ſi herus mihi es tu, atque ego me tuum eſſe ſervum aſſimilo,
Tamen viſo opu'ſt, cauto eſt opus, ut hoc ſobrie, ſine arbitris,
Accurate hoc agatur, docte & diligenter.
Tanta incepta res eſt: haud ſomniculoſe hoc
Agendum eſt. T. ero, ut me voles eſſe. P. ſpero.
T. Nam tu nunc vides pro tuo caro capite,
Carum offerre meum caput vilitati.
P. Scio. T. at ſcire memento, quando id, quod voles, habebis
Nam FERE MAXUMA pars morem hunc hominum habent: quod ſibi volunt,
Dum id impetrant, boni ſunt: ſed id ubi jam penes ſeſe habent,
Ex bonis peſſumi & fraudulentiſſumi
Sunt. nunc ut te mihi volo eſſe, eſſe autumo.

T. Quod

Digitized by Google

T. Quod tibi suadeam, suadeam meo patri.
P. Pol ego te, si audeam, meum patrem nominem:
Nam secundum patrem tu es pater proximus.
T. Audio. P. & propterea sæpius te, ut memineris, moneo.
Non ego herus tibi, sed servus sum. nunc obsecro te hoc unum.
Quoniam nobis dî immortales animum offenderunt
Ut qui herum me tibi fuisse, atque esse nunc conservum velint;
Quod antehac pro jure imperitabam meo, nunc te oro per precem,
Per fortunam incertam, & per me erga te bonitatem patris,
Perque conservitium commune, quod hostica evenit manu.
Ne me secus honore honestes, quam ego te, cum servibas mihi:
Atque ut qui fueris, & qui nunc sis, meminisse ut memineris.
T. Scio quidem me te esse nunc, & te esse me.
P. hem istuc si potes
Memoriter meminisse, inest spes nobis in hac astutia.

ACTUS II. SCENA II.

HEGIO, PHILOCRATES, TYNDARUS.

JAM ego revertar intus, si ex his quæ volo exquisivero.
Ubi sunt isti, quos ante ædis jussi hunc produci foras?
P. Edepol tibi ne quæstioni essemus, cautum intellego,
Ita vinculis custodiisque circummœniti sumus.
H. QUI CAVET, ne decipiatur, vix cavet, cum etiam cavet.
Etiam cum caviſſe ratus, sæpe is cautor captus est.
An vero non justa causſa est, ut vos servem sedulo.
Quos tam grandi sim mercatus præsenti pecunia?
P. Neque pol tibi nos, quia non servas, æquom est vitio vortere:
Neque te nobis, si abeamus hinc, si fuat occasio.
H. Ut vos hic, itidem illic apud vos meus servatur filius.
P. Captus est? H. ita. P. non igitur nos soli ignavi fuimus.

Digitized by Google

H. Secede huc. nam ſunt ex te quæ ſolo ſcitari volo;
Quarum rerum te falſiloquum mihi eſſe nolo. P. non ero,
Quod ſciam. ſi quid neſcivi, id neſcium tradam tibi.
T. Nunc ſenex eſt in tonſtrina: nunc jam cultros attinet.
Ne id quidem involucre injicere voluit, veſtem ut ne inquinet.
Sed utrum, ſtrictimne attonſurum dicam eſſe, an per pectinem,
Neſcio: verum ſi frugi eſt, uſque admutilabit probe.
H. Quid tu? ſervusne eſſe, an liber mavelis? memora mihi.
P. Proxumum quod ſit bono, quodque à malo longiſſume,
Id volo. qnanquam non multum fuit moleſta ſervitus:
Nec mi ſecus erat, quam ſi eſſem familiaris filius.
T. Eugepæ! Thalem talento non emam Mileſium.
Nam ad ſapientiam hujus ille nimius nugator fuit.
Ut facete orationem ad ſervitutem contulit!
H. Quo de genere natu'ſt illic Philocrates? P. Polyplusio.
Quod genus illic eſt unum pollens atque honoratiſſimum.
H. Quid ipſus hic? quo honore eſt illic? P. ſummo, atque à ſummis viris.
H. Tum igitur ei cum in Aliis tanta gratia eſt, ut prædicas,
Quid divitiæ? ſuntne optumæ? P. unde excoquat ſervum ſenex.
H. Quid pater? vivitne? P. vivum, cum inde abiimus, liquimus.
At nunc vivat, nec ne, id Orcum ſcire oportet ſcilicet.
T. Salva res eſt. philoſophatur quoque jam, non mendax modo eſt.
H. Quod erat ei nomen? P. Theſaurochryſonicochryſides.
H, Videlicet propter divitias inditum id nomen quaſi eſt.
P. Imo edepol propter avaritiam ipſius, atque audaciam.
Nam ille quidem Theodoromedes fuit germano nomine.
H. Quid tu ais? tenaxne pater ejus eſt? P. imo edepol pertinax.
Quin etiam ut magis noſcas: Genio ſuo ubi quando ſacrificat,

Digitized by Google

Ad rem divinam quibus eſt opus Samiis vaſis utitur,
Ne ipſe Genius ſurripiat. proinde aliis ut credat vide.
H. Sequere hac me igitur. eadem ego ex hoc, quæ volo, exquæſivero. (tuit.
Philocrates hic fecit, hominem frugi ut facere opor-
Nam ego ex hoc, quo genere gnatus ſis, ſcio: hic faſſu'ſt mihi.
Hæc tu eadem ſi confiteri vis, tua te feceris:
Quæ tamen ſcito ſcire me ex hoc. T. fecit officium hic ſuum.
Cum tibi eſt confeſſus verum: quanquam volui ſedulo (meas.
Meam nobilitatem occultare, & genus, & divitias
Hegio, nunc quando patriam & libertatem perdidi, ſo
Non ego iſtunc me potius, quam te metuere, æquum cenſeo.
Vis hoſtilis cum iſtoc fecit meas opes æquabiles.
Memini, cum dicto haud audebat; facto nunc lædat licet. (ut lubet:
Sed viden'? FORTUNA humana fingit artatque
Me, qui liber fueram, ſervum fecit: e ſummo infimum.
Qui imperare inſueveram, nunc alterius imperio obſequor.
Et quidem ſi proinde ut ipſe fui imperator familiæ,
Habeam dominum, non verear ne injuſte aut graviter mihi imperet.
Hegio, hoc te monitum, niſi forte ipſe non vis, volueram.
H. Loquere audacter. T. tam ego fui ante liber, quam gnatus tuus.
Tam mihi, quam illi, libertatem hoſtilis eripuit manus. (ſervio.
Tam ille apud nos ſervit, quam ego nunc hic apud te
EST PROFECTO Deus, qui, quæ nos gerimus, anditque & videt. (verit.
Is, uti tu me hic habueris, proinde illum illic curaBENE MERENTI bene profuerit, male merenti par erit.
Quam tu filium tuum, tam pater me meus deſiderat.
H. Memini ego iſtoc. ſed faterin' eadem quæ hic faſſu'ſt mihi?
T. Ego patri meo eſſe fateor ſummas divitias domi. Me-

Digitized by Google

Meq; ſummo genere gnatum. ſed te obteſtor, Hegio,
Ne tuum animum avariorem faxint divitiæ meæ: 7 ●
Ne patri, tametſi unicus ſum, decere videatur magis,
Me ſaturum ſervire apud te ſumptu & veſtitu tuo,
Potius quam illi, ubi minume honeſtum eſt, mendicantem vivere. (ſatis.
H. Ego virtute deum & majorum noſtrum dives ſum
NON EGO OMNINO lucrum omne eſſe utile homini exiſtumo. (reddidit.
Scio ego; multos jam lucrum luculentos homines
EST ETIAM, ubi profecto damnum præſtet facere, quam lucrum.
Odi ego aurum: multa multis ſæpe ſuaſit perperam.
Nunc hoc animum advortito, ut ea quæ ſentio, pariter ſcias.
Filius meus illic apud vos ſervit captus Alide: 8●
Eum ſi reddis mihi, præterea unum nummum ne duis: (non potes.
Et te & hunc amittam hinc. alio pacto abire hinc
T. Optumum at que æquiſſimum oras, optumusque hominum homo es.
Sed is privatam ſervitutem ſervit illi, an publicam?
H. Privatam medici Menarchi. P. pol hic quidem hujus eſt cliens. (quando pluit.
Tam hoc quidem tibi in proclivi, quam imber eſt,
H. Fac is homo ut redimatur. T. faciam. ſed te id oro, Hegio. 87
H. Quidvis, dum ab re ne quid ores, faciam. T. auſcultа dum, ſcies. (lo.
Ego me amitti, donicum ille huc redierit, non poſtu-
Verum, te quæſo, ut æſtimatum hunc mihi des, quem mittam ad patrem, (ſero
Ut is homo redimatur illi. H. imo alium potius mi-
Hinc, ubi erunt induciæ, illuc tuum qui conveniat patrem: (ferat.
Qui tua, quæ tu miſeris mandata, ita, ut velis, per-
T. At nihil eſt, ignotum ad illum mittere: operam luſeris. (venerit. 95
Hunc mitte, hic omne transactum redder, ſi illuc
Nec quenquam fideliorem, neq; cui plus credat; potes
Mittere ad eum, nec qui magis ſit ſervos ex ſententia: (dacius.
Neque adeo cui tuum concredat filium hodie au-

Digitized by Google

Ne vereare, meo periculo hujus ego experiar fidem,
Fretus ingenio ejus, quod me esse scit erga se benevolum.
H. Mittam equidem istunc æstimatum tua fide, si vis
T. volo. (volo.
Quam citissume potest, tam hoc cedere ad factum
H. Num qua causa est, quin si ille huc non redeat, viginti minas (nunc jam,
Mihi des pro illo? T. optuma isno. H. solvite istum
Atque utrunque. T. di tibi omnes omnia optata asferant, (eximis.
Cum me tanto honore honestas, eumque ex vinclis
Hoc quidem haud molestum est jam, quod collus collaria caret.
H. QUOD bonis benefit beneficium, gratia ea gravida est bonis. (præcipe,
Nunc tu illum si illo es missurus, dice, demonstra,
Quæ ad patrem vis nunciari. vin' vocem huc ad te?
T. voca.

ACTUS II. SCENA III.

REGIO, PHILOCRATES, TYNDARUS.

QUæ res bene vortat mihi, meoque filio,
Vobisque: volt te novus herus operam dare
Tuo veteri domino, quod is velit, fideliter.
Nam ego te æstimatum huic dedi viginti minis;
Hic autem te, ait, mittere hinc velle ad patrem, §
Meum ut illic redimat filium: mutatio
Inter me atque illum ut nostris fiat filiis.
P. Utroque vorsum rectum est ingenium meum.
Ad te atque ad illum pro rota me uti licet;
Vel ego huc vel illuc vortar, quo inperabitis.
H. Tute tibi ea tuopte ingenio prodes plurimum,
Cum servitutem ita fers, uti ferri decet.
Sequere hac. hem tibi hominem. T. gratiam habeo tibi,
Quom copiam istam mihi & potestatem facis:
Ut ego ad parentes hunc remittam nuncium, §
Qui me quid rerum hic agitem, & quid fieri velim,
Pater meo ordine omnem rem illuc perferat.
Nunc ita convenit inter me atque hunc, Tyndare,
Ut te æstimatum in Alidem mittam ad patrem.

Digitized by Google

Si non rebitas huc, ut viginti minas
Dem pro te. P. recte conveniſſe ſentio.
Nam pater expectat, aut me, aut aliquem nuncium,
Qui hinc ad ſe veniat. T. ergo animum advortas volo,
Quæ nunciare hinc te volo in patriam ad patrem.
P. Philocrates, ut adhuc locorum feci, faciam ſedulo,
Ut potiſſimum quod in rem recte conducat tuam,
Id petam, idque perſequar corde & animo atque viribus.
T. Facis ita, ut te facere oportet. nunc animum advortas volo.
Omnium primum ſalutem dicito matri & patri,
Et cognatis, & ſi quem alium benevolentem videris.
Me hic valere & ſervitutem ſervire huic homini optumo,
Qui me honore honeſtiorem ſemper fecit, & facit.
P. Iſtuc ne præcipias: facile memoria memini tamen.
T. Nam quidem, niſi quod cuſtodem habeo, liberum me eſſe arbitror.
Dicito patri, quo pacto mihi cum hoc convenerit
De hujus filio. P. quæ memini, mora mere eſt monerier,
T. Ut cum redimat, & remittat noſtrum huc amborum vicem.
P. Meminero. H. at quamprimum poteris, iſtuc in rem utrique eſt maxume.
P. Non tuum tu magis videre, quam ille ſuum gnatum cupit. (aliud vis patri
H. Meus mihi, Suus cuique eſt carus. P. nunquid
Nunciari? T. me hic valere & tute au lacter dicito,
Tyndare, inter nos fuiſſe ingenio haud diſcordabili:
Neque te commeruiſſe culpam, neque me advorſatum tibi:
Beneque hero geſſiſſe morem in tantis ærumnis: tamen (neque fide,
Neque med unquam deſeruiſſe te, neque factis,
Rebus in dubiis, egenis hæc pater quando ſciet;
Tyndare, ut fueris animatus erga ſuum gnatum atque ſe,
Numquam erit tam avarus, quin te gratus emittat manu.

Et

Digitized by Google

Et mea opera, si hinc rebito, faciam ut faciat facilius.
Nam tua opera & comitate & virtute & sapientia
Feciſti, ut redire liceat ad parentes denuo:
Cum apud hunc confeſſus es & genus & divitias meas.
Quo pacto emiſiſti è vinclis tuum herum, tua ſapientia.
P. Feci ego iſta ut commemoras: & te meminiſſe id gratum eſt mihi.
Merito tibi ea evenerunt à me: nam nunc, Philocrates,
Si ego item memorem quæ med erga multa feceſti
Nox diem adimat. nam ſi ſervus meus eſſes, nihilo ſecius
Mihi obſequioſus ſemper fuiſti. H. di voſtram fidem,
Hominum ingenium liberale! ut lacrumas excutiunt mihi!
Videas corde amare inter ſe: quantis laudibus ſuum
Servus collaudavit! P. pol iſtic haud mi centeſimam
Partem laudat, quam ipſe meritus eſt, ut laudetur laudibus.
H. Ergo cum optume feciſti, nunc adeſt occaſio
Benefacta cumulare: ut erga hunc rem geras fideliter.
P. Magis non factum poſſum velle, quam opera exſtat. Id ut ſcias, Iovem ſupremum teſtem laudo, Hegio,
Me infidelem non futurum Philocrati. H probus es homo.
P. Nec me ſecus unquam ei facturum quicquam.
T. Iſthæc dicta te experiri & operis & factis volo.
Et quo minus dixi, quam volui de te, animum advortas volo.
Atque horum verborum cauſſa caveto mihi iratus
Sed te quæſo, cogitato, hinc mea fide mitti domum
Te æſtimatum, & meam eſſe vitam hic pro te poſitam pignori.
Ne tu me ignores, cum exemplo meo è conſpectu abſceſſeris,
Quom me ſervom in ſervitute pro te hic reliquerit.
Tuque te pro libero eſſe ducas, pignus deſeras:
Neque des operam, pro me ut hujus reducem facias filium.
Scito te hinc minis viginti æſtimatum mittier.

Fac

Fac fidelis ſis fideli: cave fidem fluxam geras.
Nam pater, ſcio, faciet, quæ illum facere oportet,
omnia. (ventum inveni.
Serva in perpetuum tibi amicum me, atque hunc in-
Hæc per dexteram tuam, te dextera retinens manu,
Obſecro, infidelior mihi ne fuas, quam ego ſum tibi.
Tu hoc age: tu mihi herus nunc es: tu patronus:
tu pater: (ſatis:
Tibi commendo ſpes opesque meas. P. mandaviſti
Satin' habes, mandata quæ ſunt, facta ſi refero?
T. ſatis.
P. Et tua & tua huc ornatus reveniam ex ſententia.
Nunquid aliud? T. ut quamprimum poſſis, redeas.
P. res monet. (tibi:
H. Sequere me, viaticum ut dem hinc à trapezita
Eadem opera à Prætore ſumam ſyngraphum.
T. quem ſyngraphum?
H. Quem hic ferat ſecum ad legionem, hinc ire huic
ut liceat domum. (depol rem meam
Tu intro abi. T. bene ambulato. P. bene vale. H. e-
Conſtabilivi, cum illos emi de præda à quæſtoribus.
Expedivi ex ſervitute filium, ſi dis placet.
At etiam dubitavi hos homines emerem, an non e-
merem, diu.
Servate iſtum ſultis intus, ſervi: ne quoquam pedem
Efferat ſine cuſtode. ego apparebo domi.
Ad fratrem modo captivos alios inviſo meos.
Eadem percontabor, ecquis hunc adoleſcentem no-
verit. (volo.
Sequere tu, te ut amittam, ei rei primum prævorti

ACTUS III. SCENA I.

ERGASILUS, *Paraſitus.*

Miſer homo eſt, qui ſi ipſe ſibi quod edit quærit,
& id ægre invenit:
Sed ille eſt miſerior, qui & ægre quærit, & nihil in-
venit. (non habet.
Ille miſerrimus eſt, qui cum eſſe cupit, quod edit
Nam, hercle, ego huic diei, ſi liceat, oculos effo-
diam libens,
Ita malignitate oneravit omnes mortales mihi.
Neque jejunioſiorem, neque magis effertum fame
Vidi: nec quo minus procedat, quicquid facere oc-
ceperit.

Digitized by Google

Itaque venter gutturque reſident eſuriales ſeriae.
Ilicet paraſiticæ arti maxumam in malam crucem!
Ita juventus jam ridiculos inopesque ab ſe ſegregat.
Nihil morantur jam Laconas imi ſubſellii viros,
Plagipatidas, quibus ſunt verba ſine penu & pecunia.
Los requirunt, qui, libenter cum ederint, reddant domi.
Ipſi obſonant, quæ paraſitorum ante erat provincia.
Ipſi de foro tam aperto capite ad lenones eunt, (reos.
Quam in tribu aperto capite ſontes condemnant
Neque ridiculos jam teruncii faciunt. ſeſe omnes amant. (foro:
Nam ut dudum hinc abii, acceſſi ad adoleſcentes in
Salvete, inquam: Quo imus una, inquam, ad prandium? atque illi tacent. (muti ſilent:
Quis ait hoc? aut quis profitetur? inquam, quaſi
Neque me rident. Ubi cœnamus? inquam, atque illi abnuunt,
Dico unum ridiculum dictum, de dictis melioribus,
Quibus ſolebam menſtruales epulas ante adipiſcier.
Nemo ridet. ſcivi extemplo rem de compacto geri.
Ne canem quidem irritatam voluit quiſquam imitarier.
Saltem, ſi non arriderent, dentes ut reſtringerent.
Abeo ab illis poſtquam video me ſic ludificarier.
Pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una res
Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii.
Nunc redeo inde, quoniam me ibi video ludificarier.
Item alii paraſiti fruſtra obambulabant in foro.
Nunc barbarica lege certum eſt jus meum omne perſequi. (beant,
Qui concilium iniere, quo nos victu & vita prohi-
His diem dicam: irrogabo multam: ut mihi cœnas decem
Meo arbitratu dent, cum cara annona ſit. ſic egero.
Nunc ibo ad portum hinc. eſt illic mihi una ſpes cœnatica: (aſperam.
Si ea decollabit, redibo huc ad ſenem, ad cœnam

ACTUS III. SCENA II.

HEGIO.

QUid eſt ſuavius, quam bene rem gerere bono publico? ſicut ego feci heri, (obviam,
Cum emi hoſce homines. ubi quiſque vident; eunt Gre-

Digitized by Google

Gratulanturq; eam rem, ita me miſerum reſtitando
Retinendoque laſſum reddiderunt.
Vix ex gratulando miſer jam eminebam.
Tandem abii ad Prætorem: ibi vix requievi: rogo
ſyngraphum:
Datur mihi: illico dedi Tyndaro. ille abiit domum.
Inde illico revortor domum, poſtquam id actum eſt,
eo: (ptivi.
Protinus ad fratrem inde abii, mei ubi ſunt alii ca-
Rogo, Philocratem ex Alide ecquis omnium nove-
rit! (eſſe eum
Tandem hic exclamat, eum ſibi eſſe ſodalem. dico
Apud me. hic extemplo orat obſecratque, eam ſibi
ut liceat
Videre. juſſi illico hunc exſolvi. nunc tu ſequere me,
Ut quod me oraviſti, impetres, hominem ut conve-
nias.

ACTUS III. SCENA III.

TYNDARUS.

NUnc illud eſt, cum me fuiſſe, quam eſſe, nimio
mavelim:
Nunc ſpes, opes auxiliaque à me ſegregant, ſper-
nuntque ſe. (eſt:
Hic ille eſt dies, cum nulla vitæ meæ ſalus ſperabilis
Neque exilium exitio eſt; neque adeo ſpes, quæ mi-
hi hunc aſpellat metum:
Nec mendaciis ſubdolis mihi uſquam mantellum eſt
meis. (viam eſt.
Nec ſycophantiis, nec fucis ullum mantellum ob-
Neque deprecatio perfidiis meis, nec malefactis fu-
ga eſt. (culum dolis.
Nec confidentiæ uſquam hoſpitium eſt, nec divorti-
Operta quæ fuere, aperta ſunt: patent præſtigiæ.
Omnis res palam eſt: neque de hac re negotium eſt,
quin male
Occidam, oppetamq; peſtem, heri vicem meamque.
Perdidit me Ariſtophontes hic, qui intro venit
modo:
Is me novit: is ſodalis Philocrati & cognatus eſt.
Neque jam Salus ſervare, ſi volt, me poteſt: nec co-
pia eſt:
Niſi ſi aliquam corde machinor aſtutiam.

Quam,

Digitized by Google

Quam, malum! quid machiner? quid comminiſcar? maxumas
Nugas ineptiasque incipiſſo. hæreo.

ACTUS III. SCENA IV.

HEGIO, TYNDARUS, ARISTOPHONTES.

QUo illum nunc hominem proripuiſſe foras ſe dicam ex ædibus?
T. Nunc enimvero ego occidi: eunt ad te hoſtes, Tyndare. quid loquar?
Quid fabulor? quid negabo? aut quid fatebor? mihi
Res omnis in incerto ſita eſt. quid rebus confidam meis?
Utinam te dî prius perderent, quum periiſti è patria tua, (facis. 6
Ariſtophontes, qui ex parata re imparatam omnem
Occiſa eſt hæc res, niſi reperio atrocem mihi aliquam aſtutiam.
H. Sequere. hem tibi hominem; adi, atque alloquere. T. quis homo eſt me hominum miſerior?
A. Quid iſtuc eſt, quod meos te dicam fugitare oculos, Tyndare? (veris? 10
Proque ignoto me aſpernari, quaſi me nunquam noEquidem tam ſum ſervus, quam tu: etſi ego domi liber fui,
Tu uſque à puero ſervitutem ſervivisti in Alide.
H. Edepol minime miror, ſi te fugitat, aut oculos tuos, (Philocrate.
Aut te ſi odit, qui iſtum appelles Tyndarum pro
T. Hegio, hic homo rabioſus habitus eſt in Alide. 15
Ne tu, quod iſtic fabuletur, aures immittas tuas.
Nam iſtic haſtis inſectatus eſt domi matrem & patrem.
Et illic iſti, qui ſputatur, morbus interdum venit.
Proin tu ab iſtoc procul recedas. H. ultro iſtum à me. T. ain' verbero 19
Me rabioſum? atque inſectatum eſſe haſtis meum memoras patrem? (ſputarier.
Et eam morbum mihi eſſe, ut qui me opus ſit in-
H. Ne verere: multos iſte morbus homines macerat,
Quibus inſputari ſaluti fuit. T. Atque aliis profuit. 23

A. Quid

A. Quid tu autem, etiam huic credis? H. quid ego credam huic? A. insanum esse me.
T. Viden' tu hunc, quam inimico voltu intuetur? concedi optumum est.
Hegio, fit quod ego tibi dixi: gliscit rabies, cave tibi.
H. Credidi esse insanum extemplo, ubi te appellavit Tyndarum.
T. Quin suum ipse interdum ignorat nomen, neque scit qui siet. (vidi magis.
H. At etiam te suum sodalem esse ajebat. T. haud Et quidem Alcmæo atque Orestes & Lycurgus postea (furcifer,
Una opera mihi sunt sodales, qua iste. A. at etiam,
Male mihi loqui audes? non ego te novi? H. pol planum id quidem est,
Non noviſſe, qui istum appelles Tyndarum pro Philocrate. (non vides.
Quem vides, eum ignoras: illum nominas, quem
A. Imo iste eum sese ait, qui non est, esse: & qui vero est, negat.
T. Tu enim repertus, Philocratem qui superes veriverbio! (tudine
A. Pol, ego ut rem video, tu inventus, vera vani-
Qui convincas. sed quæso, hercle, agedum aspice ad me. T. hem. A. dic modo,
Te negas Tyndarum esse? T. nego inquam. A. tun' te Philocratem esse ais?
T. Ego inquam. A. tune huic credis? H. plus quidem quam tibi aut mihi.
Nam ille quidem, quem tu hunc memoras esse, hodie hinc abiit Alidem
Ad patrem hujus. A. quem patrem, qui servus est? T. & tu quidem
Servus, & liber fuisti, & ego me confido fore;
Si hujus huc reconciliasso in libertatem filium.
A. Quid ais, furcifer? tun te gnatum memoras liberum?
T. Non equidem me Liberum, sed Philocratem esse ajo. A. quid est?
Ut sceleſtus, Hegio, nunc is te ludos hic facit!
Nam is est servus ipse, neque præter se unquam ei servus fuit. (domi est,
T. Quia tute ipse eges in patria, nec tibi, qui vivas,

Omneis

Digitized by Google

Omneis inveniri similes tibi vis : non mirum facis.
EST MISERORUM, ut malevolentes sint atque invideant bonis.
A. Hegio vide sis, ne quid tu huic temere insistas credere. (edidit.
Atque ut perspicio, profecto jam aliquid pugnæ
Filium tuum quod redimere se ait, id neutiquam mihi placet. (adjuvant.
T. Scio te id nolle fieri : efficiam tamen id ego, si di
Illum restituam huic ; hic autem in Alidem me meo patri.
Propterea ad patrem hinc amisi Tyndarum. A, quin tute is es, (est.
Neque præter te in Alide ullus servus istoc nomine
T. Pergin' servum me exprobrare esse, id quod vi hostili obtigit? :
A. Enimvero jam nequeo contineri. T. heus audin' quid ait? quin fugis?
Jam illic hic nos insectabit lapidibus, nisi illum jubes
Comprehendi. A. crucior. T. ardent oculi : funeopu'st, Hegio.
Viden' tu illi maculari corpus totum maculis luridis? senex,
Atra bilis agitat hominem. A. at pol te, si hic sapiat
Atra pix agitet apud carnificem, tuoque capiti illuceat. (tum.
T. Jam deliramenta loquitur : larvæ stimulant vi-
H. Quid? quid si hunc comprehendi jusserim? T, sapias magis.
A. Crucior lapidem non habere me, ut illi mastigiæ
Cerebrum excutiam, qui me insanum verbis concinnat suis. (volo,
T. Audin' lapidem quæritare? A. solus te solum Hegio. H. istinc loquere, si quid vis; procul tamen audiam (tibi
T. Namque edepol si adbites propius, os demasabit
Mordicus. A. neque pol me insanum, Hegio, esse creduis,
Neque fuisse unquam, neque esse morbum quem istic autumat.
Verum si quid metuis à me, jube me vinciri : volo,
Dum istic itidem vinciatur. T. imo enimvero, Hegio,

Digitized by Google

Istic. qui volt; vinciatur. A. tace modo; ego te,
Philocrates
Falsè, faciam, ut verus hodie reperiare Tyndarus.
Quid mi abnutas? T. tibi ego abnuto? quid agat, si
absis longius?
H. Quid ais? quid si adeam hunc insanum? T. nugas
ludificabitur. (pareat.
Garriet quod neque pes unquam, neque caput com-
Ornamenta absunt: Ajacem, hunc cum vides, ipsum
vides. (occidi;
H. Nihili facio: tamen adibo. T. nunc ego omnino
Nunc ego INTER sacrum saxumque sto; nec,
quid faciam, scio.
H. Do tibi operam, Aristophontes, si quid est, quod
me velis. (Hegio.
A. EX me audibis vera, quæ nunc falsa opinare,
Sed hoc primum me expurgare tibi volo, me insa-
niam (quod servio.
Neque tenere, neque mihi esse ullum morbum, nisi
At ita me rex deorum atque hominum faxit patriæ
compotem,
Ut istic Philocrates non magis est, quam aut ego,
aut tu. H. eho! dic mihi,
Quis igitur ille est? A. quem dudum dixi à princi-
pio tibi (mihi
Hoc si secus reperies, nullam cassam dico, quin
Et parentum & libertatis apud te deliquio siet.
H. Quid tu ais? T. me tuum esse servum, & te meum
heram. H. haud istuc rogo.
Fuistin' liber? T. fui. A. enimvero non fuit; nugas
agit. (trix.
T. Qui tu scis? an tu fortasse fuisti meæ matri obste-
Qui id tam audacter dicere audes? A. puerum te
vidi puer. (tibi!
T. At ego te video major majorem. hem rursum
Meam rem non cures, si recte facias. num ego curo
tuam? (100
H. Fuitne huic pater Thesaurochrysonicochrysides?
A. Non fuit. neque ego istuc nomen unquam audivi
ante hunc diem. (probe.
Philocrati Theodoromedes fuit pater. T. pereo
Quin quiescis directum cor meum! i, ac suspende te.
Tu sussultas, ego miser vix asto præ formidine.

H. Se-

Digitized by Google

H. Satin' istuc mihi exquisitum est fuisse hunc servum in Alide?
Neque esse hunc Philocratem? A. tam satis, quam nunquam hoc invenies secus.
Sed ubi is nunc est? H. ubi ego minume, atque ipsus se volt maxume.
Tum igitur ego deruncinatus, dearruatus sum miser
Hujus scelesti technis; qui me, ut lubitum est, ductavit dolis. (hoc tibi.
Sed vide sis. A. quin exploratum dico & provisum
H. Certon'? A. quin nihil, inquam, invenies magis hoc certo certius. (puer.
Philocrates jam inde usque amicus fuit mihi à puero
H. Sed qua facie est tuus sodalis Philocrates? A. dicam tibi: (nigris,
Macilento ore, naso acuto, corpore albo, & oculis
Subrufus aliquantum, crispus, cincinnatus. H. convenit.
T. Ut quidem, hercle, in medium ego hodie pessume processerim. (tur meo.
Væ illis virgis miseris, quæ hodie in tergo morien-
H. Verba mihi data esse video. T. quid cessatis compedes
Currere ad me, meaque amplecti crura, ut vos custodiam? (dolo?
H. Satin' me illi hodie scelesti capti ceperunt
Illic servum se assimulabat, hic sese autem liberum.
Nucleum amisi. reliquit pignori putamina.
Ita mihi stolido sursum vorsum os sublevare officiis.
Hic quidem me nunquam irridebit. Colaphe, Cordalio, Corax, (mur?
Ite istinc, atque efferte lora. L. num lignatum mitti-

ACTUS III. SCENA V.

HEGIO, TYNDARUS, ARISTOPHONTES.

INjicite huic manicas mastigiæ. (gas!
T. Quid hoc est negotii? quid ego deliqui? H. rosator sartorque scelerum, & messor maxume.
T. Non occatorem dicere audebas prius?
Nam semper occant prius, quam sarriunt rustici.
H. At ut confidenter mihi contra astitit!
T. Decet innocentem servum atque innoxium

Digitized by Google

Confidentem esse, suum apud heram potissimum.
H. Astringite isti sultis vehementer manus.
T. Tuus sum, tuas quidem vel præcidi jube.
Sed quid negotii est, quamobrem succenses mihi?
H. Quia me meamque rem, quod in te uno fuit,
Tuis sceleatis falsidicis fallaciis
Delaceravisti, deartuavistique opes.
Confeciſti omnes res ac rationes meas.
Ita me exemisti Philocratem fallaciis.
Illum esse servom credidi, te liberum.
Ita vosmet ajebatis, itaque nomina
Inter vos permutastis. T. fateor, omnia
Facta esse ita, ut tu dicis, & fallaciis
Abiisse eum abs te, mea opera atque astutia:
An, obsecro hercle te, id nunc succenses mihi?
H. At cum cruciatu maxumo id factum est tuo.
T. DUMNE ob malefacta peream, parvi æstumo.
Si ergo hic peribo, ast ille, ut dixit, non redit:
At erit mihi hoc factum mortuo memorabile;
Meum herum captum ex servitute, atque hostibus
Reducem feciſse liberum in patriam ad patrem,
Meumque me potius caput periculo
Præoptaviſſe, quam is periret, ponere.
H. Facito ergo ut Acherunti clueas gloria.
T. QUI PER Virtutem peritat, non interit.
H. Quando ego te exemplis excruciavero pessumis,
Atque ob sutelas tuas te morti misero,
Vel te interiſſe, vel periſſe prædicent,
Dum pereas, nihil interduo, dicant vivere.
T. Pol si istuc faxis, haud sine pœna feceris,
Si ille huc redibit, sicut confido affore.
A. Pro di immortales! nunc ego teneo, nunc scio
Quid sit hoc negoti. meus sodalis Philocrates
In libertate est ad patrem, in patria, bene est:
Nec est quisquam mihi, æque melius cui velim.
Sed hoc mihi ægre est, me huic dediſse operam malam,
Qui nunc propter me, meaque verba vinctus est.
H. Vetuin' te quicquam hodie mihi falsum proloqui?
T. Vetuisti. H. cur es ausus mentiri mihi?
Quia vera obesſent illi, cui operam dabam:
Nunc falsa prosunt. H. at tibi oberunt. T. optume est.

Digitized by Google

At herum ſervavi, quem ſervatum gaudeo:
Cui me cuſtodem addiderat herus major meus.
Sed male ne id arbitrare factum? H. peſſume.
T. At ego ajo recte, qui abs te ſeorſum ſentio.
Nam cogitato, ſi quis hoc gnato tuo
Tuus ſervus faxit, qualem haberes gratiam?
Emitteresne, necne, eum ſervum manu?
Effetne apud te is ſervus acceptiſſumus?
Reſponde. H. opinor. T. cur ergo iratus mihi es?
H. Quia illi fuiſti, quam mihi, fidelior.
T. Quid? tu una nocte poſtulaviſti & die,
Recens captum hominem nuperum & novitium,
Te perdocere, ut melius conſulerem tibi,
Quam illi, quicum una à puero ætatem exegeram?
H. Ergo ab eo petito gratiam iſtam. ducite,
Ubi ponderoſas, craſſas capiat compedes:
Inde ibis porro in latomias lapidarias.
Ibi quom alii octonos lapides effodint,
Niſi cotidianus ſeſquiopus confeceris,
Sexcentoplago nomen indetur tibi.
A. Per deos atque homines ego te obteſtor, Hegio,
Ne tu iſtunc hominem perdas. H. curabitur.
Nam nocte nervo vinctus cuſtodibitur,
Interdiu ſub terra lapides eximet.
Diu ego hunc cruciabo, non uno abſolvam die.
A. Certumne eſt tibi iſtuc? H. non moriri certius eſt.
Abducite iſtum actutum ad Hippolytum fabrum,
Jubete huic craſſas compedes impingier:
Inde extra portam ad meum libertum Cordalum,
In lapicidinas facite deductus ſiet:
Atque hunc ita velle, dicite, curarier,
Ne qui deterius huic ſit, quam quoi peſſume eſt.
T. Cur ego te invito me eſſe ſalvum poſtulem?
Periculum vitæ meæ ſtat tuo periculo.
POST MORTEM in morte nihil eſt, quod metuam, mali.
ETSI pervivo uſque ad ſummam ætatem, tamen
Breve ſpacium eſt perferundi, quæ minitas mihi.
Vale atque ſalve: etſi aliter ut dicam, meres.
Tu Ariſtophontes, de me ut meruiſti, ita vale:
Namque mihi propter te hoc obtigit. H. abducite.
T. At unum hoc quæſo, ſi huc rebitet Philocrates,
Ut mihi ejus facias conveniundi copiam.

Digitized by Google

H. Periistis, nisi hunc jam è conspectu abducitis.
T. Vis hæc quidem hercle est, & trahi & trudi simul.
H. Istic abductu'st recta in phylacam, ut dignus est.
Ego illis captivis aliis documentum dabo,
Ne tale quisquam facinus incipere audeat.
Quod absque hoc esset, qui mihi hoc fecit palam,
Usque offrenatum suis me ductarent dolis.
Nunc certum est nulli post hæc quicquam credere.
Satis sum semel deceptus. speravi miser
Ex servitute me exemisse filium.
Ea spes elapsa est. perdidi unum filium
Puerum quadrimum, quem mihi servus surpuit:
Neque enim servum unquam repperi, neque filium.
Major potitus hostium est. quod hoc est scelus!
Quasi in orbitatem liberos produxerim.
Sequere hac: reducam te ubi fuisti. neminis
Misereri certum est, quia mei miseret neminem.
A. Exauspicavi ex vinculis. nunc intellego
Redauspicandum esse in catenas denuo.

ACTUS IV. SCENA I.

ERGASILUS *Parasitus.*

JUppiter supreme, servas me, measque auges opes.
Maxumas opimitates opiparasque offers mihi:
Laudem, lucrum, ludum, jocum, festivitatem, ferias,
Pompam, penum, potationes, saturitatem, gaudium:
Nec quoiquam homini supplicare nunc certum est mihi.
Nam vel prodesse amico possum, vel inimicum perdere.
Ita hic me amœnitate amœna amœnus oneravit dies.
Sine sacris hæreditatem sum aptus effertissimam.
Nunc cursum ad senem capessam hunc Hegionem, cui boni
Tantum affero, quantum ipse à diis optat, atque etiam amplius.
Nunc res certa est, eodem pacto ut Cornici servi solent,
Conjiciam in collum pallium, primo ex me hanc rem ut audiat.
Speroque me ob hunc nuncium æternum adepturum cibum.

ACTUS

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA II.

HEGIO *senex*, ERGASILUS *Parasitus*.

QUanto in pectore hanc rem meo magis voluto,
Tanto mihi ægritudo auctior est in animo.
Ad illum modum sublitum os esse
Hodie mihi? neque id perspicere quivi?
Quod cum scibitur, per urbem irridebor.
Cum extemplo ad forum advenero, omnes loquentur:
Hic ille est senex ductus, quoi verba data sunt.
Sed Ergasilus estne hic, procul quem video?
Collecto quidem est pallio: quidnam acturu'st?
E. Move abs te moram, atque, Ergasile, age hanc rem.
Eminor interminorq; ne quis mi obstiterit obviam
Nisi qui sat diu vixisse sese homo arbitrabitur.
Nam qui obstiterit, ore sistet. H. hic homo pugilatum incipit.
E. Facere certum est. proinde ut omnes itinera insistant sua,
Ne quis in hac platea negoti conferat quicquam sui.
Nam meus est balista pugnus, cubitus catapulta est mihi,
Humerus aries. tum genu ad quemque jecero, ad terram dabo.
Dentilegos omnes mortales faciam, quemque offendero.
H. Quæ illæc eminatio est? nam nequeo mirari satis.
E. Faciam ut ejus diei, locique, meique semper meminerit:
Qui mihi in cursu obstiterit, faxo vitæ is extemplo obstiterit suæ.
H. Quid hic homo tantum incipisset facere cum tantis minis?
E. Prius edico, ne quis propter culpam capiatur suam,
Continete vos domi, prohibete à vobis vim meam.
H. Mira edepol sunt, ni hic in ventrem sumpsit confidentiam.
Væ misero illi, cujus cibo iste factu'st imperiosior.
E. Tam pistores scrophi pasci, qui alunt furfure sues.
Quarum odore præterire nemo pistrinum potest:

Eorum si quojusquam scrophamin publico conspexero,
Ex ipsis dominis meis pugnis exculcabo furfures.
H. Basilicas edictiones, atque imperiosas habet.
Satur homo est. habet profecto in ventre confidentiam.
E. Tum piscatores, qui præbent populo pisces fœtidos,
Qui advehuntur quadrupedanti crucianti canterio:
Quorum odos subbasilicanos omnes abigit in forum,
Eis ego ora verberabo sirpiculis piscariis:
Ut sciant, alieno naso quam exhibeant molestiam.
Tum lanii autem, qui concinnant liberis orbas oves,
Qui locant cædundos agnos, & duplam agninam dannunt,
Qui petroni nomen indunt verveci sectario;
Eum ego si in via petronem publica conspexero,
Et petronem & dominum reddam mortales miserrumos.
H. Eugepe! edictiones ædilitias hic habet quidem:
Mirumque adeo est, ni hunc fecere sibi Ætoli agoranomum.
E. Non ego nunc parasitus sum, sed regum rex regalior:
Tantus ventri commeatus meo adest in portu cibus.
Sed ego cesso hunc Hegionem onerare lætitia senem?
Qui homine adæque nemo vivit fortunatior.
H. Quæ illæc est lætitia, quam illic lætus largitur mihi?
E. Heus, ubi estis? ecquis hoc aperit ostium?
H. hic homo.
Ad cœnam recipit se ad me. E. aperite hasce ambas fores. (affero.
Priusquam pultando vel assulatim foribus exitium
H. Perlubet hunc hominem colloqui. Ergasile.
E. Ergasilum qui vocat?
H. Respice. E. Fortuna quod tibi nec faciet, nec facit,
Hoc me jubes. sed qui est? H. respice ad me: Hegio sum. E. oh mihi!
Quantum est hominum optumorum optume, in tempore advenis

H. Nescio

H. Neſcio quem ad portum nactus es, ubi cœnes, eo faſtidis.
E. Cedo manum. H. manum? E. manum, inquam, cedo tuam actutum. H. tene.
E. Gaude. H. quid ego gaudeam? E. quia ego impero. age, gaude modo. (iraſcier,
H. Pol mœrores mi antevortunt gaudiis, E. noli
Jam ego ex corpore exigam omnes maculas mœrorum tibi.
Gaude audacter. H. gaudeo, etſi nihil ſcio, quod gaudeam. (gentem heri.
E. Bene facis. jube. H. quid jubeam? E. ignem in-
H. Ignem ingentem? E. ita dico, magnus ut ſit. H. quid me volt urier? (iraſcier. 65
Tuan' cauſſa ædeis incenſurum cenſes? E. noli
Juben' an non jubes aſtitui aulas? patinas elui?
Laridum atque epulas foveri foculis fervent ibus?
Alium piſces præſtinatum abire? H. hic vigilans ſomniat. (linaceos?
E. Alium porcinam, atque agninam, & pullos gal-
H. Scis bene eſſe, ſi ſit unde. E. pernam atque ophthalmia, (lem caſeum. 71
Horæum, ſcombrum, & trigonum, & cetum, & mol-
H. Nominandi tibi iſtorum erit magis quam edundi copia
Hic apud me, Ergaſile. E. mean'me cauſſa hoc cenſes dicere? (fruſtra ſis.
H. Nec nihil hodie, nec multo plus tu hic edes, ne
Proin'tu tui quotidiani victi ventrem ad me afferas.
E. Quin ita faciam, ut te cupias facere ſumptum, etſi ego vetem. 76
H. Egone? E. tute. H. tum tu mihi igitur herus es.
E. imo bene volens.
Vin'te faciam fortunatum? H. malim, quam miſerum quidem.
E. Cedo manum. H. hem manum. E. dî te omnes adjuvant. H. nihil ſentio. (80
E. Non enim es in ſenticeto, eo non ſentis. ſed jube
Vaſa tibi pura apparari ad rem divinam cito,
Atque agnum afferri proprium, pingnem. H. cur? E. ut ſacrufices.
H. Cui deorum? E. mihi hercle. nam ego tibi nunc ſum ſummus Juppiter.

Digitized by Google

Idem ego ſum ſalus, fortuna, lux, lætitia, gaudium:
Proinde tu deum huncce ſaturitate facias tranquillum tibi. (tibi. 86
H. Eſurire mihi videre. E. mihi quidem eſurio, non
M. Tuo arbitratu facile patior. E. credo, conſuetus puer. (quum eſt gratias
H. Juppiter te diique perdant. E. te, hercle, mihi æ-
Agere ob nuncium: tantum ego nunc porto à portu tibi boni.
Nunc tu mihi places. H. abi ſtultus, ſero poſt tempus venis. (ceres. 91
E. Igitur olim ſi adveniſſem, magis tu tum iſtuc di-
Nunc hanc lætitiam accipe à me quam fero. nam filium (& ſoſpitem
Tuum modo in portu Philopolemum vivom, ſalvom
Vidi in publica celoce, ibidemque illum adoleſcentulum
Alium una, & tuum Stalagmum ſervum, qui aufugit
Qui tibi ſurripuit quadrimum puerum filiolum tuum.
H. I in malam rem: ludis me. E. ita me amabit ſancta Saturitas,
Hegio, itaq; ſuo me ſemper condecoret cognomine,
Ut ego vidi. H. meum gnatum? E. tuum gnatum, & Genium meum.
H. Et captivum illum Alidenſem? E. μὰ τὸν ἀπόλλω.
H. & ſervolum 100
Meum Stalagmum, meum qui gnatum ſurripuit?
E. νὴ τὰν Κέραν.
H. Iamdiu? E. νὴ τὰν πραινέσην. H. venit? E. νὴ τὰν σιγνίαν.
H. Certon'? E. νὴ τὰν φρουσινῶνα. H. vide ſis. E. νὴ τὸ ἀλάτριον.
H. Quid tu per barbaricas urbes juras? E. quia enim item aſperæ (tutæ. 105
Sunt, ut tuum victum autumabas eſſe. H. væ ætati
E. Quippe quando mihi nihil credis, quod ego dico ſedulo. (abiit?
Sed Stalagmus quojus erat tunc nationis, cum hinc
H. Siculus. E. at nunc Siculus non eſt: Bojus eſt, Bojam terit. (data eſt.
Liberorum quærundorum cauſſa, ei, credo, uxor
H. Dic, bonan' fide tu mihi iſtæc verba dixiſti?
E. bona. 110

H. Di-

H. Di immortales, iterum gnatus videor, si vera autumas.
E. An tu dubium habebis, etiam sanctè cum jurem tibi?
Postremo, Hegio, si parva jurijurando est fides,
Vise ad portum. H. facere certum est. tu intus cura quod opus est.
Same, posce, prome quidvis, te facio cellarium.
E. Nam, hercle, nisi mantiscinatus probe ero, fusti pectito.
H. Æternum tibi dapinabo victum, si vera autumas
E. Unde id? H. à me meoque gnato. E. spondes tu istud? H. spondeo.
E. At ego tuum tibi adveniisse filium, respondeo.
H. Cura quam optume potes. E. bene ambula & redambula.

ACTUS IV. SCENA III.

ERGASILUS.

ILlic hinc abiit: mihi rem summam credidit cibariam.
Di immortales, jam ut ego collos prætruncabo tergoribus!
Quanta pernis pestis veniet! quanta labes larido!
Quanta sumini absumedo! quanta callo calamitas!
Quanta laniis lassitudo! quanta porcinariis!
Nam si alia memorem, quæ ad ventris victum conducunt, mora est.
Nunc ibo ad præfecturam, & jus dicam larido;
Et quæ pendent indemnatæ pernæ, eis auxilium ut feram.

ACTUS IV. SCENA IV.

PUER HEGIONIS.

DIespiter te dîque, Ergasile, perdant, & ventrem tuum,
Parasitosque omnes, & qui posthac cœnam Parasitis dabit.
Clades calamitasque, intemperies modo in nostram advenit domum.
Quasi lupus esuriens, metui ne in me faceret impetum. (frendebat dentibus.
Nimisque, hercle, ego illum male formidabam: ita

Adve-

Digitized by Google

Advèniens deturbavit totum cum carne carnarium.
Arripuit gladium, prætruncavit tribus tergoribus glandia.
Aulas, calicesque omnes confregit, nisi quæ modiales erant.
Cocum percontabatur, possentne seriæ ferveſcere.
Cellas refregit omnes intus, reclusitque armarium.
Asservate istunc sultis servi; ego ibo ut conveniam senem.
Dicam ut sibi penum aliud ornet, siquidem sese uti volet.
Nam hic quidem ut adornat, aut jam nihil est, aut jam nihil erit.

ACTUS V. SCENA I.

HEGIO, PHILOPOLEMUS, PHILOCRATES.

JOvi diisque ago gratias merito magnas,
Quom te reducem tuo patri reddiderunt,
Quomque ex miseriis plurimis me exemerunt,
Quæ adhuc te carens, dum hic fui, sustentabam.
Quomque hunc conspicio in potestate nostra,
Quomque hæc reperta est fides firma nobis.
Satis jam dolui ex animo, & cura me sat
Et lacrumis maceravi. hoc! satis jam audivi
Tuas ærumnas, ad portum mihi quas memorasti.
Hoc agamus. PHILOC. quid nunc, quoniam tecum ut tibi,
servavi fidem,
Tibique hunc reducem in libertatem feci? H. fecisti,
Philocrates, nunquam referre gratiam possim satis,
Proinde ut tu promeritus de me & filio meo.
PHILOP. imo potes,
Pater, & poteris, & ego potero: & dicam potestatem dabunt,
Ut beneficium bene merenti nostro merito muneres.
Sicut tu huic potes, pater mi, facere merito maxume.
H. Quid opu'st verbis? lingua nulla est, qua negem quicquid roges.
PHILOC. Postulo abs te, ut mihi illum reddas servom, quem hic reliqueram fuit:
Pignus pro me, qui mihi melior, quam sibi semper
Pro benefactis ejus uti ei pretium possim reddere
H. Quod bene feciſti, referetur gratia, id quod postulas.

Et

Id, & aliud quod me orabis, impetrabis. atque te
Nolim ſuccenſere, quod ego iratus ei feci male.
PHILOC. Quid feciſti? H. in lapicidinas compedi-
tum condidi,
Ubi reſcivi mihi data eſſe verba. PHILOC. væ mi-
ſero mihi! 25
Propter meum caput labores homini eveniſſe optu-
mo. (duis
H. At ob eam rem mihi libellam pro eo argenti ne
Gratis à me, ut ſit liber, abducito. PHILOP. edepol,
Hegio,
Facis benigne. ſed quæſo, hominem ut jubeas arceſ-
ſi. H. licet. (30
Ubi eſtis vos? ite actutum, Tyndarum huc arceſſite.
Vos ite intro. interibi ego ex hac ſtatua verbera
volo
Irrogitare, meo minore quid ſit factum filio.
Vos lavate interibi. PHILOP. ſequere hac Philocra-
tes me intro. PHILOC. ſequor.

ACTUS V. SCENA II.

HEGIO, STALAGMUS.

AGe tu illuc procede, bone vir, lepidum manci-
pium meum. (autumas?
S. Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falſum
Fui ego bellus, lepidus, bonus vir nunquam, neque
frugi bonæ, (gi fore.
Neque ero unquam: ne tu ſpem ponas me bonæ fru-
H. Propemodum ubi loci fortunæ tuæ ſint, facile in-
tellegis. 5
Si eris verax, tua ex re facies, ex mala meliuſcula.
Recta & vera loquere: ſed neque vere, neque recte
adhuc
Feciſti unquam. S. quod ego fatear, credin' pudeat;
cum autumes? (tum dabo.
H. At ego faciam ut pudeat: nam in ruborem te to-
S. Eja credo ego, imperito plagas minitaris mihi. 10
Tandem iſta aufer, dicque quid fers, ut feras hinc
quod petis.
H. Satisfacundu'ſt; ſed jam fieri dictis compendium
volo.
S. Ut vis, fiat. H. bene morigerus fuit puer: nunc
non decet.

Hoc

Hoc agamus. jam animum advorte, ac mihi, quæ dicam, ediſſere.
Si eris verax, tuis rebus feceris meliuſculas.
S. Nugæ iſtæc ſunt. non me cenſes ſcire quid dignus ſiem?
H. At ea ſubterfugere potis es pauca, ſi non omnia.
S. Pauca effugiam ſcio, nam multa evenient, & merito meo;
Quia & fugi, & tibi ſurripui filium, & eum vendidi.
H. Cui homini? S. Theodoromedi in Alide Polyplusio (eſt pater
Sex minis. H. pro dî immortales! is quidem hujus
Philocratis. S. quin melius novi, quam te, & vidi ſæpius. (mihi.
H. Serva Juppiter ſupreme & me & meum gnatum
Philocrates, per tuum te ingenium obſecro, exi: te volo.

ACTUS V. SCENA III.

PHILOCRATES, HEGIO, STALAGMUS.

HEgio, aſſum: ſi quid me vis, impera. H. hic gnatum meum
Tuo patri ait ſe vendidiſſe ſex minis in Alide.
P. Quam diu id factum eſt? S. hic annus incipit viceſimus. (drimulum
P. Falſa memorat. S. aut ego, aut tu. nam tibi quaTuus pater peculiarem parvulum puero dedit.
P. Quid erat ei nomen? ſi vera dicis, memora dum mihi.
S. Pægnium vocitatu'ſt: poſt vos indiſtis Tyndaro.
P. Cur ego te non novi? S. quia MOS EST obliviſci hominibus,
Neque noviſſe, cujus nihil ſit faciunda gratia.
P. Dic mihi: iſne iſtic fuit, quem vendidiſti meo patri,
Qui mihi peculiaris datus eſt, hujus filius?
H. Vivitne is homo? S. argentum accepi, nihil curavi cæterum. (filius,
H. Quid tu ais? P. quin iſtic ipſu'ſt Tyndarus tuus
Ut quidem hic argumenta loquitur. nam is mecum à puero puer (
Bene pudiceque educatu'ſt uſque ad adoleſcentiam.

H. Et

Digitized by Google

H. Et miſer ſum, & fortunatus, ſi vos vera dicitis.
Eo miſer ſum, quia male illi feci, ſi gnatus meus eſt.
Heu, cur ego plus minusque feci, quam æquom fuit!
Quod male feci, crucior modo, ſi infectum fieri poſſiet.
Sed eccum, incedit huc ornatus haud ex ſuis virtutibus.

ACTUS V. SCENA IV.

TYNDARUS, HEGIO, PHILOCRATES, STALAGMUS.

Vidi ego multa ſæpe picta, quæ Acherunti fierent
Cruciamenta: verum enimvero nulla adæque eſt Acheruns, (locus,
Atque ubi ego fui in lapicidinis. illic ibi demum eſt
Ubi labore laſſitudo omni eſt exiganda ex corpore.
Nam ubi illo adveni, quaſi patriciis pueris aut monedulæ,
Aut anates, aut coturnices dantur, quicum luſitent.
Itidem hæc mihi advenienti upupa, qui me delectet, data eſt.
Sed herus eccum ante oſtium, & herus alter eccum ex Alide
Rediit. H. ſalve exoptate gnate mi. T. hem quid, gnate mi? (10
Attat, ſcio cur te patrem aſſimiles eſſe & me filium:
Quia mihi, item ut parentes, lucis das tuendæ copiam.
P. Salve Tyndare. T. & tu, quojus cauſſa hanc ærumnam exigo
P. At nunc liber in divitias faxo venies. nam tibi
Pater hic eſt; hic ſervus, qui te huic hinc quadrimum ſurpuit,
Vendiditque patri meo te ſex minis. is te mihi 15
Parvulum peculiarem parvulo puero dedit.
Illic indicium fecit, nam hunc ex Alide huc reducimus.
T. Quid, hujus filium? P. Intus eccum fratrem germanum tuum. (filium?
T. Quid tu ais? adduxtin' illum hujus captivum
P. Quin, inquam, intus hic eſt. T. feciſti edepol & ſedè & bene. 20

P. Nunc

Digitized by Google

P. Nunc tibi pater hic est: hic fur est tuus, qui parvum hinc te abstulit.
T. At ego hunc grandis grandem natu, ob furtum ad carnificem dabo.
P. Meritus est. T. ego edepol huic meritam mercedem dabo.
Sed dic oro: Pater meus tune es? H. ego sum, gnate mi.
T. Nunc demum in memoriam redeo, cum mecum cogito,
Nunc edepol demum in memoriam regredior, audisse me
Quasi per nebulam Hegionem patrem meum vocarier.
H. Ego sum. P. compedibus quæso ut tibi sit levior filius,
Atque hic gravior servus. H. certum est principium id prævortier.
Eamus intro, ut arcessatur faber: ut istas compedes Tibi adimam, huic dem. S. cui peculii nihil est, recte feceris.

GREX.

SPectatores, ad pudicos mores facta hæc fabula est.
Neque in hac subagitationes sunt, neque ulla amatio,
Nec pueri suppositio, nec argenti circumductio:
Neque ubi amans adolescens scortum liberet clam patrem suum.
Hujusmodi paucas Poëtæ reperiunt Comœdias,
Ubi boni meliores fiant: nunc vos, si vobis placet,
Et, si placuimus, neque odio fuimus, signum hoc mittite:
Qui pudicitiæ esse voltis præmium, plausum date.

FINIS CAPTIVORUM.

EU-

CURCULIO.

Dramatis Perſonæ.

PALINURUS, *ſervus.*
PHÆDROMUS, *adoleſcens.*
LENA, *anus.*
PLANESIUM, *virgo.*
CAPPADOX, *leno.*
COQUUS.
CURCULIO, *paraſitus.*
LYCO, *trapezita.*
CHORUGUS.
THERAPONTIGONUS, *miles.*

ARGUMENTUM.

CVrculis miſſus Phædromi it Cariam,
Ut petat argentum. ibi ille eludit annulo
Rivalem. ſcribit atque obſignat literas.
Cognoſcit ſignum Lyco, ubi vidit, militis:
Ut amicam mittat, pretium lenoni dedit.
Lyconem miles ac lenonem in jus rapit.
Ipſius ſororem, quam peribat, repperit:
Oratorejus Phædromo nuptum locat.

ACTUS I. SCENA I.

PALINURUS *ſervus*, PHÆDROMUS *adoleſcens.*

QUo ted hoc noctis dicam proficiſci foras.
Cum iſtoc ornatu, cumque hac pompa, Phædrome?
PH. Quo Venus Cupidoque imperat, ſuadetque Amor.
Si media nox eſt, ſive eſt prima veſpera:
Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies,
Tamen eſt eundum, quo imperant, ingratiis.
PA. At tandem tandem. PH. tandem es odioſus mihi.
PA. Iſtuc quidem nec bellum eſt, nec memorabile;
Tute tibi puer es lautus, luces cerenm.
PH. Egon' apicularum opera congeſtum non feram,
Ex dulci oriundam, melliculo dulci meo?
PA. Nam quo te dicam ego ire? PH. ſi tu me roges,
Dicam, ut ſcias. PA. ſi rogitem, quid reſpondeas?

Digitized by Google

PH. Hoc Æsculapi fanum est. PA. plus jam anno scio.
PH. Huic proximum illud ostium occlusissimum?
Salve: valuistin' usque, ostium occlusissimum?
PA. Caruitne febris te heri, vel nudius tertius?
Et herî cœnavistine? PH. derideſne me?
PA. Quid tu ergo insane rogitas, valeatne ostium?
PH. Bellissimum hercle vidi, & taciturnissimum.
Nunquam ullum verbum mutit: quom aperitur, tacet:
Cumque illa noctu clanculum ad me exit, tacet.
PA. Nunquid tu, quod te aut genere indignum sit tuo
Facis, aut inceptas facinus facere, Phædrome?
Num tu pudicæ cuipiam insidias locas?
Aut quam pudicam oportet esse? PH. nemini.
Nec me ille sinit Juppiter. PA. Ego item volo,
Ita tuum conferto amare semper, si sapis;
Ne id quod anies, populus si sciat, tibi sit probro.
Semper curato ne sis intestabilis:
Quod amas, amato testibus præsentibus.
PH. Quid istuc est verbi? PA. caute ut incedas via.
PH. Quin leno hic habitat. PA. nemo hinc prohibet nec vetat,
Quin quod palam est venale, si argentum est, emas.
Nemo ire quenquam publica prohibet via.
Dum ne per fundum septum facias semitam,
Dum tete abstineas nupta, vidua, virgine,
Juventute, & pueris liberis, ama quid lubet.
PH. Lenonis hæ sunt ædes. PA. male istis eveniat.
PH. Quî? PA. quia scelestam servitutem serviunt.
PH. Obloquere. PA. fiat maxime. PH. etiam taces?
PA. Nempe obloqui me jusseras. PH. at nunc vero.
Id uti occœpi dicere; ei ancillula est.
PA. Nempe huic lenoni, qui hîc habitat? PH. recte tenes.
PA. Minus formidabo ne exedat. PH. odiosus es.
Eam volt meretricem facere: ea me deperit.
Ego autem cum illa facere nolo mutuum.
PA. Quid ita? PH. quia proprium facio: amo pariter simul.
PA. MALUS clandestinus est amor, damnum 'st me-(rum,
PH. Est hercle ita ut tu dicis. PA. jamne ea fert jugum?

PH.

Digitized by Google

PH. Tam à me pudica eſt, quaſi ſoror mea ſit: niſi
Si eſt oſculando quippiam impudicior.
PA. Sempet tu ſcito: FLAMMA fumo eſt proxuma.
Fumo comburi nihil poteſt, flamma poteſt.
QUI E NUCE nucleum eſſe volt, frangit nucem.
Qui volt cubare, pandit ſaltum ſaviis.
PH. At illa eſt pudica, neque dum cubitat cum viris.
PA. Credam, pudor ſi cuipiam lenoni fiet.
PH. Imo, ut illam cenſes? ut quæque illi occaſio eſt
Surripere ſe ad me, ubi ſavium oppegit, fugit.
Ideo fit, quia hic leno ægrotus incubat
In Æſculapii fano, is me excruciat. PA. quid eſt?
PH. Alias me poſcit pro illa triginta minas,
Alias talentum magnum: neque quicquam queo
Æqui bonique ab eo impetrare. PA. injuriu''s,
Qui, quod lenoni nulli'ſt, id ab eo petas.
PH. Nunc hinc Paraſitum in Cariam miſi meum,
Petitum argentum à meo ſodali mutuom:
Quod ſi non affert, quo me vortam neſcio.
PA. Si deos ſalutas, dextrovorſum cenſeo.
PH. Nunc ara Veneris hæc eſt ante horum fores.
Me inferre Veneri vovi jam jentaculum.
PA. Quid antepones Veneri jentaculo?
PH. Me, te, atque hoſce omnes. PA. tum tu Venerem
vomere vis? (ſcies.
PH, Cedo, puere, ſinum. PA. quid facturus? PH. jam
Anus hic ſolet cubitare cuſtos, janitrix,
Nomen ei eſt lenæ, multibiba atque merabiba.
PA. Quaſi tu lagenam dicas, ubi vinum ſolet
Chium eſſe. PH. Quid opu'ſt verbis? vinoſiſſima eſt:
Eaque extemplo ubi vino has conſperſi fores:
De odore adeſſe me ſcit, aperit illico.
PA. Eine hic cum vino ſinus fertur? PH. niſi nevis.
PA. Nolo hercle. nam iſtunc qui fert, afflictum velim:
Ego nobis afferri cenſui. PH. quin tu taces?
Si quid ſuper illi fuerit, id nobis ſat eſt.
PA. Quiſnam iſtic fluvius eſt, quem non recipiat
mare? (ſequens.
PH. Sequere hac, Palinure, me ad fores: ſi mihi ob-
PA. Ita faciam. PH. agite, bibite, feſtivæ fores;
Potate, ſite mihi volentes propitiæ.
PA. Voltiſne olivas, aut pulpamentum, aut capparim?

PH. Exuſcitate voſtram hunc cuſtodem mihi.
PA. Profundis vinum. quæ te res agitant? PH. ſine.
Viden' ut aperiuntur ædes feſtiviſſimæ?
Num mutit cardo? eſt lepidus. PA. quin das ſavium,
PH. Tace: occultemus lumen & vocem. PA. licet.

ACTUS I. SCENA II.

LENA *anus*, PHÆDROMUS *adoleſcens*, PALINURUS *ſervus*.

FLos veteris vini meis naribus objectus eſt.
Ejus amos cupidam me huc prolicit per tenebras.
Ubi ubi eſt, prope me eſt. evax, habeo. Salve anime
Liberi lepos. ut veteris vetuſti cupida ſum! (mi,
Nam omnium unguentûm odor præ tuo nautea eſt.
Tu mihi ſtacte, tu cinnamomum, tu roſa,
Tu crocinum & caſia es, tu bdellium: nam ubi
Tu profuſus, ibi ego me pervelim ſepultam.
Sed quam adhuc naſo odos obſecutus es meo,
Da viciſſim meo gutturi gaudium.
Nihil ago tecum. ubi eſt ipſus? ipſum expeto
Tangere, invergere in me liquores tuos
Sino ductim. ſed hac abiit, hac perſequar. (eſt,
PH. Sitit hæc anus. PA. quantillum ſitit? PH. modica
Capit quadrantal. PA. pol, ut tu prædicas,
Vindemia hæc huic anui non ſatis eſt ſoli.
Canem eſſe hanc quidem magis par fuit: ſagax
Naſum habet. AN. amabo, cuja vox ſonat procul?
PH. Cenſeo hanc appellandam anum. adibo redi,
Et reſpice ad me lena. AN. Imperator quis eſt?
PH. Vini pollens, lepidus Liber,
Tibi qui ſcreanti, ſiccæ, ſemiſomnæ
Affert potionem, & te ſedatum it.
AN. Quam longe à me abeſt? PH. lumen hoc vide.
AN. Grandiorem gradum ergo fac ad me. obſecro.
PH. Salve, AN. egon' ſalva ſim, quæ ſiti ſicca ſum?
PH. At jam bibes. AN. dii ſit. PH. hem tibi anus
lepida. (cito
AN. Salve oculiſſime homo. PA. age, effunde hoc
In barathrum: propere prolue cloacam. PH. tace:
Nolo huic maledici. PA. faciam igitur male potius.
AN. Venus, de paulo paululum hoc tibi dabo,
Haud lubenter. nam tibi amantes, propinantes,
Vinum potantes dant omnes: mihi haud ſæpe

Etc.

Digitized by Google

Eveniunt tales hæreditates. PA. hoc vide, ut
Ingurgitat impura in se merum avaritet,
Faucibus plenis! PH. periithercle! huic quid primum dicam (est
Nescio. PA. hem istuc, quod mihi dixti. PH. quid id
PA. Periisse ut te dicas. PH. male tibi di faciant.
PA. Dic isti. AN. ah! PA. quid est? ecquid lubet?
AN. lubet.
PA. Etiam mihi quoque stimulo fodere lubet te.
PH. Tace; noli. PA. taceo autem bibit arcus;
piuet (PA quid dices?
Credo hercle hodie. PH. jamne ego huic dico?
PH. Me periisse. PA. age dice. PH. anus audi. hoc volo
Scire te, perditus sum miser. AN. at pol ego oppido
Servata. sed quid est? quid lubet perditum
Dicere te esse: PH. quia id, quod amo, careo.
AN. Phædrome mi, neplora, amabo, tu me
Curato ne sitiam, ego tibi, quod amas, jam huc adda-
PH. Tibi næ ego, si fidem servas mecum, (cam.
Vineam pro aurea statua statuam, quæ tuo
Gutturi sit monimentum. qui me in terra æque
Fortunatus erit, si illa ad me bibet.
Palinure? PA. edepol, QUI AMAT, si eget, misera afficitur
Ærumna. PH. non ita res est: nam confido
Parasitum hodie adventurum cum argento ad me.
PA. Magnum inceptas, si id exspectas, quod nusquam 'st. (lubet.
PH. Quid si adeam ad fores, atque occentem? PA. si
Neque veto, neque jubeo: quando ego te video
Immutatis moribus esse, here, atque ingenio.
PH. Pessuli, heus pessuli, vos saluto lubens,
Vos amo, vos volo, vos peto, atque obsecro,
Gerite amanti mihi morem amœnissumi:
Site cassa mea Lydi barbari,
Sustilite obsecro, & mittite istanc foras,
Quæ mihi misero amanti ebibit sanguinem.
Hoc vide ut dormiunt pessuli pessumi,
Nec mea gratia commovent se ocius.
Respicio nihili meam vos gratiam facere.
Sed tace, tace. PA. taceo hercle. quid est? PH. sentio sonitum.
Tandem edepol mihi morigeri pessuli fiunt.

ACTUS I. SCENA III.

ANUS, PLANESIUM *virgo*, PHÆDROMUS, PALINURUS.

PLacide egredere, & ſonitum prohibe forum, & crepitum cardinum:
Neque quod hic agimus, herus percipiat fieri, mea Planeſium.
Mane, ſuffundam aquulam. PA. viden' ut anus tremula medicinam facit?
Ipſe merum condidicit bibere, foribus dat aquam quam bibant. (niis? ſ
PL. Ubi tu es, qui me convadatus Veneriis vadimonio
Ubi tu es, qui me libello Venerio citaviſti? ecce me.
Siſto ego tibi me, & mihi contra itidem te ut ſiſtas ſuadeo.
PH. Aſſum: nam ſi abſim, haud recuſem, quin mihi male ſit, mel meum.
PL. Anime mi, procul amantem abeſſe haud conſentaneum eſt.
PH. Palinure, Palinure. PA. eloquere, quid eſt, quod Palinurum voces? 10
PH. Eſt lepida. PA. nimis lepida. PH. ſum Deus. PA. imo homo haud magni preci.
PH. Quid vidiſti, aut quid videbis magis diis æquiparabile?
PA. Male valere te, quod mihi ægre eſt. PH. male mihi morigerus, tace.
PA. IPSUS SE excruciat, qui homo quod amat, videt, nec potitur dum licet.
PH. Recte objurgat. ſane haud quicquam'ſt magis quod cupiam tamdiu. 15
PL. Tene me; amplectere ergo. PH. hoc etiam eſt, quamobrem cupiam vivere.
Quia te prohibet herus, clam hero potior. PL. prohibet, nec prohibere quit,
Nec prohibebit, niſi mors meum animum abs te abalienaverit.
PA. Enimvero nequeo durare, quin ego herum accuſem meum:
Nam BONUM EST, pauxillum amare ſane, inſane non bonum eſt: 20
Verum totum inſanum amare, hoc eſt, quod meus herus facit.

PH.

PH. Sibi ſua habeant regna reges, ſibi divitias divites:
Sibi honores, ſibi virtutes, ſibi pugnas, ſibi prælia.
Dum mihi abſtineant invidere, ſibi quiſque habeant quod ſuum eſt. (drome? 25
PA. Quid? tu Venerin' pervigilare te voviſti, Phædrome?
Nam hoc quidem edepol haud multo poſt luce lucebit. PH. tace.
PA. Quid taceam? quin tu is dormitum? PH. dormio, ne occlamites.
PA. Tu quidem vigilas. PH. at meo more dormio: hic ſomnu'ſt mihi.
PA. Heus tu mulier: MALE MERERI de immerente inſcitia eſt. (cet. 30
PL. Iraſcere, ſi te edentem hic à cibo abigat. PA. ilicet.
Pariter bos perire amando video, interque inſaniunt.
Viden' ut miſere molinuntur! nequeunt complecti ſatis.
Etiam diſpertimini? PL. NULLI EST homini perpetuum bonum.
Jam huic voluptati hoc adjunctum eſt odium. PA. quid ais propudium? (35
Tun' etiam cum noctuinis oculis odium me vocas?
Ebriola, perſolæ nugæ. PH. tun' meam Venerem vituperas? (nem ferat.
Quod quidem mihi pollucta virgis ſervus ſervo-
At næ tu, hercle, cum cruciatu magno dixiſti id tuo.
Hem tibi maledictis pro iſtis: dictis moderari ut queas.
PA. Tuam fidem, Venus noctuvigila. PH. pergin' etiam verbero? (manum. 41
PL. Noli, amabo, verberare lapidem, ne perdas
PA. Flagitium probramque magnum, Phædrome, expergefacis:
Bene monſtrantem pugnis cædis, hanc amas: nugas meras. (bus?
Hoccine fieri, ut immodeſtis te hic moderere moribus?
PH. AURO CONTRA cedo modeſtum amatorem. à me aurum accipe. 45
PA. Cedo mihi contra auriehalco, cui ego ſano ſerviam.
PL. Bene vale, ocule mi: nam ſonitum & crepitum clauſtrorum audio,

Digitized by Google

Ædituum aperire fanum. quousque, quæso, ad hunc modum
Inter nos amore utimur semper surrepticio?
P H. Minime. nam parasitum misi nudius quartus Cariam,
Petere argentum, is hodie hic aderit. P L. nimium consultas diu.
P H. Ita me Venus amet, ut ego te hoc triduum nunquam sinam
In domo esse istac, quin ego te liberalem liberem.
P L. Facito ut memineris. tene etiam, priusquam hinc abeo, savium.
P H. Siquidem, hercle, mihi regnum detur, nunquam id potius persequar.
Quando ego te videbo? P L. hem, istoc verbo vindictam para.
Si amas, eme, ne rogites; facito uti pretio pervincas (tuo.
Bene vale. P H. jamne ego relinquor? pulchre Palinure occidi.
P A. Ego quidem, qui & vapulando & somno pereo.
P H. sequere me.

ACTUS II. SCENA I.

CAPPADOX *leno*, PALINURUS *servus*.

Migrare certu 'st jam nunc è fano foras,
Quando Æsculapi ita sentio sententiam:
Ut qui me nihili faciat, nec salvom velit.
Valetudo decrescit, accrescit labor.
Nam jam, quasi zona, liene cinctus ambulo.
Geminos in ventre habere videor filios.
Nihil metuo, nisi ne medius disrumpar miser.
C. Si recte facias, Phædrome, auscultes mihi,
Atque istam exturbes ex animo ægritudinem,
Caves, Parasitus quia non rediit Caria.
Afferre argentum credo. nam si non ferat,
Tormento non retineri potuit ferreo,
Quin reciperet se huc esum ad præsepim suam.
C. Quis hic est, qui loquitur? P. quojam vocem audio? (homo,
C. Estne hic Palinurus Phædromi? P. qui hic est
Cum collativo ventre, atque oculis herbeis?
De forma novi, de colore non queo
Novisse. jamjam novi. leno est Cappadox.

Congrediar. C. ſalve Palinure. P. ô ſcelerum caput.
Salveto. quid agis? C. vivo. P. nempe ut dignus es.
Sed quid tibi eſt? C. lien necat, renes dolent,
Pulmones diſtrahuntur, cruciatur jecur,
Radices cordis pereunt, hiræ omnes dolent.
P. Tum te igitur morbus agitat hepatarius.
C. FACILE 'ſt miſerum irridere. P. quin tu aliquot dies
Perdura, dum inteſtina exputeſcunt tibi.
Nunc dum ſalſura ſat bona 'ſt, ſi id feceris,
Vænire poteris inteſtinis vilius.
C. Lien directu 'ſt. P. ambula, id lieni optumum 'ſt.
C. Auſer iſtæc quæſo, atque hoc reſponde quod rogo:
Potin' conjecturam facere, ſi narrem tibi,
Hac nocte quod ego ſomniavi dormiens?
P. Vah, ſolus hic homo 'ſt, qui ſciat divinitus.
Quin conjectores à me conſilium petunt:
Quod eis reſpondi, ea omnes ſtant ſententia.

ACTUS II. SCENA II.

COQUUS, CAPPADOX, PALINURUS, PHÆDROMUS.

P. Alinure, quid ſtas? quin depromuntur mihi,
Quæ opus ſunt: Paraſito ut ſit paratum prandium,
Quom veniat. PA. maneſis, dum huic conjicio ſomnium.
Co. Tute ipſe, ſi quid ſomniaſti, ad me refers.
PA. Fateor. Co. abi, deprome. PA. age, tu interea huic ſomnium
Narra: meliorem, quam ego ſum, ſuppono tibi.
Nam quod ſcio, omne ex hoc ſcio. CA. operam ut det. PA. dabit.
CA. Facit hic quod pauci, ut ſit magiſtro obſequens;
Da mihi igitur operam. Co. tametſi non novi, dabo.
CA. Hac nocte in ſomnis viſus ſum viderier,
Procul ſedere longe à me Æſculapium.
Neque eum ad me adire, neque me magnipendere
Viſu 'ſt. Co. item alios deos facturos ſcilicet.
Sane illi inter ſe congruunt concorditer.
Nihil eſt mirandum, melius ſi nihil ſit tibi:
Namque incubare ſatius te fuerat Jovi;

Digitized by Google

Tibi qui auxilium in jurejurando fuit.
CA. Siquidem incubare velint, qui perjuraverint:
Locus non præberi potis est in Capitolio.
CO. Hoc animum advorte: pacem ab Æsculapio
Petas, ne forte tibi eveniat magnum malum,
Quod in quiete tibi portentum'st. CA. bene facis.
Ibo atque orabo. CO. quæ res male vortat tibi.
PA. Pro dî immortales, quem conspicio! qui illic est?
Estne hic Parasitus, qui missu'st in Cariam?
Heus Phædrome, exi, exi: exi, inquam, ocius.
PH. Qui istic clamorem tollis? PA. Parasitum tuum
Video occurrentem, illum usque in platea ultima.
Hinc auscultemus quid agat. PH. sane censeo.

ACTUS II. SCENA III.

CURCULIO, PHÆDROMUS, PALINURUS *servus.*

DAte viam mihi noti atque ignoti; dum ego hic officium meum
Facio: fugite omnes, abite, & de via secedite:
Ne quem in cursu capite, aut cubito, aut pectore offendam, aut genu.
Ita nunc subito, propere, & celere objectum'st mihi negotium. (via,
Nec quisquam sit tam opulentus, qui mihi obsistat in
Nec strategus, nec tyrannus quisquam, nec agoranomus, (gloria,
Nec demarchus, nec comarchus, nec cum tanta
Quin cadat, quin capite sistat in via de semita.
Tum isti Græci palliati, capite operto qui ambulant.
Qui incedunt suffarcinati cum libris, cum sportulis,
Constant, conferunt sermones inter sese drapetæ:
Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis.
Quos semper videas bibentes esse in Thermopolio:
Ubi quid surripuere, operto capitulo calidum bibunt, (ro,
Tristes atque ebrioli incedunt: eos ego si offende-
Ex unoquoque eorum exciam crepitum polentarium.
Tum isti qui ludunt datatim servi scurrarum in via,
Et datores & factores omnes subdam sub solum.
Proinde se domi contineant, vitent infortunio.

PH.

PH. Recte hic monstrat, si imperare possit. nam ita
nunc mos viget, (potest. 21
ita nunc servitium'st: profecto modus haberi non
C. Ecquis est, qui mihi commonstret Phædromum
genium meum? (vento est opus.
ita res subita est: celeriter mihi hoc homine con-
PA. Te ille quærit. PH. quid si adeamus; heus Cur-
culio, te volo. (ventum cepit. 25
C. Quis vocat? quis nominat me? PH. qui te con-
C. Haud magis cupis, quam ego te cupio. PH. ô mea
opportunitas! (deo
Curculio exoptate, salve. C. salve. PH. salvum gau-
Te advenire. cedo tuam mihi dextram. ubi sunt
spes meæ?
Eloquere obsecro, hercle. C. eloquere, sed obsecro.
ubi sunt meæ?
PH. Quid tibi est? C. tenebræ oboriuntur, genua
inedia succidunt. 30
PH. Lassitudine, hercle, credo. C. retine, retine me,
obsecro. (dat, cito,
PH. Viden' ut expalluit? datin' isti sellam, ubi assi-
it aqualem cum aqua? properatin' ocius? C. animo
male est.
PH. Vin' aquam? C. si frustulenta est, da obsecro;
hercle, obsorbeam, (ut gaudeam. 35
PH. Væ capiti tuo! C. obsecro, hercle, facite ventum
PH. Maxime. C, quid facitis quæso? PA. ventum.
C. nolo equidem mihi
Fieri ventulum. PH. quid igitur vis? C. esse, ut ven-
tum gaudeam.
PH. Juppiter te dique perdant. C. perii! prospicio
parum, (fame,
Os amarum habeo, dentes plenos, lippiunt fauces
ita cibi vacivitate venio laxis lactibus. 40
PH. Jam edes aliquid. C. nolo hercle aliquid: cer-
tum quam aliquid mavolo.
PH. Imo si scias reliquiæ quæ sint. C. scire nimis
lubet (dentibus.
Ubi sient: nam illis conventis sane opus est meis
PH. Pernam, abdomen, sumen, suis glandium. C. ain'
tu omnia hæc?
In carnario fortasse dicis. PH. imo in lancibus: 45
Quæ tibi sunt parata, postquam scimus venturum.
C. vide; Ne

Digitized by Google

Ne me ludas. PH. ita me amabit, quam ego amo,
ut ego haud mentior.
Sed quo te misi, nihilo sum certior. C. nihil attuli.
PH. Perdidisti me. C. invenire possim, si mihi ope-
ram datis.
Postquam tuo jussu profectus sum, perveni in Ca-
riam. (piam.
Video tuum sodalem: argenti rogo uti faciat co-
Scires velle gratiam tuam; noluit frustrarier:
Ut decet velle hominem amicum amico, atque opi-
tularier:
Respondit mihi paucis verbis, atque adeo fideliter;
Quod tibi est, item sibi esse magnam argenti ino-
piam. (volo,
PH. Perdis me tuis dictis. C. imo servo, & servatum
Postquam mihi responsum est, abeo ab illo mœstus
ad forum,
Me illo frustra adveniisse. forte aspicio militem.
Aggredior hominem, saluto adveniens. Salve, inquit
mihi, (riam.
Prehendit dextram, seducit, rogat quid veniam Ca-
Dico me illo adveniisse animi causa: ibi me interro-
gat, (rim?
Ecquem in Epidauro Lyconem trapezitam nove-
Dico me noviisse. quid Lenonem Cappadocem annuo
Visitasse. sed quid eum vis? quia de illo emi virginem
Triginta minis, vestem, aurum: & pro iis decem
coaccedunt minæ. (situm est,
Dediisti tu argentum? inquam. imo apud trapezitam
Illum quem dixi Lyconem: atque ei mandavi, qui
anulo meo
Tabellas obsignatas attulisset, ut daret operam,
Ut mulierem à lenone cum auro & veste abduceret.
Postquam hoc mihi narravit, abeo ab illo. revocat
me illico,
Vocat ad cœnam: religio fuit, denegare nolui.
Quid si adeamus, ac decumbamus? inquit. consi-
lium placet.
Neque diem decet me morari, neque nocti nocerier.
Omnis res parata est: & nos, quibus paratum est,
assumus. (manum.
Postquam cœnati atque appoti, talos poscit sibi in
Provocat me in aleam, ut ego ludam: pono pallium.
Ille

Ille ſum anulum oppoſuit, invocat Planeſium.
PH. Meosne amores? C. tace parumper. jacit vol-
torios quatuor. (culem.
Talos arripio, invoco almam meam nutricem Her-
lacto baſilicum, propino magnum poculum: ille
ebibit: (lum. 85
Caput deponit: condormiſcit. ego ei ſubduco anu-
Deduco pedes de lecto clam, ne miles ſentiat.
Rogant me ſervi, quo eam? medico ire quo ſaturi
ſolent. (di-
Oſtium ubi conſpexi, exinde me illico protinam de-
PH. Laudo. C. laudato, quando illud quod cupis,
effecero. (moror? 86
Eamus nunc intro, ut tabellas conſignemus. PH. num
C. Atque aliquid prius obtrudamus, pernam, ſumen,
glandium?
Hæc ſunt ventri ſtabilimenta, panem & aſſa bubula,
Poculum grande, aula magna; ut ſatis conſilia ſup-
petant. (90
Tute tabellas conſignato: hic miniſtrabit ego edam.
Dicam quemadmodum conſcribas. ſequere me hac:
intro PH. ſequor.

ACTUS III.

LYCO, CURCULIO, LENO.

BEatus videor: ſubduxi rasiunculam,
Quantum æris mihi ſit, quantumque alieni ſiet.
Dives ſum, ſi non reddo eis, quibus debeo:
Si reddo illis quibus debeo, plus alieni eſt.
Verum hercle vero cum belle recogito, 5
Si magis me inſtabunt, ad Prætorem ſuſſeram.
Habent hunc morem plerique argentarii,
Ut alius alium poſcant, reddant nemini:
Pugnis rem ſolvant, ſi quis poſcat clarius.
QUI HOMO mature quæſivit pecuniam, 10
Niſi eam mature parſit, mature eſurit.
Cupio aliquem emere puerum, qui furatrius
Nunc mihi quæratur. uſus eſt pecunia.
C. Nil tu me ſaturum monueris: memini & ſcio.
Ego hoc effectum lepide tibi tradam: tace. 15
Edepol næ ego hic me intus explevi probe,
Et equidem reliqui in ventre cellæ uni locum,
Ubi reliquiarum reliquias reconderem.

Quis

Quis hic eſt, qui operto capite Æſculapium
Salutat? attat! quem quærebam: ſequere me.
Simulabo quaſi non noverim. heus tu! te volo.
LY. Unocule, ſalve. C. quæſo, derideſne me?
LY. De Coclitum proſapia ted eſſe arbitror;
Nam ii ſunt unoculi. C. catapulta hoc ictum eſt mihi
Apud Sicyonem. LY. nam quid id refert mea,
An aula quaſſa cum cinere effoſſus ſiet.
C. Superſtitioſus hic quidem eſt: vera prædicat:
Nam illæc catapultæ ad me crebro commeant.
Adoleſcens, ob Rempublicam hoc intus mihi
Quod inſigne habeo, quæſo, ne me incomities.
LY. Licetne inforare, ſi incomitiare non licet?
C. Non inforabis me quidem: nec mihi placet
Tuum profecto neque forum, nec comitium.
Sed hunc, quem quæro, commonſtrare ſi potes,
Inibis à me ſolidam & grandem gratiam.
Lyconem quæro trapezitam. LY. dic mihi,
Quid eum nunc quæris? aut cujatis? C. eloquar.
Ab Terapontigono Platagidoro milite.
LY. Novi edepol nomen: nam mihi iſtoc nomine,
Dum ſcribo, explevi totas ceras quatuor.
Sed quid Lyconem quæris? C. mandatum'ſt mihi,
Ut has tabellas ad eum ferrem. LY. quis tu homo es?
C. Libertus illius, quem omnes Summanum vocant.
LY. Summane, ſalve. qui Summanus? fac ſciam.
C. Quia veſtimenta, ubi obdormivi ebrius,
Summano. ob eam rem me omnes Summanum vocant.
LY. Alibi te melius'ſt quærere hoſpitium tibi:
Apud me profecto nihil eſt Summano loci.
Sed iſtum quem quæris, ego ſum. C. quæſo, tune is es
Lyco trapezita? LY. ego ſum. C. multam me tibi
Salutem juſſit Therapontigonus dicere,
Et has tabellas dare me juſſit. LY. mihin'? C. ita.
Cape. ſignum noſce. noſtin' LY. quid ni noverim?
Clypeatus elephantem ubi machæra diſſicit.
C. Quod iſtic ſcriptum eſt, id te orare juſſerat,
Profecto ut faceres, ſuam ſi velles gratiam.
LY. Concede, inſpiciam quid ſit ſcriptum. C. maxime,
Tuo arbitratu, dum auferam abs te id quod peto.
LY. Miles Lyconi in Epidauro hoſpiti ſuo

The-

Digitized by Google

Therapontigonus Platagidorus plurimam
Salutem dicit. C. meus hic eſt: hanum vorat.
LY. Tecum oro, & quæſo, qui has tabellas afferet
Tibi, ut ei detur, quam iſtic emi virginem,
Quod te præſente iſtic egi, teque interprete,
Et aurum, & veſtem: jam ſcis, ut convenerit.
Argentum des lenoni. huic des virginem.
LY. Ubi ipſus? cur non venit? C. ego dicam tibi:
Quia nudiuſquartus venimus in Cariam
Ex India: ibi nunc ſtatuam volt dare auream
Solidam faciundam ex auro Philippeo, quæ ſiet
Septempedalis: FACTIS MONUMENTUM ſuis.
LY. Quamobrem iſtuc? C. dicam: quia enim Perſas, Paphlagonas,
Synopeas, Arabas, Caras, Cretanos, Syros,
Rhodiam atque Lyciam, Perediam & Perbibeſiam,
Centauromachiam, & Claſſiam Unomammiam,
Lybiamque & oram omnem Conterebromiam,
Dimidiam partem nationum uſque omnium
Subegit ſolus intra viginti dies. (ſi forent
LY. Vah! C. quid mirare? LY. quia enim in cavea
Concluſi, itidem uti pulli gallinacei,
Ita non potuere uno anno circumiri.
Credo, hercle, te eſſe ab illo: nam ita nugas blatis.
C. Imo etiam porro, ſi vis, dicam. LY. nihil moror.
Sequere hac: ted abſolvam, qua adveniſti gratia. (85
Atque eccum video. Leno ſalve. LE. di te ament.
LY. Quid hoc, quod ad te venio? LE. dicas quid velis.
LY. Argentum accipias, cum illo mittas virginem.
LE. Quid quod juratus ſum? LY. quid id refert tua.
Dum argentum accipias? LE. QUI MONET, quaſi adjuvat.
Sequimini. C. Leno, cave in te ſit mihi mora.

ACTUS IV. SCENA I.

CHORAGUS.

EDepol nugatorem lepidum lepide hunc nactu'ſt Phædromus.
Halophantam an ſycophantam hunc magis eſſe dicam neſcio.
Ornamenta, quæ locavi, metuo ut paſſim recipere.
Quanquam cum iſtoc mihi negoti nihil eſt: ipſi Phædromo

Cre-

Credidi; tamen asservabo. sed dum hic egreditur foras,
Commonstrabo, quo in quemque hominem facile inveniatis loco, (velit,
Ne nimio opere sumat operam, si quem conventum
Vel vitiosum, vel sine vitio: vel probum, vel improbum.
Qui perjurum convenire vult hominem, mitto in Comitium, (crum.
Qui mendacem & glorioſum, apud Cloacinæ sa-
Ditis damnosos maritos sub Basilica quærito.
Ibidem erunt scorta exoleta; quique stipulari solent.
Symbolarum collatores apud forum piscarium.
In foro infimo boni homines, atque dites ambulant,
In medio propter Canalem, ibi ostentatores meri,
Confidentes, garrulique, & malevoli supra Lacum:
Qui alteri de nihilo audacter dicunt contumeliam,
Et qui ipsi sat habent, quod in se possit vere dicier.
Sub Veteribus, ibi sunt qui dant, quique accipiunt fœnore, (male:
Pone ædem Castoris, ibi sunt, subito quibus credas
In Tusco vico, ibi sunt homines, qui ipsi sese venditant.
In Velabro vel pistorem, vel lanium, vel aruspicem,
Vel qui ipsi vortant, vel quî alii subvorsentur, præbeant.
Ditis damnosos maritos apud Leucadiam Oppiam.
Sed interim fores crepuere: linguæ moderandum est mihi.

ACTUS IV. SCENA II.

CURCULIO, CAPPADOX, LYCO.

I Tu præ, virgo: non queo, quod pone me est, servare.
Et aurum, & vestem omnem suam esse ajebat, quicquid hæc haberet. (monere.
CA. Nemo it inficias Cu. attamen meliusculum est
L. Memento promisisse te, si quisquam hanc liberali
Causa manu assereret, mihi omne argentum redditum iri,
Minas triginta. CA. meminero, de istoc quietus esto.
Et nunc idem dico. Cu. & commeminisse ego hæc volam te.

CA.

CA. Memini, & mancipio tibi dabo. Cu. egon' ut ab lenone quicquam (lingua,
Mancipio accipiam? quibus sui nihil est, nisi una
Qui abjurant, si quid creditum est. alienos mancupatis,
Alienos manumittitis, alienisque imperatis.
Nec vobis auctor ullus est, nec vosmet estis alli.
Item genus est lenonium inter homines, meo quidem animo,
Uti museæ, culices, pedesque, puliceque,
Odio & malo & molestiæ: bono usui estis nulli.
Nec vobiscum quisquam in foro frugi consistere audet.
Qui constitit, culpant eum, conspuitur, vituperatur:
Eum rem fidemque perdere, tametsi nihil fecit, aiunt. (lepide.
L. Edepol Lenones, meo animo, novisti, lusce,
Cu. Eodem, hercle, vos pono & paro, parissumi estis iibus. (ipso.
Hi saltem in occultis locis prostant, vos in foro
Vos fœnore, hi male suadendo, & lustris lacerant homines.
Rogitationes plurimas propter vos populus scivit,
Quas vos rogatas rumpitis: aliquã reperitis rimam.
Quasi aquam ferventem, frigidam esse, ita vos putatis leges. (dicax es.
L. Tacuisse mavellem. CA. au! male meditare, male
Cu. INDIGNIS si male dicitur, maledictum id esse dico: (animo.
Verum si dignis dicitur, benedictum 'st, meo quidem
Ego mancipem te nihil moror, nec lenonem alium quemquam.
Lyco, nunquid vis? L. bene vale. Cu. vale. CA. heus tu, tibi ego dico.
CU. Eloquere, quid vis? CA. quæso ut hanc cures, bene ut sit isti.
Bene ego istam eduxi meæ domi & pudice. Cu. si hujus miseret,
Ecquid das, qui bene sit? CA. malum. Cu. tibi opus est hoc, qui te procures.
CA. Quid stulta ploras? ne time, bene hercle vendidi ego te.
Fac sis bonæ frugi sies. sequere istum bella belle.

L. Summane, nunquid nunc jam me vis? Cu. vale atque salve:
Nam & operam & pecuniam benigne præbuisti.
L. Salutem multam dicito patrono. Cu. nunciabo.
L. Nunquid vis, Leno? CA. istas minas decem, qui me procurem,
Dum melius sit mihi, des. L. dabuntur. cras peti jubeto.
CA. Quando bene gessi rem, volo hic in fano supplicare.
Nam illam minis olim decem puellam parvolam emi.
Sed eum qui mihi illam vendidit, nunquam postilla vidi:
Periisse credo. quid id mea refert? ego argentum habeo.
Quoi HOMINI dei sunt propitii, lucrum ei profecto objiciunt.
Nunc rei divinæ operam dabo: certum est bene mecurare.

ACTUS IV. SCENA III.

THERAPONTIGONUS *miles*, LYCO *trapezita*.

NOn ego nunc mediocri incedo iratus iracundia,
Sed eapse illa, qua excidionem facere condidici oppidis.
Nunc nisi tu mihi propere properas dare jam triginta minas,
Quas ego apud te deposivi, vitam propera ponere.
L. Non edepol nunc ego te mediocri macto infortunio:
Sed eopse illo, quo mactare soleo, quoi nihil debeo.
T. Ne te mihi facias ferocem, aut supplicare censeas.
L. Nec tu me quidem unquam subiges, redditum ut reddam tibi,
Nec daturus sum. T. idem ego istuc quum credebam, credidi
Te nihil esse redditurum. L. cur nunc à me igitur petis?
T. Scire volo quoi reddidisti. L. luscoliberto tuo,
Is Summanum se vocari dixit, ei reddidi,
Qui has tabellas obsignatas attulit. T. quas tu mihi tabulas:
Quos tu mihi luscos libertos? quos Summanos somnias?

Nec

Nec mihi quidem libertus ullus'ſt. L. facis ſapientius,
Quam pars latronum, libertos qui habent, & eos deſerunt. 16
T. Quid feciſti? L. quod mandaſti, feci tui honoris gratia;
T. Tuum qui ſignum ad me attuliſſet, nuncium ne ſpernerem.
T. Stultior ſtulto fuiſti, qui iis tabellis crederes.
L. Quis reſpublica & privata geritur, nonne iis crederem? 20
Ego abeo. tibi res ſoluta'ſt recte. bellator vale!
T. Quid valeam? L. at tu ægrota, ſi lubet, per me, ætatem quidem.
T. Quid ego nunc faciam? quid refert me feciſſe regibus,
Ut mihi obedirent, ſi hic me hodie umbraticus deriſerit?

ACTUS IV. SCENA IV.

CAPPADOX *leno*, MILES.

QUoi homini dii ſunt propitii, ei non eſſe iratos puto.
Poſtquam rem divinam feci, venit in mentem mihi,
Ne trapezita exulatum abierit, argentum ut petam:
Ut ego potius comedim, quam ille. M. juſſeram ſalvere te.
C. Therapontigonoplatagidore, ſalve! ſalvus quum advenis 5
In Epidaurum, hîc hodie apud me nunquam delinges ſalem.
M. Bene vocas. verum vocata res eſt, ut male ſit tibi.
Sed quid agit meum mercimonium apud te? C. nihil apud me quidem.
Ne facias teſtes: neque equidem debeo quidquam.
M. quid eſt? (nem, 10
C. Quod fui juratus, feci. M. reddin', an non, virgi-
Priuſquam te huic meæ machæræ objicio, maſtigia?
C. Vapulare ego te vehementer jubeo, ne me territes.
Illa abducta eſt: tu auferere hinc à me, ſi perges mihi
Male loqui profecto: quoi ego, niſi malum, nihil debeo.
M. Mihin' malum minitare? C. atque edepol non minitabor, ſed dabo, 15

Digitized by Google

Mihi ſi pergis moleſtus eſſe. M. Leno minitatur mihi?
Meæque pugnæ præliares plurimæ obtritæ jacent?
At ita me machæra & clypeus (ditur,
Bene juvent pugnantem in acie, niſi mihi virgo red-
Jam ego te faciam ut hic formicæ fruſtillatim diffe-rant.
C. At ita me volſellæ, pecten, ſpeculum, calami-ſtrum meum
Bene me amaſſint, meaque axicia, linteumque extenſum? (minas
Ut ego tua magnifica verba, neque iſtas tuas magnas
Non pluris facio, quam ancillam meam, quæ latri-nam lavat.
Ego illam reddidi, qui argentum à te attulit. M. quis is eſt homo? (meum?
C. Tuum libertum ſeſe ajebat eſſe Summanum. M. Attat! Curculio hercle verba mihi dedit, quum co-gito. (lum?
Is mihi anulum ſurripuit. C. perdidiſtin' tu anu-
Miles pulchre centuriatus eſt expuncto in mani-pulo. (co facillime
M. Ubi nunc Curculionem inveniam? C. in triti-
Vel quingentos curculiones pro uno faxo reperias.
Ego abeo. vale atque ſalve. M. male vale; male ſit tibi.
Quid ego faciam? maneam an abeam? ſiccine mihi eſſe os oblitum?
Cupio dare mercedem, qui illunc, ubi ſit, common-ſtret mihi.

ACTUS V. SCENA I.

CURCULIO *paraſitus.*

ANtiquom Poëtam audivi ſcripſiſſe in Tragœ-dia, (ita eſt.
MULIERES duas pejores eſſe, quam unam. res
Verum mulierem pejorem, quam hæc amica eſt Phædromi, (poteſt
Non vidi, neque audivi; neque pol dici, nec fingi
Pejor, quam hæc eſt: quæ ubi me habere hunc con-ſpicata eſt anulum,
Rogat unde habeam. quid id tu quæris? qua mihi quæſito 'ſt opus.

Nego

Digitized by Google

Nego me dicere. ut eum eriperet, manum arripuit mordicus.
Vix foras me abripui, atque effugi. : page istanc caniculam.

ACTUS V. SCENA II.

PLANESIUM *virgo*, PHÆDROMUS *adolescens*, CURCULIO, MILES.

PHædrome, propera. PH. quid properem? PL. Parasitum ne amiseris.
Magna res est. PH nulla est mihi: nam quam habui. absumpsi celeriter.
PL. Tene. PH. quid negotii est? PL. rogita, unde istunc habeat anulum:
Pater istum meus gestitavit. C. at mea matertera
PL. Mater ei utendum dederat. C. pater tuus rursum tibi. (facilius 6
PL. Nugas garris. C. soleo. nam propter eas vivo
Quid nunc? PL. obsecro, parentesne meos mihi prohibeas?
C. Quid? ego sub gemman' abstrusos habeo tuam matrem & patrem? (servient
PL. Libera ego sum nata. C. & alii multi, qui nunc
PL. Enimvero irascor. C. dixi equidem tibi, unde ad me hic pervenerit. (alea. 12
Quoties dicendum est? elusi militem, inquam, in
M. Salvos sum: eccom, quem quærebam. quid agis, bone vir? C. audio.
Si vis tribus bolis, vel in chlamydem. M. quin tu is in malam crucem
Cum boletis, cum bulbis: redde etiam argentum, aut virginem. 14
PH. Quod argentum, quas tu mihi tricas narras? quam tu virginem (scelus viri.
Me reposcis? M. quam ab Lenone abduxti hodie,
PH. Nullam abduxi. M certe eccistam? video. PH. virgo hæc libera est
M. Mean' ancilla libera ut sit? quam ego nunquam emisi manu.
PH, Quis tibi hanc dedit mancupio? aut unde emisti? fac sciam. (20
M. Ego quidem pro istac rem solvi ab trapezita meo.

Digitized by Google

Quam ego pecuniam quadruplicem abs te & Leno-
ne auferam. (gines,
PH. Qui ſcias mercari furtivas atque ingenuas vir-
Ambula in jus. M. non eo. PHH. licet te anteſtari?
M. non licet.
PH. Juppiter tete male perdat: inteſtatus vivito.
C. At ego, quem licet, te. PH. accede huc. M. ſer-
vum anteſtari? vide.
C. Hem! ut ſcias me liberum eſſe. M. ergo ambu-
la in jus. hem tibi.
C. O cives, cives! M. quid clamas? PH. quid iſtum
tibi tactio eſt?
M. Quia mihi libitum eſt. PH. accede huc tu; ego
illum tibi dedam, tace.
C. Phædrome, obſecro ſerva me. PH. tanquam me
& Genium meum.
Miles, quæſo ut mihi dicas, unde illunc habeas a-
nulum,
Quem Paraſitus hic te eluſit. PL. per tua genua te
obſecro, (net?
Ut nos facias certiores. M. quid iſtuc ad vos attri-
Quæratis chlamydem & machæram hanc, unde ad
me pervenerit.
C. Ut faſtidit glorioſus! M. mitte iſtunc: ego di-
cam omnia.
C. Nihil eſt, quicquid ille dicit. PL. fac me cer-
tiorem obſecro.
M. Ego dicam: ſurge. hanc rem agite, atque ani-
mum advortite.
Pater meus habuit Periphanes. PL. Periphanes?
M. Is, priusquam moritur, mihi dedit tanquam ſuo,
Ut æquum fuerat, filio. PL. prô Juppiter!
M. Et iſte me hæredem fecit. PL. pietas mea,
Serva me, quando ego te ſervavi ſedulo.
Frater mi, ſalve. M. qui credam iſtuc ego? cedo,
Si vera memoras: quæ fuit mater tua?
PL. Cleobula. M. nutrix quæ fuit? PL. Archeſtrata,
Ea me ſpectatum tulerat per Dionyſia.
Poſtquam illo ventum eſt, jam ut me collocaverat,
Exoritur ventus turbo: ſpectacula ibi ruunt:
Ea pertimeſco: tum ibi me neſcio quis arripit
Timidam atque pavidam, nec vivam, nec mortuam:
Nec, quo me pacto abſtulerit, poſſum dicere.

M. Me-

Digitized by Google

M. Meminiſtin' hanc turbam fieri? ſed tu dic mihi: ubi
Is eſt homo, qui te ſurripuit? PL. neſcio.
Verum hunc ſervavi ſemper mecum una aenigma.
Cum hoc olim perii. M. cedo ut inſpiciam. C. ſanan' es,
Quæ iſti committas? PL. ſine modo. M. pró Jupiter!
Hic eſt quem ego tibi miſi natali die.
Tam facile novi quam me. ſalve, mea ſoror.
PL. Frater mi, ſalve. PH. deos volo bene vortere
Iſtam rem vobis. C. & ego nobis omnibus;
Tu ut hodie adveniens cœnam des ſororiam:
Hic nuptialem cras dabit. PH. promittimus.
M. Tace tu. C. non taceo, quando res vortit bene.
Tuiſtanc deſponde huic, Miles: ego dotem dabo.
PH. Quid dotis? C. egone? ut ſemper, dum vivat, med alat.
M. Verum, hercle, dico, me lubente feceris;
Et leno hic debet nobis triginta minas.
PH. Quamobrem iſtuc? M. quia ille ita repromiſit mihi:
Si quisquam hanc liberali aſſeruiſſet manu,
Sine controverſia omne argentum reddere.
PH. Nunc eamus ad Lenonem, M. laudo. PH. hic prius volo.
Meam rem agere. M. quid id eſt? PH. ut mihi hanc deſpondeas.
C. Quid ceſſas, Miles, hanc huic uxorem dare?
M. Si hæc volt. PL. mi frater, cupio. M. fiat. C. bene facis.
PH. Spondesne, Miles, mihi hanc uxorem? M. ſpondeo.
C. Et ego hoc idem unum ſpondeo. M. lepide facis.
Sed eccum Lenonem, incedit, theſaurum meum.

ACTUS V. SCENA III.

LENO *Cappadox*, MILES, PHÆDROMUS, PLANESIUM.

ARgentariis male credi, qui ajunt, nugas prædicant.
Nam & bene & male credi dico: id adeo hodie ego experius ſum.

Non male creditur, qui nunquam reddant, ſed proſſum perit.
Velut decem minas dum hic ſolvit, omnis menſas tranſiit.
Poſtquam nihil fit, clamore hominem poſco. ille in jus me vocat. (veret. 6
Peſſume metui, ne mihi hodie apud Prætorem ſolVerum amici compulerunt, reddit argentum domo.
Nunc domum properare certum 'ſt. M. heus tu Leno, te volo.
PH. Et ego te volo. L. at ego vos nolo ambos. M. ſta, ſis, illico,
Atque argentum propere propera vomere. L. quid mecum eſt tibi? 10
Aut tecum? aut? M. quia ego ex te hodie faciam pilum catapultarium:
Atque ita te nervo torquebo, itidem uti catapultæ ſolent.
PH. Delicatum te hodie faciam cum catello ut accubes, (carcere.
Ferreo ego dico. L. at ego vos ambo in robuſto
Ut pereatis. M. collum obſtringe, abduce iſtum in ma'am crucem. 15
PH. Quid? quid eſt? ipſe ibit potius, L. prob deûm atque hominum fidem!
Hoccine pacto indemnatum atque inteſtatum me arripi?
Obſecro, Planeſium, & te, Phædrome, auxilium ut feras, (dero.
PH. Frater, obſecro te, noli hunc condemnatum per-
Bene & pudice me domi habuit. M. haud voluntate id ſua: 20
Æſculapio huic habeto, quom pudica es, gratiam.
Nam ſi is valuiſſet, jampridem, quoquo poſſet, mitteret. (componere.
PH. Animum advortite; ſi potiſſum hoc inter vos
Mitte iſtunc. accede huc Leno. dicam meam ſententiam: (mittimus: 25
Siquidem vultis, quod decrero facere. L. tibi per-
Dum quidum hercle ita judices, ne quiſquam à me argentum auferat.
M. Quodne promiſiſti? L. quî promiſi? PH. lingua. L. eadem nunc nego.

Dicen-

Digitized by Google

Dicendi, non rem perdendi gratia hæc nata eſt mihi.
M. Nihil agit: collum obſtringo homini. L. jam jam faciam ut juſſeris.
M. Quando vir bonus es, reſponde, quod rogo. L. roga quod lubet.
M. Promiſtin', ſi liberali quisquam hanc aſſereret manu,
Te omne argentum redditurum? L. non commemini dicere.
M. Quid? negas? L. nego hercle vero. quo præſente? quo in loco?
M. Meipſo præſente, & Lycone trapezita L. non taces? (territes.
M. Non taceo. L. non? ego te floccifacio; ne me
M. Meipſo præſente, & Lycone factum eſt. PA. ſatis credo tibi. (tiam:
Nunc adeo, ut tu ſcire poſſis, Leno, meam ſententiam:
Libera hæc eſt, hic hujus frater eſt, hæc autem illius ſoror.
Hæc mihi nubet: tu huic argentum redde. hoc judicium meum eſt.
M Tu autem in nervo jam jacebis, niſi mihi argentum redditur.
L. Hercle iſtam rem judicaſti perfidioſe, Phædrome.
Et tibi oberit: & te, Miles, dî deæque perduint.
Tu me ſequere. M. quo ſequar ego te? L. ad trapezitam meum. (debeo.
Ad Prætorem. nam inde rem ſolvo omnibus, quibus
M. Ego te in nervom, haud ad Prætorem hinc rapiam, ni argentum refers.
I. Ego te vehementer perire cupio, ne tu me neſcias.
M, Itane vero? L. ita hercle vero. M, novi ego hos pugnos meos.
L. Quid tum? M. quid tum? rogitas? hiſce ego, ſi tu me irritaveris,
Placidum tel hodie reddam. L. age ergo, recipe actutum. M. licet, (ſo
PH. Tu miles apud me cœnabis, hodie fient nuptiæ.
M. Quæ res bene vortat mihi & vobis, ſpectatores, plaudite.

FINIS CURCULIONIS.

Digitized by Google

CASINA.

Dramatis Personæ.

PROLOGUS.
CHALINUS, *servus.*
OLYMPIO, *villicus.*
CLEOSTRATA, *uxor.*
PARDALISCA, *ancilla.*
MURRINA, *mulier.*
STALINO, *senex.*
ALCESIMUS, *senex.*
COQUUS.
ANCILLÆ.
GREX.

ARGUMENTUM.

Conservum uxorem conservi suo expetunt.
Alium senex allegat, alium filius.
Sors adjuvat senem: verum decipitur dolis.
Ita ei subjicitur pro puella servulus
Nequam, qui dominum mulcat atque villicum.
Adolescens ducit civem Casinam cognitam.

PROLOGUS.

SAlvere jubeo spectatores optumos,
Fidem qui maximi facitis; & vos Fides.
Si verum dixi, signum clarum date mihi,
Ut vos mihi esse æquos jam inde à principio sciam.
QUI UTUNTUR vino vetere, sapientes puto,
Et qui libenter veteres spectant Fabulas.
Antiqua opera & verba quum vobis placent,
Æquum placere est ante veteres Fabulas.
Nam, NUNC NOVÆ quæ prodeunt, Comœdiæ,
Multo sunt nequiores, quam nummi novi.
Nos postquam populi rumorem intelleximus,
Studiose expetere vos PLAUTINAS FABULAS,
Antiquam ejus edimus Comœdiam,
Quam vos probastis, qui estis in senioribus:
Nam juniorum qui sunt, non norunt, scio.
Verum ut cognoscant, dabimus operam sedulo.
Hæc quum primum acta est, vicit omnes Fabulas,
Ea tempestate flos Poëtarum fuit,
Qui nunc abierunt hinc in communem locum.

Sed

Sed abſentes tamen proſunt præſentibus.
Vos omnes opere magno eſſe oratos volo.
Benigne ut operam detis ad noſtrum gregem.
Ejicite ex animo curam atque alienum æs:
Ne quis formidet flagitatorem ſuum.
Ludi ſunt. ludus datus eſt argentariis.
Tranquillum eſt. Alcedonia ſunt circum forum.
Ratione utuntur, ludis poſcunt neminem;
Secundum ludos reddunt autem nemini.
Aures vacivæ ſi ſunt, animum advortite:
Comœdiæ jam nomen dare vobis volo,
CLERUMENOE vocatur hæc Comœdia
Græce, Latine SORTIENTES. Diphilus
Hanc Græce ſcripſit, poſt id rurſum denuo
Latine PLAUTUS cum LATRANTI NOMINE.
Senex hic maritus habitat: eii eſt filius;
Is una cum patre in illiſce habitat ædibus.
Eſt eii quidam ſervus, qui in morbo cubat,
Imo hercle vero in lecto, ne quid mentiar.
Is ſervos, ſed abhinc annos factum eſt ſedecim,
Quom conſpicatus eſt primo crepuſculo
Puellam exponi; adit extemplo ad mulierem,
Quæ illam exponebat: orat, ut eam det ſibi:
Exorat, aufert, detulit recta domum:
Dat heræ ſuæ, orat ut eam curet, educet.
Hera facit, educavit magna induſtria,
Quaſi ſi eſſet ex ſe nata, non multo ſecus.
Poſteaquam adolevit ad eam ætatem, utiviris
Placere poſſet. at eam puellam hic ſenex
Amat efflictim; & item contra filius.
Sibi nunc uterque contra legiones parat,
Pater, filiusque, clam alter alterum.
Pater allegavit villicum, qui poſceret
Sibi iſtam uxorem: is ſperat, ſi eii ſit data,
Sibi fore paratas, clam uxorem, excubias foris.
Filius autem armigerum allegavit ſuum,
Qui ſibi eam uxorem poſcat. ſcit, ſi id impetret,
Futurum, quod amat, intra præſepis ſuas.
Uxor ſenis ſenſit virum amori operam dare,
Propterea una conſentit cum filio.
Ille autem poſtquam ſenſit filium ſuum
Eandem illam amare, & eſſe impedimento ſibi,
Hinc adoleſcentem peregre ablegavit pater.

Sciens

Sciens ejus mater ei dat operam, absenti tamen.
Is, ne expectetis, hodie in hac Comœdia
In urbem non redibit: PLAUTUS noluit:
Pontem interrupit; qui erat ei in itinere.
Sunt hic, quos credo nunc inter se dicere:
Quæso, hercle, quid istic est: serviles nuptiæ?
Servine uxorem ducent, aut poscent sibi?
Novum attulerunt, quod fit nusquam gentium.
At ego ajo hoc fieri in Græcia & Carthagini,
Et hic in nostra terra in Apulia.
Majoreque opera ibi serviles nuptiæ,
Quam liberales etiam curari solent.
Id ni fit, mecum pignus, si quis volt, dato
In urnam mulsi, Pœnus dum judex siet,
Vel Græcus adeo, vel mea caussa Apulus,
Quid nunc? nihil agitis, sentio: nemo sitit.
Revortor ad illam puellam expositiam,
Quam servi summa vi sibi uxorem expetunt.
Ea invenietur & pudica & libera,
Ingenua Athenienſis: neque quicquam stupri
Faciet profecto in hac quidem Comœdia,
Mox hercle vero post, transacta fabula,
Argentum si quis dederit, ut ego suspicor,
Ultro ibit nuptum: non manebit auspices.
Tantum est. valete, bene rem gerite, & vincite
Virtute vera, quod fecistis antidhac.

ACTUS I.

OLYMPIO, CHALINUS.

NOn mihi licere meam rem me solum, ut volo,
Loqui atque cogitare, sine te d arbitro?
Quid tu (malum) me sequere? C. quia certum est mihi,
Quasi umbra, quoquo ibis tu, te persequi.
Quin edepol etiam, si in crucem vis pergere,
Sequi decretum est. de hinc conjicito cæterum,
Possisne, necne, clam me sutelis tuis
Præripere Casinam uxorem, proinde ut postulas.
O. Quid tibi negoti mecum est? C. quid ais impudens?
Quid in urbe reptas villice hic magni pretii?
O. Libet, C. quin ruri es in præfectura tua?
Quin potius, quod legatum est tibi negotium,

Digitized by Google

Id curas, atque urbanis rebus te abstines?
Huc venisti sponsam præreptum meam?
Abi rus, abi dierectus tuam in provinciam.
O. Chaline, non sum ego oblitus officium meum.
Præfeci, rure recte qui curet tamen.
Ego, huc quod veni in urbem, nisi impetravero,
Uxorem ut istanc ducam, quam tu deperis:
Bellam & tenellam Casinam, conservam tuam
Quando ego eam mecum rus uxorem abduxero,
Rure incubabo usque in præfectura mea.
C. Tun' illam ducas? hercle, me suspendio,
Quam tu ejus potior fias, satius est mortuum.
O. Mea præda est illa: proin' tu te in laqueum indues.
C. Ex sterquilinio effosse, tua illæc præda sit?
Oi Scies hoc ita esse. væ tibi! quot te modis,
Si vivo, habebo in nuptiis miserum meis?
C. Quid tu mihi facies? O. egone quid faciam tibi
Primum omnium huic lucebis novæ nuptæ facem.
Post illa, ut semper improbus nihilique sis.
Post id locorum, quando ad villam veneris,
Dabitur tibi amphora una, & una semita,
Fons unus, unum ahenum, & octo dolia:
Quæ nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.
Ita te aggerunda curvum aqua faciam probe,
Ut postilena possit ex te fieri.
Post autem, ruri nisi tu acervum ederis;
Aut, quasi lumbricus, terram: quod te postules
Gustare quicquam: nunquam edepol jejunium
Jejunium est æque, atque ego ruri reddibo te.
Post id, quum lassus foeris & famelicus,
Nocte ut condigne te cubes, curabitur.
C. Quid facies? O. concludere in fenestram firmiter
Unde auscultare possis, quum ego illanc osculer:
Quum mihi illa dicet, Mi animule, mi Olympio,
Mea vita, mea mellilla, mea festivitas.
Sine tuos ocellos deosculer, voluptas mea,
Sine amabo ted amari, meus festus dies,
Meus pullus passer, mea columba, mi lepus.
Quum mihi hæc dicentur dicta, tum tu furcifer,
Quasi mus, in medio parietis versabere.
Nunc ne tu te mihi respondere postules,
Abeo intro: tædet sermonistui. C. te sequor.
Hic quidem pol certo nihil ages sine me arbitro.

ACTUS

ACTUS II. SCENA I.

CLEOSTRATA, PARDALISCA *ancillæ*.

OBsignate cellas, referte anulum ad me:
Ego huc transeo in proximum ad meam
vicinam.
Vir si quid volet me, facite hinc me arcessatis.
P. Prandium jusserat senex sibi parari.
C. St. tace, atque abi. neque paro, neque hodie
Coquetur: quando is mihi & filio advorsatur
Suo, animique amorisque causa sui.
Flagitium illud hominis! ego illum fame, ego illum
Siti, maledictis, malefactis, amatorem
Ulciscar: ego pol illum probe incommodis
Dictis angam: faciam uti, proinde ut est dignus,
Vitam colat; Acheruntis pabulum, flagitii
Persequentem, stabulum nequitiæ. nunc hinc
Meas fortunas eo questum ad vicinas.
Sed foris concrepuit. atque ea ipsa eccam egreditur
Foras. non pol per tempus iter mihi incepi.

ACTUS II. SCENA II.

MURRINA, CLEOSTRATA.

SEquimini comites in proximum me huc.
Heus vos. ecquis hæc quæ loquar audit? ego hic
ero,
Vir si, aut quispiam quæret. nam ubi domi sola sum,
Sopor manus calvitur. joffin' colum
Ferri mihi? C. Murrina salve. M. salve
Mecastor. sed quid tu es tristis amabo?
C. Ita solent omnes, quæ sunt male nuptæ:
Domi & foris ægre quod sit, satis semper est.
Nam ego ibam ad te. M. & pol ego istuc ad te. sed
quid est,
Quod tuo nunc animo ægre est? nam quod tibi est
Ægre, idem mihi est dividiæ. C. credo ecastor:
Nam vicinam neminem amo merito magis, quam te:
Nec qua cum plura sunt mihi, quæ ego velim.
M. Amo te, atque istuc expeto scire quid sit.
C. Vir me habet pessumis despicatam modis,
Nec mihi jus meum obtinendi optio est.
M. Hem, quid est? dic idem hoc: nam pol haud
satis meo

Corde

Corde accepi querelas tuas, obsecro.
C. Vir me habet pessumis despicatam modis.
M. Mira sunt, vera si prædicas. nam viri
Jus suum ad mulieres obtinere haud queunt.
C. Quin mihi ancillulam ingratis postulat, quæ mea est,
Quæ meo educata sumptu est, villico suo se dare.
Sed ipsus eam amat. M. obsecro tace. C. nam hic nunc,
Licet dicere, nos sumus. M. ita est. unde ea tibi est?
Nam PECULI probam nihil habere addecet
Clam virum: & quæ habet partum, ei haud commodi est,
Quin viro aut subtrahat, aut stupro invenerit.
Hoc viri censeo esse omne, quicquid tuum est.
C. Tu quidem advorsum tuam amicam omnia loqueris.
M. Tace sis stulta, & mihi ausculta: noli sis tu illi
Advorsari. sine amet, sine quod libet id faciat;
Quando tibi nil domi deliquum est.
C. Satin' sana es? nam tu quidem advorsus tuam ista rem
Loquere. M. insipiens! semper tu huic verbo vitato
Abs tuo viro. C. cui verbo? M. i foras mulier.
C. 'st!
Tace. M. quid est? C. hem. M. quis est, quem vides? C. vir eccum it.
M. Intro abi, appropera, age amabo! C. impetras.
Abeo. M. mox magis cum otium mihi & tibi erit,
Igitur tecum loquar, nunc vale. C. valeas.

ACTUS II. SCENA III.

STALINO *senex*., CLEOSTRATA *anus*.

OMnibus rebus ego amorem credo, & nitoribus nitidis antevenire.
Nec potis quicquam commemorari, quod plus salis, plusque leporis hodie
Habeat. cocos equidem nimis demiror, qui tot utuntur condimentis, (præstat.
Eos eo condimento uno non utier, omnibus quod
Nam ubi amor condimentum inerit, quoivis placiturum credo.

NEQUE SALSUM, neque ſuave eſſe poteſt quicquam, ubi amor non admiſcetur.
Fel quod amarum eſt, id mel facit: hominem ex triſti lepidum & lenem.
Hanc ego de me conjecturam domi facio, magis quam ex auditis.
Qui poſtquam amo Caſinam, magis initio munditiis munditiam antideo.
Myropolas omnes ſolicito, ubicunque eſt lepidum unguentum, ungor,
Ut illi placeam. & placeo, ut videor. ſed uxor me excruciat, quia vivit.
Triſtem aſtare aſpicio. blande hæc mihi mala res appellanda eſt.
Uxor mea, meaque amœnitas, quid tu agis? C. abi, atque abſtine manum. (Jovi.
S. Eja mea Juno! non decet te eſſe tam triſtem tuo
Quo nunc abis? C. mitte me. S. mane. C. non maneo. S. at pol ego te ſequar.
C. Obſecro, ſanun' es? S. ſanus, quando ted amo. C. nolo ames. S. non
Potes impetrare, C. enicas. S. vera dicas velim. C. credo ego
Iſtuc tibi. S. reſpice, oh! mi lepos. C. nempe ita uti tu mihi es.
Unde hic, amabo, unguenta adolent? S. oh, perii! manifeſto miſer (20
Teneor. ceſſo caput pallio detergere? uti te bonus
Mercurius perdat myropola, qui hæc mihi dediſti. C. eho tu (dicam.
Nihili cana culex: vix teneor, quin, quæ decent te,
Senecta ætate unguentatus per vias ignave incedis.
S. Pol ego amico dedi cuidam operam, dum emit
Unguenta. C. ut cito commentatus eſt! 25
Ecquid te pudet? S. omnia quæ tu vis. C. ubi in luſtra jacuiſti?
S. Egone in luſtra? C. ſcio plus, quam tu me arbitrare. S. quid id eſt?
Quid tu ſcis? C. te ſene omnium ſenem neminem eſſe ignaviorem.
Unde is nihili? ubi fuiſti? ubi luſtratus? ubi bibiſti?
Id eſt mecaſtor: vide, palliolum ut rugat. S. di me & te infelicitent, 30

Si

Si ego in os meum hodie vini guttam indidi. C. imo
age ut lubet,
Bibe, es, disperde rem. S. ohe, jam satis uxor est:
comprime te: nimium timnis.
Relinque aliquantulum orationis, cras quod mecum
litiges:
Sed quid ais? jam domuisti animum, potius ut quod
vir velit
Fieri, id facias, quam adversere contra? C. qua de
re? S. rogas?
Super ancilla Casina, ut detur noptum nostro villico,
Servo frugi: atque ubi illi bene sit; ligno, aqua ca-
lida, cibo,
Vestimentis, ubique educat pueros, quos pariat,
Potius quam illi servo nequam des armigero, nihili
atque improbo,
Cui homini hodie peculi nummus non est plumbeus.
C. Mirum mecastor te senecta ætate officium tuum
Non meminisse S. quid jam? C. quia, si facias recte
ant commode,
Me sinas curare ancillas, quæ mea est curatio.
S. Qui, malum) homini scutigerulo dare lubet?
C. quia enim filio
Nos oportet opitulari unico. S. at quanquam unicus
Nihilo magis unicus est ille mihi filius, quam ego
illi pater:
Illum mihi æquius est; quam me illi, quæ volo, con-
C. Tu ecastor tibi, homo, malam rem quæris. S.
subolet, sentio.
Egone? C. tu nam quid frigutis? quid istuc tam
cupide cupis?
S. Ut enim frugi servo detur potius, quam servo
C. Quid si ego impetro, atque exoro à villico,
causa mea
Ut eam illi permittat? S. quid si ego autem ab ar-
migero impetro,
Eam illi permittat? atque hoc credo impetrassere.
C. Convenit. vis tuis Chalinum huc evocem verbis
foras?
Tu eum orato, ego autem orabo villicum. S. sane
C. Jam hic erit. nunc experiemur, nostrum uter sit
blandior.

S. Hercules dique iſtam perdant, quod nunc licea-
dicere. (duſtriam
Ego diſcrucior miſer amore: illa autem quaſi ob in-
Mihi advorſatur. ſubolet hoc jam uxori, quod ego
machinor:
Propter eam rem magis armigero dat operam de
induſtria.

ACTUS II. SCENA IV.

STALINO *ſenex*, CHALINUS *ſervus*.

QUi illum dii omnes deæque perdant. C. te
uxor ajebat tua
Me vocare. S. ego enim vocari juſſi. C. eloquere
quid velis. (loqui.
S. Primum ego te porrectiore fronte volo mecum
C. STULTITIA EST ei te eſſe triſtem, quojus
poteſtas plus poteſt.
S. Pro! bonæ frugi hominem te jampridem eſſe ar-
bitror. C. intellego. (volo.
Quin, ſi ita arbitrare, emittis me manu? S. quin id
Sed nihil eſt, me cupere factum, niſi tu factis ad-
juvas.
C. Quod velis modo id velim me ſcire. S. auſculta
ergo: loquar:
Caſinam ego uxorem promiſi villico noſtro dare.
C. At tua uxor, filiusque promiſerunt mihi. S. ſcio.
Sed utrum nunc tu, cœlibem eſſe te mavis liberum,
An maritum ſervum ætatem degere & gnatos tuos?
Optio hæc tua eſt: utram harum vis conditionem
accipe.
C. Liber ſi ſim, meo periculo vivam; nunc vivo tuo.
De Caſina certum eſt concedere homini nato ne-
mini.
S. Intro abi, atque actutum uxorem huc evoca ante
ædis cito.
Et ſitellam huc tecum affero cum aqua & ſortis.
C. ſatis placet. (dero.
S. Ego pol iſtam jam aliquovorſum tragulam deci-
Nam ſi ſic nihil impetrare potero, ſaltem ſortiar.
Ibi ego te & ſuffragatores tuos ulciſcar. C. attamen
Mihi obtinget ſors. S. ut quidem pol pereas crucia-
tu malo. (modo.
C. Mihi illa nubet; macchinare quod lubet, quovis

S. Abin'

S. Abin' hinc ab oculis? C. invitus me vides: vi-
vam tamen. (advorſæ mihi?
S. Sumne ego miſer homo? ſatin' omnes res ſunt
Jam metuo, ne Olympionem mea uxor exoraverit,
Ne Caſinam ducat. ſi id factum eſt. ecce me nullum
ſenem:
Si non impetravit, etiam ſpecula in ſortitu' ſi mihi.
Si ſors autem decolaſſit, gladium faciam culcitam,
Eumque incumbam: ſed progreditur optime, ec-
cum, Olympio.

ACTUS II. SCENA V.

OLYMPIO *villicus*, STALINO *senex*.

UNa edepol opera in furnum calidum condito,
Atque ibi torreto me pro pane rubido, hera,
Quam iſtam operam à med impetres, quod poſtulas.
S. Salvus ſum, ſalva ſpes eſt, ut verba audio.
O. Quid tu me vero libertate territas?
Quid ſi tu nolis, filiusque etiam tuus,
Vobis invitis atque amborum ingratiis
Una libella lib.r poſſum fieri.
S. Quid iſtuc eſt? quicum luigas, Olympio?
O. Cum eadem qua tu ſemper. S. cum uxorene mea?
O. Quam tu mihi uxorem? quaſi venator tu qui-
dem es,
Dies atque noctes cum cane ætatem exigis.
S. Quid agit? quid loquitur tecum? O. orat, ob-
ſecrat,
Ne Caſinam uxorem ducam. S. quid tu poſtea?
O. Negavi enim ipſi me conceſſurum Jovi,
Si is mecum oraret. S. dî te ſervaſſint mihi.
O. Nunc in fermento tota eſt, ita turget mihi.
S. Edepol ego illam mediam diruptam velim.
O. Credo edepol eſſe, ſi quidem tu frugi bonæ es.
Verum edepol tua mihi odioſa eſt amario:
Inimica eſt tua uxor mihi, inimicus filius,
Inimici familiares. S. quid id refert tua?
Unus tibi hic dum propitius ſit Juppiter,
Tu iſtos minutos cave deos floccifeceris.
O. Nugæ ſunt iſtæ magnæ. quaſi tu neſcias
Repente ut emoriantur humani Joves.
Sed tandem ſi tu Juppiter ſis emortuus,
Quum ad deos minores redierit regnum tuum,

Digitized by Google

Quis mihi ſubveniet tergo, aut capiti, aut oculis?
St. Opinione melius res tibi habeat tua,
Si. hoc impetramus, ut ego cum Caſina cubem.
O. Non hercle opinor poſſe, ita uxor acriter
Tua inſtat ne mihi detur. S. at ego ſic agam:
Conjiciam ſortis in ſitellam, & ſortiar
Tibi & Chalino. ita rem natam eſſe intellego.
Neceſſum eſt vorſis gladiis depugnarier.
O. Quid ſi fors aliter, quam voles, evenerit?
S. Benedice. dis ſum fretus, deos ſperabimus.
O. Non ego iſtuc verbum emiſſim titivilitio.
Nam omnes mortales diis ſunt freti: ſed tamen
Vidi ego diis fretos ſæpe multos decipi.
S. Tace parumper. O. quid vis? S. eccum exit foras
Chalinus intus cum ſitella & ſortibus.
Nunc nos collatis ſignis depugnabimus.

ACTUS II. SCENA VI.

CLEOSTRATA *uxor*, CHALINUS, STALINO, OLYMPIO.

FAce Chaline me certiorem, quid meus vir me velit. Metiam.
CH. Ille edepol videre ardentem te extra portam
CL. Credo ecaſtor vellet. CH. at pol ego haud credo, ſed certo ſcio, (habeo domi.
S. Plus artificum eſt mi quam rebar. ariolum hunc
Quid ſi propius attollamus ſigna, eamusque obviam?
Sequere. quid vos agitis? CH. aſſunt quæ imperaviſti omnia,
Uxor, ſortes, ſitula, atque egomet. S. te uno adeſt pluſquam ego volo.
CH. Tibi quidem edepol ita videtur: ſtimulus ego nunc ſum tibi.
Eo dico, corculum adſudaſſit jam ex metu. S. maſtigia! (qui didicit dare.
CL. Tace Chaline. comprime iſtum. O. imo iſtunc,
S. Adpone hic ſitellam, ſortes cedo mihi: animum advortite: (uxor mea,
Atque ego cenſui abs te poſſe hoc me impetrare,
Caſina ut uxor mihi daretur: & nunc etiam cenſeo.
CL. Tibi daretur illa? S. mihi enim? ah, non id volui dicere: (cupio, perperam
Dum mihi volui, huic dixi: atque adeo dum mihi

Jam

Jamdudum hercle fabulor. CL. pol tu quidem, æque etiam facis.
S. Huic, imo hercle mihi. vah, tandem redii vix veram in viam. (re expetas.
CL. Per pol sæpe peccas. S. ita sit, ubi quid tantope-
Sed te uterque suo pro jure, ego atque hic oramus.
CL. quid est? 19
S. Dicam enim, mea mulsa, de istac Casina huic nostro villico (censeo.
Gratiam facias. CL. at pol ego neque facio, neque
S. Tum igitur ego sortes utrinque jam. CL. quis vetat? (dico.
S. Optimum atque æquissimum istud esse jure ju-
Postremo, si illud quod volumus eveniet, gaudebimus: (25
Sin secus, patiemur animis æquis. tene sortem tibi.
Vide quid scriptum est. O. unum. CH. iniquum est: quia isti prinsquam mihi est.
S. Accipe hanc sis. CH. cedo, mane: unum venit in mentem modo. (bero,
Vide, ne qua illic insit alia sortis sub aqua. S. vet-
Men' te censes esse? nulla est. habe quietum animum modo.
CH. QUOD bonum atque fortunatum sit mihi, tuam magnam malam. (tem tuam. 31
O. Tibi quidem edepol credo eveniet: novi pieta-
Sed mane dum: num ista aut populna sors, aut abiegna est tua?
CH. Quid tu id curas? O. quia enim metuo, in aqua ne summa natet. (ecce re
S. Euge: cave. conjicite sortes nunc jam amabo huc.
Uxor, æqua. O. nolim uxori credere. S. habe animum bonum. 35
O. Credo hercle hodie devotabit sortis, si attigerit.
CH. tace.
O. Taceo; deosque quæso. CH. ut quidem tu hodie canem & furcam feras.
O. Mihi ut sortitio eveniat. CH. ut quidem hercle pedibus pendeas. (tuos.
O. At tu ut oculos emungare ex capite per nasum
Quid times? paratam oportet esse jam laqueum tibi
Perisi. S. animum advortite, amabo. O. taceo.
S. nunc tu, Cleostrata, 41

Ne à me memores malitioſe de hac re factum, aut
ſuſpices, (facit
Tibi permitto: tute ſorti. O. perdis me. CH. lucrum
CL. Bene facis. CH. deos quæſo, ut tua ſors ex ſi-
tella effugerit. (cupis
O. Ain' tu? quia tu es fugitivus, omnes te imitari
Utinam tua quidem, ſicut Herculeis prædicant
Quondam prognatis, iſta in ſortiendo ſors delicue-
rit. (bere.
CH. Tu ut liqueſcas, ipſe actutum virgis calefacta-
S. Hoc ageſis Olympio. O. ſi hic literatus me ſinat.
S. QUOD bonum atque fortunatum mihi ſit. O. ira
vero, & mihi.
CH. Non. O. imo hercle. CH. imo mihi hercle.
S. hic vincet, tu vives miſer.
Præcide os tu illi hodie. age, ecquid fit? CL. ne
objexis manum.
O. Compreſſan' palma an porrecta ferio? S. age,
ut vis. O. hem tibi.
CL. Quid tibi iſtunc tactio eſt? O. quia Juppiter
juſſit meus.
CL. Feri malam tu illi rurſum. O. perii, pugnis
cædor, Juppiter! (Juno mea.
S. Quid tibi tactio hunc fuit? CH. quia juſſit hæc
S. Patiundum eſt, ſiquidem me vivo mea uxor im-
perium exhibet. (omen mihi
CL. Tam huic loqui licere oportet, quam iſti. O. cur
Vituperat? S. malo, Chaline, tibi cavendum cenſeo.
CH. Tempori, poſtquam oppugnatum eſt os. S. age,
uxor mea, nunc jam (neſcio.
Sorti. vos advortite animum: præbe tu. O. ubi ſim
Perii: cor lienoſum opinor habeo, jamdudum ſalit:
De labore pectus tundit. CL. teneo ſortem. S. effer
foras.
CH. Jamne mortuus? O. oſtende, mea eſt. CH. ma-
la crux ea eſt quidem.
CL. Victus es, Chaline. S. tum nos diu vivere,
Olympio, (meum.
Gaudeo. O. pietate factum eſt mea, atque majorum
S. Intro abi uxor, atque adorna nuptias. CL. faciam
ut jubes.
S. Scin' tu rure eſſe ad villam longe, quo ducat?
CL. ſcio. S. intro abi:

Digitized by Google

Et quanquam hoc tibi eſt ægre, tamen fac accures.
CL. Licet.
S. Eamus nos quoque intro, hortemur ut properent.
O. num quid moror?
S. Nam præſente hoc plura verba non deſidero.

ACTUS II. SCENA VII.

CHALINUS *ſervus.*

SI nunc me ſuſpendam, meam operam luſerim,
Et præter operam reſtim ſumptifecerim,
Et meis inimicis voluptatem creaverim.
Quid opus eſt, qui ſic mortuus? equidem tamen
Sorti ſum victus. Caſina nubet villico.
Atque id non tam ægre'it jam viciſſe villicum,
Quam id expetiviſſe opere tam magno ſenem,
Ne ea mihi daretur, atque ut illi nuberet.
Ut ille trepidabat! ut feſtinabat miſer!
Ut ſuſſultabat, poſtquam vicit villicus!
Atat concedam huc: audio aperiri fores
Mihi benevolentis. atque à me prodeunt.
Hic ex inſidiis hiſce ego inſidias dabo.

ACTUS II. SCENA VIII.

OLYMPIO *villicus*, STALINO *ſenex*, CHALINUS.

SIne modo rus veniat; ego remittam ad te virum
Cum furca in urbem, tanquam carbonarium.
S. Ita fieri oportet. O. factum & curatum dabo.
S. Volui Chalinum, ſi domi eſſet, mittere
Tecum obſonatum, ut etiam in mœrore inſuper
Inimico noſtro miſeriam hanc adjungerem.
C. Receſſim cedam ad parietem: imitabor nepam.
Captandus eſt horum clanculum ſermo mihi.
Nam illorum nic alter cruciat, alter macerat.
At candidatus cedit hic maſtigia:
Stimulorum loculi. protollo mortem mihi.
Certum eſt, Acheruntem præmittam prius.
O. Ut tibi ego inventus ſum obſequens! quod maxime
Cupiebas, ejus copiam feci tibi.
Erit hodie tecum, quod amas, clam uxorem. S. tace.
Ita me dî bene juvent, ut ego vix reprimo labra,
Obiſtam rem quin te deoſculer, voluptas mea.

Digitized by Google

C. Quid? deoſculer? quæ res eſt? voluptas quæ tua?
O. Ecquid amas nunc me? S. imo edepol me, quam te, minus.
Licetne amplecti te? O. quid? amplecti licet?
S. Ut quia te tango, mel mihi videor lingere!
C. Effodere hercle hic volt, credo, veſicam villico,
O. Ultro te amator, apage te à me. C. hoc ſis vide.
O. Apage te tandem amator à dorſo meo.
C. Hodie hercle, opinor, hice conturbabunt pedes:
Solet hic barbatos ſane ſectari ſenex.
Illuc eſt, illuc, quod hic hunc fecit villicum, &
Idem me pridem, cum ei advorſum veneram,
Facere atrienſem volucrat ſub janua.
O. Ut tibi morigerus hodie, ut voluptati fui!
S. Ut tibi, dum vivam, bene velim plus quam mihi!
Ut ego hodie Caſinam deoſculabor! ut mihi
Bona multa faciam, clam meam uxorem! C. attate,
Nunc pol ego demum in rectam redii ſemitam.
Hic ipſus Caſinam deperit. habeo viros. S. jam
Hercle amplexari, jam oſculari geſtio.
O. Sine prius deduci. quid (malum) properas? S. amo.
O. At non opinor fieri hoc poſſe hodie. S. poteſt,
Siquidem cras cenſes poſſe te mitti manu.
C. Enimvero huc aures magis ſunt adhibendæ mihi.
Jam ego uno in ſaltu lepide apros capiam duos.
S. Apud hunc ſodalem meum atque vicinum mihi
Locus eſt paratus? ei ego amorem omnem meum
Concredui: is mihi ſe locum dixit dare.
O. Quid ejus uxor? ubi erit? S. lepide repperi.
Mea uxor vocabit huc eam ad ſe in nuptias,
Ut hic ſit ſecum, ſe adjuvet, ſecum cubet.
Ego juſſi, & dixit ſe facturam uxor mea.
Illa hic cubabit; vir aberit faxo domo.
Tu rus uxorem duces. id rus hoc erit,
Tantiſper dum ego cum Caſina faciam nuptias.
Hinc tu ante lucem rus cras duces poſtea.
Satin' aſtute? O. docte. C. age modo, fabricamini.
Malo hercle voſtro tam vorſuti vivitis.
S. Scin' quid nunc facias? O. loquere. S. tene marſupium.
Abi atque obſonia propera: ſed lepide volo

Mol-

Digitized by Google

Molliculas escas, ut ipsa mollicula est. O. licet.
S. Emito sepiolas, lepadas, lolligunculas
Hordeias. C. imo triticeas, si sapis.
S. Soleas. C. qui quæso potius, quam sculponeas,
Quibus batuatur tibi os, senex nequissume?
O. Vin' lingulacas? S. quid opus est, quando uxor domi est?
Ea lingulaca est nobis: nam nunquam tacet.
O. In re præsenti, ex copia piscaria
Consulere, quid emam, S. æquum oras. abi.
Argento parci nolo: obsonato ampliter.
Nam mihi vicino hoc etiam convento est opus,
Ut quod mandavi, curet. O. jamne abeo? S. volo.
C. Tribus non conduci possim libertatibus,
Quin ego illis hodie comparem magnum malum;
Quinque hanc omnem rem meæ heræ jam faciam palam.
Manifesto teneo in noxa inimicos meos.
Sed si nunc facere volt hera officium suum,
Nostra omnis lis est: pulchre prævortar viros:
Nostro omine it dies: jam victi vicimus.
Ibo intro: ut id, quod alius condivit cocus,
Ego nunc viciſſim ut alio pacto condiam:
Quicquid paratum est, ut paratum ne siet;
Sietque paratum, quod paratum non erat.

ACTUS III. SCENA I.

STALINO, ALCESIMUS, *senes.*

NUnc amici anne inimici sis imago, Alcesime,
Mihi sciam: nunc specimen specitur, nunc certamen cernitur.
Curam exime castigare; id ponito ad compendium.
Cano capite! ætate aliena! coaddito ad compendium,
Cui sit uxor, id quoque illuc ponito ad compendium.
A. Miseriorem ego ex amore quam te, vidi neminem.
S. Fac vacent edes. A. quin ædepol servos, ancillas domo
Certum est omnis mittere ad te. S. eho, nimium sciscitus es.
Sed facito dum memineris versus quos cantat Cocus: Cibo
Cum suo, quiqui facito uti veniant: quasi eant Sutrium.

Digitized by Google

A. Meminero. S. hem, nunc enim te demum nullum
scitum scitiu'st. (ne ambula.
Cura, ego ad forum modo ibo: jam hic ero. A. Be-
S. Fac habeant linguam tuæ ædes. A. quid ita?
S. quum veniam, vocent. (facis. 14
A. Attate, cædundus tu homo es: nimias delicias
S. Quid me amare refert, nisi sim doctus dicax
nimis? (domi.
Sed tu cave inquisitioni mihi sis. A. usque adero

ACTUS III. SCENA II.

CLEOSTRATA, ALCESIMUS.

UT properarem arcessere hanc ad me vicinam
meam, hoc erat.
Ecastor id, quod me tanto vir opere orabat meus:
Liberæ ædes ut sibi essent, Casinam quo deduceret.
Nunc adeo nequaquam arcessam, *ne qua* ignavissu-
mis
Liberi loci potestas sit vetulis vervecibus. 5
Sed eccum egreditur senati columen, præsidium po-
pli,
Meus vicinus, meo viro qui liberum præbet locum.
Non ecastor vilis emptu'st modius, qui venit, salis.
A. Miror, huc jam non arcessi in proxumum uxo-
rem meam, (10
Quæ jamdudum, si arcessatur, ornata expectat domi.
Sed eccam, opinor, arcessit. salve, Cleostrata. C. &
tu Alcesime.
Ubi tua uxor? A. intus illa te, si se arcessas, manet:
Nam tuus vir me oravit, ut eam istuc ad te adjutum
mitterem.
Vin' vocem? C. sine: nolo, si occupata est.
A. otium est. (nero. 15
C. Nihil moror, molesta ei esse nolo: post conve-
A. Non ornatis istic apud vos nuptias? C. orno &
paro. (nuptiæ
A. Non ergo opu'st adjutrice? C. satis domi est, ubi
Fuerint, tum istam convenibo, nunc vale, atque istam
jube. (miser,
A. Quid ego nunc faciam? flagitium maximum feci
Propter operam illius hirqui improbi, edentuli, 20
Qui hoc mihi contraxit, operam uxoris pollicens
foras,

Quasi

Quaſi catillatum. flagitium hominis, qui dixit mihi
Suam uxorem hanc arceſſituram eſſe: ea ſe eam ne-
gat morarier. (næ meæ.
Atque edepol mirum, ni ſubolet jam hoc huic vici-
Verum autem altrovorſum cum eam mecum ratio-
nem puto,
Si quid ejus eſſet, eſſet mecum poſtulatio.
Ibo intro, ut ſubducam navim rurſum in pulvina-
rium. (ſenes!
C. Jam hic eſt lepide ludificatus. miſeri ut feſtinant
Nunc ego illum nihili, decrepitum, meum virum ve-
niat velim,
Ut eum ludificem viciſſim, poſtquam hunc deluſi al-
terum. (duos.
Nam ego aliquid contrahere cupio litigii inter eos
Sed eccum incedit: at, quom aſpicias triſtem, fru-
gi cenſeas.

ACTUS III. SCENA III.

STALINO *ſenex*, CLEOSTRATA.

STultitia magna eſt, mea quidem ſententia,
Hominem amatorem ullum ad forum procedere
In eum diem, quoi quod amet in mundo ſiet.
Sicut ego feci ſtultus. contrivi diem,
Dum aſſo advocatus quoidam cognato meo:
Quem, hercle, ego litem adeo perdidiſſe gaudeo,
Ne me nequicquam ſibi hodie advocaverit.
Rogitare oportet prius & percontarier,
Aſſitne animus ei, nec ne aſſit, quem advocet.
Si neget adeſſe, exanimatum amittat domum.
Sed uxorem ante ædis eccam. hei miſero mihi!
Metuo, ne non ſit ſana, atque hæc audiverit.
C. Audivi ecaſtor cum malo magno tuo.
S. Accedam propius. quid agis, mea feſtivitas?
C. Te ecaſtor præſtolabar. S. jamne ornata res eſt?
Jamne hanc traduxti huc ad nos vicinam tuam,
Quæ te adjutaret? C. arceſſivi ut juſſeras.
Verum hic ſodalis tuus, amicus optumus,
Neſcio quid ſe ſuffiavit uxori ſuæ.
Negavit poſſe, quando arceſſo, mittere.
S. Vitium tibi iſtuc maximum eſt: blanda es parum.
C. NON MATRONARUM eſt officium, ſed
meretricium,

Digitized by Google

Viris alienis, mi vir, ſubblandirier.
I tu, atque arceſſe illam: ego intus, quod facto eſt opus,
Volo accurare, mi vir. S. propera ergo C. licet.
Jam pol ego huic aliquem in pectus injiciam metum:
Miſerrimum hodie ego hunc habebo amaſium.

ACTUS III. SCENA IV.

ALCESIMUS *ſenex*, STALINO.

VIſo huc, amator ſi à foro rediit domum,
Qui me atque uxorem ludificatus eſt larva.
Sed eccum ante ædes. ad te hercle ibam commodum.
S. Atque ego hercle ad te. quid ais vir minimi preci?
Quid tibi mandavi? quid tecum oravi? A. quid eſt?
S. Ut bene vacivas ædes feciſti mihi!
Ut traduxiſti huc ad nos uxorem tuam!
Satin' propter te pereo ego atque occaſio?
A. Quin tu ſuſpendis te? nempe tute dixeras,
Tuam arceſſiturum eſſe uxorem meam.
S. Ergo arceſſiviſſe ait ſeſe; & dixiſſe te,
Eam non miſſurum. A. quin ea ipſa ultro mihi
Negavit ejus operam ſe morarier.
S. Quin ea ipſa me allegavit, qui iſtam arceſſerem.
A. Quin nihili facio. S. quin me perdis. A. quin bene eſt.
Quin etiam diu morabor, quin cupio tibi,
Quin aliquid ægre facere, quin faciam libens.
Nunquam tibi hodie. Quin erit plus quam mihi.
Quin hercle di te perdant poſtremo quidem.
S. Quid nunc? miſſuruſne es ad me uxorem tuam?
A. Ducas, eaſque in maximam malam crucem,
Cumque hac, cumque iſtac, cumque amica etiam tua.
Abi, & aliud cura. ego jam per hortum juſſero
Meam iſtuc tranſire uxorem ad uxorem tuam.
S. Nunc tute amicus mihi es in germanum modum,
Qua ego hunc amorem mihi eſſe avi dicam datum?
Aut quid ego unquam erga Venerem inique fecerim,
Cui ſic tot amanti mihi obviam eveniant mœ?
Attat, quid illuc clamoris obſecro in noſtra domo eſt?

ACTUS

ACTUS III. SCENA V.

PARDALISCA *ancilla*, STALINO *senex*.

NUlla ſum, nulla ſum! tota tota occidi! cor metu mortuum eſt!
Membra miſeræ tremunt! neſcio unde auxilii, præſidii, (expetam.
Perfugii mihi, aut opum copiam comparem aut
Tanta} factis modo mira veris modis intus vidi.
Novam atque integram audaciam. cave tibi Cleoſtrata, abſcede
Ab iſta obſecro, ne quid in te mali faxit ira percita.
Eripite iſti gladium, quæ ſui eſt impos animi.
S. Nam quid eſt, quod hæc huc timida atque exanimata exiluit foras?
Pardaliſca. P. perii! unde meæ uſurpant aures ſonitum? (bi eſt?
S. Reſpice modo ad me. P. here mi. S. quid tiQuid timida es? P. perii.
S. Quid, periſti? P. perii, & tu periſti. S. aperi, quid tibi? P. væ tibi.
S. Imo iſtuc tibi ſit. P. ne cadam, amabo, tene me. S. quicquid eſt,
Eloquere mihi cito. P. contine pectus, face ventulum, amabo, (meraclo
Pallio. S. timeo hoc negotium quid eſt: niſi hæc
Se uſpiam percuſſit flore Libyco. P. obtine aures, amabo.
S. I in malam crucem: pectus, aures, caput, teque dî perduint:
Nam niſi ex te ſcio, quicquid hoc ſit, cito; jam tibi iſtuc (ma adhuc
Cerebrum diſpercutiam, excetra tu: ludibrio peſſiQuæ me habuiſti. P. here mi. S. quid vis, mea ancilla? P. nimium ſævis.
S. Numero dicis. ſed hoc quicquid eſt, loquere: in pauca refer. peſſimum.
Quid intus tumulti fuit? P. ſcibis. audi malum
Quod hic modo intus apud nos tua ancilla hoc pacto exordiri
Cœpit, quod haud Atticam condecet diſciplinam,
S. quid eſt id?

P. Ti-

Digitized by Google

P. Timor præpedit dicta linguæ. S. quid eſt? poſ-
ſum ſcire ego iſtuc
Ex te, quid negotii eſt? dicam: tua ancilla, quarra
tuo (eſt?
Villico vis dare uxorem, ea intus. S. quid intus? quid
P. Imitatur malarum malam diſciplinam, viro ſuo
quæ inter-
Minatur vitam. S. quid ergo? P. ah! S. quid eſt?
P. interimere ait velle
Vitam gladium. S. hem! P. gladium. S. quid eum
gladium? P. habet. S. hei miſero mihi!
Cur eum habet? P. inſectatur omnes domi per
ædis; nec quenquam
Prope ad ſe ſinit adire: ita omnis ſub arcis, ſub
lectis (quid illi
Latentis metu muſſitant. S. occidi atque interii!
Objectum eſt mali tam repente? P. inſanit. S. ſce-
leſtiſſimum
Me eſſe credo. P. imo ſi ſcias dicta, quæ dixit ho-
die. S. Iſtuc
Expeto ſcire. quid dixit? P. audi: per omnes deos
& deas (ret.
Dejuravit, occiſurum eum hac nocte, quicum cuba-
S. Me occidet? P. an quicquam ad te attinet?
S. vah! P. quid cum ea negotii
Tibi eſt? S. peccavi: illunc dicere villicum vole-
bam. P. ſciens
De via in ſemitam degredere. S. nunquid mihi mi-
natur?
P. Tibi infeſta ſoli eſt plus, quam quoiquam. S. quam-
obrem? P. quia ſe des
Uxorem Olympioni: neque ſe tuam, nec ſe ſuam,
Neque viri vitam ſinet in craſtinum protolli. id huc
miſſa ſum (cle miſer!
Tibi ut dicerem, ab ea ut caveas tibi. S. perii her-
Neque eſt, neque fuit me ſenex quisquam amator
adæque miſer.
P. Ludo ego hunc facete, nam quæ facta dixi,
omnia huic
Falſa dixi. hera atque hæc dolum ex proxumo hunc
protulerunt.
Ego huc miſſa ſum ludere. S. heus Pardaliſca.
P. quid eſt? S. eſt. P. quid?

S. Eſt

Digitized by Google

S. Est quod volo exquirere à te. P. moram offers
mihi. S. at tu mihi (50
Offers mœrorem. sed etiamne habet & nunc Casina
Gladium? P. habet, sed duos. S. quid? duos?
P. altero te occisurum ait,
Altero villicum hodie. S. occisissimus sum omnium
qui vivunt.
Loricam induam mihi, optumum esse opinor. quid
uxor
Mea? non adiit atque ademit? P. nemo audet pro-
pe accedere.
S. Exoret. P. orat. negat ponere alio modo ullo
profecto, (quia 55
Ni se sciat villico non datum iri. S. atque ingratiis,
Non vult, nubet hodie. nam cur non ego id perpe-
trem quod cœpi,
Ut nubat mihi? illud quidem volebam, non, sed
nostro villico.
P. Sæpicule peccas. S. timor præpedit verba. verum,
Obsecro, dic me uxorem orare, ut exoret illam,
gladium 60
Ut ponat, & redire me intro ut liceat. P. nunciabo.
S. Et tu orato. P. & ego orabo. S. at blande orato,
ut soles. sed audin'?
Si effexis hoc, soleas tibi dabo, & anulum in digito
Aureum, & bona plurima. P. operam dabo. S. face
ut impetres. (& cura. 65
P. Eo nunc jam, nisi quippiam remorare me. S. abi,
P. Redit, eccum, tandem obsonatu ejus adjutor,
pompam ducit.

ACTUS III. SCENA VI.

OLYMPIO, COQUUS, STALINO.

VIde fur, ut senteis sub signis ducas. C. qui vero
sunt sentes?
O. Quia quod tetigere, illico rapiunt. si eas ereptum,
illico scindunt.
Ita quoque adveniunt, ubi ubi sunt, duplici damno
dominos multant.
C. Eja. O. atat cesso magnifice, patriceque, ami-
ceque atque ita hero
Meo ire advorsum. S. bone vir, salve. O. fateor.
S. quid fit? O. tu amas. 5

Ego

Ego eſurio & ſitio. S. lepide excuratus inceſſiſti.
O. Aha hodie. S. mane vero, quanquam faſtidis.
O. ei, ei: fœtet
Tuus mihi ſermo. S. quæres? O. hæc res. S. etiam-ne aſtas? O. enimvero
Πρήγματά μοι παρίχεις. S. dabo μέγα κακὸν (ut ego opinor)
Niſi reſiſtis. O. Ωζῦ! potin' à me abeas, niſi me vis vomere
Hodie? S. mane. O. quid eſt? quis hic homo eſt?
S. herus ſum. O. qui herus?
S. Quojas tu ſervus es? O. ſervus ego? S. atque meus. O. non ſum ego liber?
Memento, memento. S. mane, atque aſta. O. omitte: S. ſervus ſum tuus.
O. Optime eſt. S. obſecro Olympiſce mi, mi pater mi patrone.
O. Hem ſapis ſane. S. tuus ſum equidem. O. quid mihi ſervo opus eſt tam nequam?
S. Quid nunc? quam mox recreas me? O. cœna modo ſi ſit cocta.
S. *Intro* ergo abeant. O. propere, cito introite, & cito deproperate.
Ego. jam intus ero. facito cœnam mihi, ut ebria ſit.
Cœnare lepide nitideque volo. nihil moror barbarico ritu
Sane eſſe jam. i, ſis: ego hic habito nunc quidem. *gladium*
Ancilla Caſinam intus habere ait, qui me atque te invitet.
O. Scio ſic ſine habere. nugas agunt. novi ego illas malas merces.
Quin tu i. modo mecum domum. S. at pol malum metuo. i tu modo,
Perſpicito prius, quid intus agatur. O. tam mihi mea vita, quam tua
Tibi cara eſt. S. verum modo. O. ſi tu jubes, inibitur tecum.

ACTUS IV. SCENA I.

ANCILLA.

NEc pol ego Nemeæ credo neque ego Olympiæ,
Neque uſquam ludos tam feſtivos fieri,

Quam

Quam hic intus fiunt ludi ludificabiles
Seni noſtro, & noſtro Olympioni villico;
Omnes feſtinant intus totis ædibus:
Senex in culina clamat, hortatur cocos:
Quin agitis hodie? quin datis, ſi quid datis?
Properate: cœnam jam eſſe coctam oportuit.
Villicus hic autem cum corona candide
Veſtitus, lante exornatuſque obambulat.
Illæ autem in cubiculo armigerum ornant
Quem dent pro Caſina nuptum noſtra.
Sed niminm lepide diſſimulant
Fore hujus quod futurum eſt. digne autem coqui
Nimis lepide ei rei dant operam, ne cœnet ſenex.
Aulas pervortunt, ignem reſtinguunt aqua.
Illarum oratu faciunt. illæ autem ſenem
Cupiunt extrudere incœnem ex ædibus.
Ut ipſæ ſolæ ventres diſtendant ſuos.
Novi ego illas ambas eſtrices: eorbitam cibi
Comeſſe poſſunt. ſed aperitur oſtium.

ACTUS IV. SCENA II.

STALINO, ANCILLA.

SI ſapitis, uxor, vos tamen cœnabitis,
Cœna ubi erit cocta. ego ruri cœnavero.
Nam novom maritum, & novam nuptam volo
Rus proſequi. novi hominum mores maleficos,
Ne quis eam abripiat. facite veſtro animo volupe.
Sed properate iſtum atque iſtam actutum emittere.
Tandem ut veniamus luci: ego cras hic ero.
Cras habuero, uxor, ego tamen convivium.
A. Fit, quod futurum dixi: incœnatum ſenem
Foras extrudunt mulieres. S. quid tu hic agis?
A. Ego eo, quo me ipſe miſit. S. veron'? A. ſerio.
S. Quid hic ſpeculare? A. nihil equidem ſpeculor.
S. abi.
Tu hic cunctas? intus alii feſtinant. A. eo.
S. Abi hinc, fis ergo peſſumarum peſſuma.
Jamne abiit illæc? dicere hic quidvis licet.
QUI AMAT, tamen hercle ſi eſurit, nullum eſurit.
Sed eccum progreditur cum corona & lampade
Meus ſocerus, compar, commaritus villicus.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA III.

OLYMPIO, STALINO.

AGe tibicen, dum illam educunt huc novam nuptam foras, (nam
Suavi cantu concelebra omnem hanc plateam hymeneo hymen hymenæe! io hymen! S. quid agis, mea salus?
O. Esurio hercle, atque adeo haud sitio. S. at ego amo. O. at ego hercle
Nihil facio tibi, amor, pericli: mihi inanitate jam dudum intestina murmurant. S. nam quid illæc nunc
Tamdiu intus remoratur, quasi ob industriam? quanto ego
Plus propero, tanto illa minus. O. quid si etiam occeperem hymenæum?
S. Censeo. & ego te adjutabo in nuptiis communibus.
O. Hymen hymenæe! io hymen! S. perii hercle ego miser, dirupi.
Cantando Hymenæum: licet illo morbo, quo dirumpi cupio.
Non est copia. O. edepol næ tu, si esses equus, esses indomabilis.
S. Quo argumento? O. nimis tenax es.
S. Numne expertus usquam? O. dii melius faciant.
Sed crepuit ostium, exitur foras.
S. Di hercle me cupiunt servatum. jam oboluit Casina procul.

ACTUS IV. SCENA IV.

ANCILLÆ duæ, OLYMPIO, STALINO.

SEnsim superattolle limen pedes, nova nupta: sospes
Incipe iter hoc, ut viro tuo semper sis superstes atque
Ut potior pollentia sis, vincasque virum, victrixque sies,
Superetque tuum imperium: vir te vestiat, tu virum despolies.
Noctuque & die ut viro subdola sies: obsecro, memento.

O. Male

Digitized by Google

O. *Male* maxumo ſuo herele illico, ubi [illegible]
peccaſſit.
S. *Tace*. O. non taceo. S. quæ res? O. male multa
male monſtrant.
S. *Perii! Iſta furiens* hanc rem mihi ex parata im-
paratam.
Id quærunt: volunt, hæc ut infecta faciam. A. age
Olympio.
Quando vis, uxorem accipe hanc à nobis. O. date
ergo, dauræ
Unquam ſi eſtis hodie uxorem. S. abite intro.
A. ambo, integræ atque
Imperitæ huic imperato. O. factum eſt valete
S. ite.
A, Jam valete. S. jamne abſceſſit? O. uxór domi
eſt. ne time. S. evax!
Nunc pol demum ego ſum liber. meum corculum,
melliculum.
Verculum. O. heus tu: malo, ſi ſapis, cavebis: mihi
eſt hæc. S, ſcio.
Sed meus fructus eſt prior. O, tene hanc lampe-
dem. S. imo ego illam tenebo.
Venus multipotens, bonam vitam mihi
Dediſti, hujus cum copiam mihi feciſti.
Corpuſculum melliculum! O. mea uxorcula.
S. Quid eſt? O. inſtitit plantam. S. quaſi jocabo.
Nebula haud eſt mollis, atque hujus eſt..
O. Edepol papillam bellulam! hei miſero mihi!
S. Quid eſt? O. pectus mihi agit nunc cubito.
S. Quid tu ergo hanc quæſo tractas tam?
At mihi qui belle hanc tracto, non agit. O. vaha.
S. Quid negotii eſt? O obſecro, ut valenula eſt!
Pæne expoſivit cubito. S. cubitum ergo ire vult.
O. Quin imus ergo? S. bella bellatula!

ACTUS V. SCENA I.

PARDALISCA *ancilla*, MURRINA.

ACceptæ bene & commode eximus intus
Ludos viſere huc in via nuptialeis.
M. Nunquam ecaſtor illo die riſi adæque,
Neque hoc quod reliquum eſt plus riſuram opinor.
Lubet Chalinum quid agat ſcire novom
Neptum cum novo marito. nec fallaciam

Digitized by Google

Astuciorem nullus fecit Poëta, atque
Ut hæc est fabre à nobis. obtunso
Ore nunc pervelim progrediri senem:
Quo senex nequior nullus vivit. ni illum
Quidem nequiorem arbitror esse, qui locum
Præbet illi * nunc præsidem ** hîc, Pardalisca,
Esto: qui hinc exeat, eum ut ludibrio habeas.
P. Lubens fecero, & solens. M. spectato hinc omnia
Intus, quid intus agant. P. ** pone me, amabo.
M. Et illi audacisse licet quævis libere
Proloqui. P. tace: vostra foris crepuit.

ACTUS V. SCENA II.

OLYMPIO, CLEOSTRATA, MURRINA.

NEque quo fugiam, neque ubi lateam, neque hoc dedecus quomodo celem,
Scio. tantum herus atque ego flagitio superavimus nuptiis nostris.
Ita nunc pudeo, atque ita nunc paveo, atque ita irridiculo sumus ambo.
Sed ego insipiens nova nunc facio: pudet, quod prius non puditum unquam est.
Operam date, dum mea facta itero: est operæ auribus percipere.
Ita ridicula audita, iteratu ea sunt, quæ ego intus turbavi.
Ubi intus hanc novam nuptam deduxi via recta, clavem
Abduxi: sed tamen tenebræ ibi erant tanquam nox **
Senex abs te decumbem ** colloco, fulcio, mollio,
Ut prior quam senex nup * *
Tardus esse ilico cœpi, quoniam * * *
Respecto identidem, ne senex * * * *
Illecebram stupri, principio eam savium posco.
Reppulit mihi manum, nec quietum dare sibi savium me finit.
Enim jam magis jam appropero, magis jam lubet in Casinam irruere.
Capio illam operam seni surripere: forem obdo, ne senex me opprimat.

M. Age

Digitized by Google

M. Agedum tu adi hanc. CL. ubi tua nova nupta eſt?
O. Perii hercle! manifeſta res eſt. C. omnem ordine rem
Fateri ergo æquum eſt. quid intus agitur? quid agit Caſina? ſatin' morigera eſt? O. pudet dicere me.
C. Memora ordine, ut occœperas. O. pudet hercle. C. age audacter.
Poſtquam decubuiſti, hinc te volo memorare, quid eſt factum.
O. At flagitium eſt. C. CAVEBUNT QUI audierint, faciam.
O. * Hoc majus eſt. C. pergis? quin tu pergis? O. ubi
* us ſubtus porro * * *
* * quid. O. babæ. C. quid? O. papæ.
* * eſt. O. oh, erat maximum
* * haberet metui: id quærere occœpi.
* * * * *
Dum, gladium ne habeat, quæro, arripio capulum.
Sed, quem cogito, non habuit gladium: nam id eſſet frigidius.
C. Eloquere. O. pudet. C. num radix fuit? O. non fuit.
C. Num cucumis? O. profecto hercle non fuit quidquam olerum:
Niſi, quidquid erat, calamitas profecto amigerat nunquam.
Ita, quid quid erat, grande erat.
M. Quid ſit denique, ediſſerta. O. ubi appello Caſinam: Caſina, inquam,
Amabo mea uxorcula, cur virum tuum ſic me ſpernis?
Nimis tu quidem hercle immerito meo mihi hæc facis.
Quia mihi te expetivi. illa haud verbum facit, & ſepit veſte id, qui eſtis.
Ubi illum ſaltum video opſeptum, rogo uti alterò ſinat ire.
Volo, ut obvertam cubitiſſim: verbum nullum mutit.
Surgo, ut ineam in * atque illam im *
M. Perlepide narrat.
O. Ita quaſi ſetis labra mihi compungit barba.

Digitized by Google

Occipito in gremio astituto pectus mihi pedibus per-
cutit.
Decido de lecto præceps, subsilit. obstrudit os mihi-
Inde foras tacitus, præfiscini! exeo hoc ornatu, quo
vides,
Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.
C. optume est.
Sed ubi est palliolum tuum? O. hic intus reliqui.
C. Quid nunc? sicin' lepide adita est vobis manus?
O. merito.
C. Si! concrepuerunt fores. O. num illa me nam
sequitur?

ACTUS V. SCENA III.

STALINO, OLYMPIO.

MAximo ego ardeo flagitio, nec quid agam meis
rebus scio.
Nec meam ut uxorem aspiciam contra oculis: ita
disperii.
Omnia palam sunt probra. omnibus modis occidi
Ita manifesto faucibus teneor:
Nec quibus modis purgem scio me meæ uxori,
Qui expalliatus fam miser: * *
* * * clandestinæ nuptiæ * *
* * * * oensco
* * * * mihi optimum est.
* * ea dux uxorem meam:
* * * * riam
Sed ecquis est qui homo manus velit fungier pro me?
Quid nunc agam nescio, nisi ut improbos famulos
imiter. ac domo fugiam.
Nam salus nulla est scapulis, si domum redeo.
Nugas istuc dicere licet vapulo ego hercle invitus
tamen,
Etsi malum merui. hac dabo protinam; & fugiam.
O. heus, Stalino
Amator. S. occidi. revocor: quasi non audiam, abibo.

ACTUS V. SCENA IV.

CHALINUS, STALINO, CLEOSTRATA, MURRINA, OLYMPIO.

UBi tu es, qui colere mores Massilienses postulas?
Nunc tu, si vis sapicare me, proba est occasio.
Per-

Digitized by Google

Perüisti hercle. age, accede huc, * *

Hic desunt octo versus, tam in Manuscriptis quam Editis.

S. Hac ibo. caninam scævam spero meliorem fore.
CL. Quid agis tu marite, mi vir? unde ornatum hoc advenis?
Quid tecisti scipione, aut quod habuisti pallium?
A. In adulterio dum mœchissat Casinam, credo perdidit.
S. Occidi! CH. etiamne imus cubitum? Casina sum, S. in malam crucem.
CH. Non amas me? CL. quin respondes tuo quid factum est pallio.
S. Bacchæ ergo hercle, uxor. Bacchæ, Bacchæ hercle, uxor.
A. Negatur sciens. nam ecastor nunc Bacchæ nullæ habent.
S. Oblitus sui, sed tamen Bacchæ. CL. quid Bacchæ in id? fieri non potest.
O. Times, ecastor. S. egone? O. haud mentire hercle, nam palam est.

Hic in Manuscriptis lacuna est versuum novem.

S. Non taces? O. non hercle vero taceo. nam tu maxume
Me obsecravisti opere, Casinam ut poscerem uxorem mihi. (illius
S. Tui amoris caussa ego istuc feci. CL. imo hercle
Te quidem oppressisset. S. feci ego istæc dicta, quæ vos dicitis?
CL. Rogitas etiam? S. siquidem hercle feci, feci nequiter.
CL. Redi modo hac intro: monebo, siquidem meministi minus.
S. Hercle opinor potius vobis credam, quod vos dicitis.
Sed, uxor, da viro hanc veniam. Murrina, era Cleostratam:
Si unquam posthac aut amasso Casinam, aut occæpso modo,
Nedum ut eam amasso: si ego unquam adeo posthac tale admisero:
Nulla caussa est, quin pendentem me, uxor, virgis verberes.

Digitized by Google

M. Censeo, ecastor, veniam huic hanc dandam
CL. faciam uti jubes.
Propter eam rem hanc tibi nunc veniam minus gravate prospero,
Hanc ex longa longiorem ne faciamus Fabulam.
S. Non irata es? CL. non sum irata. S. tuæ fidei credo? CL. meæ;
S. Lepidiorem uxorem nemo quisquam, quam ego habeo, hanc habet.
CL. Age tu, redde huic scipionem & pallium.
CH. tene. S. libet.
CH. Mihi quidem edepol insignite facta est magna injuria.
Duobus nupsi. neuter fecit, quod novæ nuptæ solet.

GREX.

SPectatores, quod futurum est intus, hic memorabimus.
Hæc Casina hujus reperietur filia esse è proximo.
Eaque nubet Euthynico nostro herili filio.
Nunc vos æquom est manibus meritis meritam mercedem dare.
Qui faxit, clam uxorem ducat scortum semper, quod volet.
Verum qui non manibus clare, quantum poterit, plauserit,
Ei pro scorto supponetur hircus unctus nautea.

FINIS CASINÆ.

CI

CISTELLARIA.

Dramatis Perſonæ.

SILENIUM *meretrix.*	ALCESIMARCHUS *adoleſcens.*
GYMNASIUM *meretrix.*	LAMPADIO *ſervus.*
LENA.	PHANOSTRATA *uxor.*
AUXILIUM *prologus.*	HALISCA *an*
MELÆNIS *lena.*	DEMIPHO *ſenex.*
	CATERVA.

COmprimit adoleſcens Lemnius Sicyoniam.
It redit in patriam, & gnatam generat nuptiis.
Sicyonia aque parit puellam. hanc ſervolus
Tollit, atque exponit, & ex inſidiis aucupat.
Eam ſublatam meretrix alii detulit.
Lemno poſt rediens ducit, quam compreſſerat,
Lemniique natam deſpondit adoleſcentulo
A more capto illius projecticia.
Requirens ſervos reperit, quam projecerat.
Itaque lege & rite civem cognitam
Alceſimarchus, ut erat natus, poſſidet.

ACTUS I. SCENA

SILENIUM, GYMNASIUM, *meretrices.* LENA.

CUm ego antidhac te amavi, & mihi amicam eſſe crevi,
Mea Gymnaſium, & matrem tuam: tum id mihi hodie
Aperuiſtis, tu atque hæc. ſoror ſi mea eſſes,
Qui magis potueris mihi honorem ire habitum,
Neſcio; niſi, ut meus eſt animus, fieri
Non poſſe arbitror: ita omnibus relictis rebus
Mihi frequentem operam dediſtis, eo ego vos
Amo, & eo à me magnam iniſtis gratiam.

Digitized by Google

G. Pol istoc quidem nos pretio facile est
Frequentare tibi, utilesque habere:
Ita in prandio nos lepide atque nitide
Accepisti apud te, ut semper meminerimus.
S. Lubentique edepol animo factum, & fiet à me,
Quæ vos arbitrabor velle, ea ut expetam.
L. Quod ille dixit, qui secundo vento vectus est,
Tranquillo mari, ventum gaudeo ecastor ad te:
Ita hodie hic acceptæ sumus suavibus modis?
Nec, nisi disciplina, apud te fuit quicquam
Ibi, quin mihi placeret. S. quid ita, amabo?
L. Raro nimium dabat quod biberem: atque id merum
Infuscabat. G. amabo, hiccine istud decet?
L. Jusque fasque est: nemo alienus hic est. S. merito
Vestro amo vos, quia me colitis & magnificatis.
L. Decet pol, mea Silenium, hunc esse ordinem,
Benevolentes inter se beneque amicitia uti er:
Ubi istas videas summo genere natas,
Summates matronas, ut amicitiam colunt.
Atque ut eam junctam bene habent inter se.
Si idem istud nos faciamus, si idem imitemur,
Ita tamen vix vivimus cum invidia summa.
Suarum opum nos volunt esse indigentes,
Nostra copia nihilo volunt nos potesse,
Suique omnium rerum nos indigere,
Ut sibi simus supplices. eas si adeas,
Abitum quam aditum malis: ita nostro ordini
Palam blandiuntur: clam, si occasio usquam est,
Aquum frigidam subdole suffundunt.
Viris cum suis prædicant nos solere:
Suas pellices esse ajunt: eunt depressum:
Quia nos libertinæ sumus, & ego & tua mater ambæ
Meretrices fuimus: illa te, & ego hanc mihi educavi
Ex patribus conventitiis. neque ego hanc superbiæ causa.
Repuli ad meretricium quæstum, nisi ut ne esu-rirem.
S. At satius fuerat eam viro dare nuptum potius.
L. heja!
Hæc quidem ecastor cotidie viro nubit, nupsitque hodie.

Nubet

Nubet mox noctu. nunquam ego hanc vidnam cubare sivi.
Nam si hæc non nubat, lugubre fame familia pereat.
G. Necesse est, quo tu me modo voles esse, ita esse, mater. (es. 49
L. Ecastor haud me pœnitet, si, ut dicis, ita futura
Nam si quidē ita eris, ut volo, nunquam Hecata fies:
Semperque istam, quam nunc habes, ætatulam obtinebis, (sumptu.
Multisque damno, & mihi lucro sine meo sæpe eris
G. Dii faxint. L. sine opera tua nihil di horunc facere possunt.
G. Equidem hercle addam operam sedulo. sed quid tu inter istæc verba 54
Meus oculus, mea Sileniam (nunquam ego te tristiorem (laritudo?
Vidi esse) quid, cedo, te obsecro tam abhorret hi-
Neque munda adæque es, ut soles. hoc sis vide, ut perivit (nobis,
Suspirium alte! & pallida es. eloquere utrumque
Et quid tibi est, & quid velis nostram operam, ut nos sciamus. (rare, 60
Noli obsecro lacrumis tuis mihi exercitum impe-
Mea. S. excrucior, mea Gymnasium, male mihi est, male macteror, (dine.
Doleo ab animo, doleo ab oculis, doleo ab ægritu-
Quid dicam? nisi stultitia mea me in mœrorem rapi, (sepelibilem.
G. Indidem, unde oritur, facito ut facias stultitiam
S. Quid faciam? G. in latebras abscondas pectus penitissimo. 65
Tuam stultitiam sola facito ut scias sine aliis arbitris.
S. at mihi
Cordolium est. G. quid id? unde est tibi cordolium; commemora obsecro?
Quod neque ego habeo, neque quisquam alia mulier, ut perhibent viri.
S. Si quid est, quod doleat, dolet; si autem non est, tamen hoc hic dolet.
G. Amat hæc mulier. S. eho! an amare occipere, amarum est, obsecro? 70
G. Namque ecastor AMOR & mollis & felle est fœcundissimus:

Gesta

Gustu dat dulce, amarum ad satietatem usque ag-
gerit.
S. Ad istam faciem est morbus, qui me, mea Gym-
nasium, macerat. (facit.
G. Perfidiosus est amor. S. ergo in me peculatum
G. Bono animo es, erit isti morbo melius. S. con-
fidam fore,
Si medicus veniat, qui huic morbo facere medici-
nam potest.
G. Veniet. S. spissum istud amanti est verbum,
veniet, nisi venit. (ror:
Sed ego mea culpa & stultitia pejus misera mace-
Quia ego illum unum mihi exoptavi, quicum æta-
tem degerem.
G. Matronæ magis conducibile est istuc, mea Sile-
nium,
Unum amare, & cum eo ætatem exigere, quoi nupta
est semel. (nia,
Verum enim meretrix fortunati est oppidi simili-
Non potest suam rem obtinere sola sine multis viris.
S. Hoc volo agatis: qua arcessitæ caussa ad me estis,
eloquar.
Nam mea mater, quia ego nolo me meretricem di-
cier,
Obsecuta est, de ea re gessit morem morigeræ mihi,
Ut me, quem ego amarem graviter, sineret cum eo
vivere.
L. Stulte ecastor fecit: sed tu en unquam cum qui-
quam viro
Consuevisti? S. nisi quidem cum Alcesimarcho,
nemine:
Neque pudicitiam meam mihi alius quisquam im-
minuit. L. obsecro
Quo is homo insinuavit pacto se ad te? S. per Dio-
nysia
Mater pompam me spectatum duxit: dum redeo
domum,
Conspicillo consecutus est clanculum me usque ad
fores.
Inde in amicitiam insinuavit cum matre & mecum
simul,
Blanditiis, muneribus, donis. G. mihi istum homi-
nem vellem dari,

Ut ego illum vorſarem! S. quid opus eſt verbis? conſuetudine
Cœpi amare contra ego illum, & ille me. L. ô mea Silenium. S. quid eſt?
L. ASSIMULARE amare oportet. nam ſi ames extemplo,
Melius illi multo, quem ames, conſulas, quam rei tuæ.
S. At ille conceptis juravit verbis apud matrem meam,
Me uxorem ducturum eſſe: ei nunc alia ducenda eſt domum;
Sua cognata Lemnienſis, quæ habitat hic in proxu-mo.
Nam eum pater ejus ſubegit. nunc mea mater irata eſt mihi,
Quia non redierim domum ad ſe, poſtquam eam rem reſciverim,
Eum uxorem ducturum eſſe aliam. L. nihil amori injurium eſt.
S. Nunc te amabo, ut hanc hoc triduum ſolum ſinas Eſſe hic, & ſervare apud me. nam ad matrem arceſſita ſum.
L. Quanquam mihi iſtud erit moleſtum triduum, & damnum dabis,
Faciam. S. facis benigne & amice. ſed tu Gymnaſium meæ,
Si me abſente Alceſimarchus veniet, nolito acriter Eum inclamare. utut erga me eſt meritus, mihi cordi eſt tamen.
Sed, amabo, tranquille: ne quid, quod illi doleat, dixeris.
Accipias claves, ſi quid tibi opus erit promptu, promito.
Ego volo ire. G. ut mihi exciviſti lacrumas! S. Gymnaſium mea,
Bene vale. G. cura te, amabo. ſicine immunda, obſecro,
Ibis? S. IMMUNDAS fortunas æquum eſt ſqualorem ſequi.
G. Amiculum hoc ſuſtolle ſaltem. S. ſine trahi, cum egomet trahor.
G. Quando ita tibi lubet, vale atque ſalve. S. ſi poſſim, velim.

G. Num-

G. Nunquid me vis, mater, intro quin eam? ecastor mihi
Visa amare. L. istoc ergo aures graviter obtundo tuas,
Ne quem ames. abi intro, G. nunquid me vis? L. ut valeas. G vale.

ACTUS I. SCENA II.

LENA.

IDem mihi, magnæ quod parti est vitium mulierum,
Quæ hunc quæstum facimus: quæ ubi saburratæ sumus,
Largiloquæ extemplo sumus: plus loquimur, quam sat est.
Nam illanc ego olim, quæ hinc flens abiit, parvolam
Puellam projectam ex angiportu sustuli.
Adolescens quidam hic est apprime nobilis,
(Quin ego nunc quia sum onusta mea ex sententia,
Quinque adeo me complevi flore Liberi,
Magis libera uti lingua conlibitum est mihi:
Tacere nequeo misera, quod tacito usus est)
Sicyone summo genere ei vivit pater:
Is amore misere hanc deperit mulierculam.
Quæ hinc modo flens abiit. contra amore hæc perdita est:
Eam meæ ego amicæ dono huic meretrici dedi?
Quod sæpe mecum mentionem fecerit,
Puerum aut puellam alicunde ut reperirem sibi
Recens natum, eapse quod sibi supponeret.
Ubi mihi potestas primum evenit, illico
Feci ejus ei quod me oravit copiam.
Postquam puellam eam à me accepit, illico
Eandem puellam peperit, quam à me acceperat,
Sine obstetricis opera, & sine doloribus.
Item ut aliæ pariunt, quæ malum quærunt sibi:
Nam amatorem ajebat esse peregrinum sibi.
Suppositionem ejus rei facere gratia.
Id duæ nos solæ scimus: ego quæ illi dedi,
Et illa, quæ à me accepit; præter vos quidem.
Hæc sic res gesta est. si quis usus venerit,
Meminisse ego hanc rem vos volo. ego abeo domum.

ACTUS

ACTUS I. SCENA III.

AUXILIUM, *Prologus.*

UTrumque hæc, & multiloqua & multibiba est anus.
Satine vix reliquit deo, quod loqueretur, loci?
Ita properavit de puellæ proloqui
Suppositione, quod si tacuisset, tamen
Ego eram dicturus deus, qui poteram planius.
Nam mihi est Auxilio nomen. nunc operam date,
Ut ego argumentum hoc vobis plane perputem.
Fuere Sicyoni jamdiu Dionysia.
Mercator venit huc ad ludos Lemnius,
Isque hic compressit virginem adolescentulus,
Vinolentus, violentus, multa nocte, in via.
Is ubi malam rem scit se meruisse, illico
Pedibus perfugium peperit, in Lemnum aufugit:
Ubi habitabat tum. illa, quam compresserat,
Decumo post mense exacto hic peperit filiam.
Quoniam reum ejus facti nescit qui siet,
Paternum servom sui participat consilii,
Dat eam puellam ei servo exponendam ad necem,
Is eam projecit. hæc puellam sustulit.
Ille clam observavit servos
Quo aut quas in ædes hæc puellam deferat.
Ut eampse vos audiftis confiterier,
Dat eam puellam meretrici Melænidi,
Eaque educavit eam sibi pro filia
Bene ac pudice. tam illic autem Lemnius
Propinquam uxorem duxit, cognatam suam.
Ea diem suum obiit, facta morigera est viro.
Postquam ille uxori justa fecit, illico
Huc commigravit: duxit uxorem hic sibi
Eandem quam olim virginem hic compresserat,
Et eam cognoscit esse, quam compresserat.
Illa illi dicit, ejus se ex injuria
Peperisse gnatam, atque eam se servo illico
Dedisse exponendam. ille extemplo servolum
Jubet illum eandem persequi, si qua queat
Reperire, quæ sustulerit. ei rei nunc suam
Operam usque assiduo servos dat, si possiet
Meretricem illam invenire, quam olim tollere,
Cum ipse exponebat, ex insidiis viderat.

Nunc;

Digitized by Google

Nunc, quod reliquum reſtat, volo perſolvere:
Ut expurgatur nomen, ne quid debeam.
Adoleſcens hic eſt Sicyoni: ei vivit pater.
Is amore projecticiam illam deperit,
Quæ dudum ſiens hinc abiit ad matrem ſuam:
Et illa hunc contra, qui eſt amor ſuaviſſimus.
UT SUNT humana, nihil eſt perpetuom datum.
Pater adoleſcenti dare volt uxorem. hoc ubi
Mater reſcivit, juſſit arceſſi eam domum.
Hæc res ſic geſta eſt. bene valete, & vincite
Virtute vera, quod feciſtis antidhac.
Servate voſtros ſocios, veteres & novos:
Augete auxilia veſtris juſtis legibus,
Perdite perduelles, parite laudem & lauream,
Ut vobis victi Pœni pœnas ſufferant.

ACTUS II. SCENA I.

ALCESIMARCHUS *adoleſcens*, MELÆNIS *lena*.

CRedo ego Amorem primum apud homines carnificinam commentum.
Hanc ego de me conjecturam domi facio, ne foris quæram,
Qui omnes homines ſupero atque antideo cruciabilitatibus animi:
Jactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer.
Exanimor, feror, differor, diſtrahor, diripior: ita nubilam mentem
Animi habeo: ubi ſum, ibi non ſum: ubi non ſum, ibi eſt animus.
Ita mihi omnia ingenia ſunt: quod lubet, non lubet jam id continuo.
Ita me amor laſſum animi ludificat, fugat, agit, appetit,
Raptat, retinet, lactat, largitur: quod dat, non dat: deludit:
Modo quod ſuaſit, diſſuadet: quod diſſuaſit, id oſtentat.
Maritimis moribus mecum experitur: ita meum frangit amantem
Animum: neque, niſi quia miſer non eo peſſum, mihi nulla abeſt

Perdito

Perdito pernicies. ita pater apud villam detinet
me hos dies ſex
Ruri continuos: neque licitum interea eſt meam
amicam viſere.
Eſt ne hoc miſerum memoratu?
M. Eo facetu's, quia tibi alia eſt ſponſa locuples
Lemnia?
Habeas: neque nos factione tanta, quanta tu ſumus?
Neque opes noſtræ tam ſunt validæ quam tuæ: ve-
runtamen
Haud metuo, ne jusjurandum noſtrum quiſquam
culpitet:
Tu jam, ſi quid tibi dolebit, ſcies qua doleat gratia.
A. Dî me perdant. M. quodcunque optes, velim
tibi contingere.
A. Si illam uxorem duxero mihi unquam, quam
deſpondit pater. (meam.
M. Et me, ſi unquam tibi uxorem filiam dedero
A. Perjurare me patiere? M. atque aliquanto
facilius,
Quam me meamque rem perire & ludificari filiam.
Abi quærere, ubi jurando tuo ſatis ſit ſubſidii.
Hic apud nos jam, Alceſimarche, confregiſti teſſe-
ram.
A. Face ſemel periculum. M. ſæpe feci, quod factum
queror.
A. Redde mihi illam. M, inter novam rem verbum
uſurpabo vetus.
Quod dedi, datum non vellem: quod reliquum eſt,
non dabo.
A. Non remiſſura es mihi illam? M. pro me re-
ſponſa tibi.
A. Non remittes? M. ſcis jamdudum omnem meam
ſententiam.
L. Satin' tibi iſtuc in corde certum eſt? M. quin
ego commentor quidem:
Non edepol iſtæc tua dicta nunc in aures recipio.
A. Non? hem, quid agis? M. igitur animum ad-
vorte, ut quid agas, ſcias.
A. At ita me dî deæque, ſuperi atque inferi, & me-
dioxumi,
Itaque me Juno regina, & Jovis ſupremi filia,
Itaque me Saturnus patruus ejus. M. ecaſtor pater.

A. Itaque me Ops opulenta illius avia! M. imo mater quidem.
A. Juno filia & Saturnus patruus, & summus Juppiter! (dicere. 41
Tu me delenis: propter te hæc pecco. M. perge
A. Anne ut etiam quid consultura sis sciam? M. perge eloqui.
Non remixtam: definitum est. A. eniinvero, ita me Juppiter,
Itaque me Juno & Saturnus, ita, quid dicam, nescio,
Jam scio: imo, mulier, audi, meam ut scias sententiam: 45
Di me omnes magni minutique, & patellarii
Faxint, ne ego dem vivos hodie favium Silenio,
Nisi ego teque tuamque filiam, meque hodie obtruncavero:
Postea autem cum primo luci eras nisi ambo occidero: (re, 50
Ut equidem hercle nisi pedam tertio omnis effixero
Nisi tu illam remittis ad me. dixi quæ volui. vale.
M. Abiit intro iratus. quid ego nunc agam? si redierit. (perit,
Ita ad hunc, ibidem loci res erit. ubi odium occœ-
Illam extrudet, quom hanc uxorem Lemniam ducet domum.
Sed tamen ibo & persequar. amens ne quid faciat, 55
cautò opus est. (tendit suum?
Postremo, quando æqua lege pauperi cum divite
Non licet, perdam operam potius, quam carebo filia.
Sed quis hic est, qui recta platea cursum hic con-
Ut illud paveo, & hoc formido: ita tota sum misera. in metu.

ACTUS II. SCENA II.

LAMPADISCUS.

ANum sectatus sum clamore per vias:
Miserrimam habui. ut illæc hodie quot modis
Sibi moderatrix fuit, atque immemorabilis!
Quot illi blanditias! quid illi promisi boni?
Quot admœnivi fabricas! quot fallacias! 5
In quæstione vix exsculpsi ut diceret,
Quid ei promisi dolium vini dare.

ACTUS

ACTUS II. SCENA III.

PHANOSTRATA, LAMPADISCUS, MELÆNIS.

AUdire voceм visa sum antè ædis modo
Mei Lampadisci servi. L. non surda es, hera:
Recte audivisti. P. quid agis hic? L. quod gaudeas.
P. Quid id est? L. hinc ex hisce ædibus paulo prius
Vidi exeuntem mulierem. P. Illam, quæ meam
Gnatam sustulerat? L. rem tenes. P. quid postea?
L. Dico ei, quo pacto eam ab hippodromo viderim
Herilem filiam nostram sustollere.
P. Extimuit tum illa? M. horret corpus, cor salit,
Nam mihi ab hippodromo memini afferri parvulam
Puellam, eamque me mihi supponere.
P. Age perge quæso. animus audire expetit,
Ut res gesta sit. M. utinam audire non queas?
L. Pergo illa * * dictis: illæc anus
Forte * * * seras, vocat.
Nam illæc tibi nutrix est, ne matrem censeas.
Ego te reduco & voco ad divitias, ubi
Tu locere in luculentam familiam:
Unde tibi talenta magna viginti pater
Det dotis. non enim hic, ubi ex Tusco modo
Tute tibi indigne dotem quæres corpore.
P. An amabo meretrix illa est, quæ illam sustulit?
L. Imo meretrix fuit! sed ut sit, de ea re eloquar.
Iam perducebam illam ad me suadela mea:
Anus ei amplexa est genua, plorans, obsecrans,
Ne deserat se: eam suam esse filiam,
Seque eam peperisse, sanctè adjurabat mihi.
Istanc quam quæris, inquit, ego amicæ meæ
Dedi, quæ educaret eam pro filiola sua.
Et vivit, inquit, ubi ea est? inquam extempulo.
P. Servate me dei, obsecro. M. at me perditis.
P. Quoi illam dedisset exquisisse oportuit.
L. Quæsivi: & dixit, meretrici Melænidi.
M. Meum elocutus est nomen. interii!
L. Ubi eiocuta est, ego continuo anum interrogo:
Ubi habitat, inquam, duc ac demonstra mihi.
Aperta est, inquit, peregre hinc habitatum.
M. obsipat

Digitized by Google

Aquulam. L. quo avecta eſt, eo ſequemur. ſiccine
Agis nugas? periiſti, ne hercle hoc longe: deſtiti
Inſtare uſque adeo, donec ſe adjurat anus
Jam mihi monſtrare. P. at non miſſam oportuit.
L. Servatur: ſed illæc ſe quandam ajebat mulierem
Suam benevolentem convenire etiam prius,
Commune quacum id eſſet ſibi negotium.
Et ſcio venturam. M. me indicabit, & ſuas
Ad meas miſerias addet. P. fac me conſciam.
Quid nunc vis facere me? L. intro abi, atque animo bono es:
Vir tuus ſi veniet, jube domi opperirier,
Ne in quæſtione mihi ſit, ſi quid eum velim.
Ego ad anum recurro rurſum. P. Lampadio, obſecro
Cura. L. perfectum ego hoc dabo negotium.
P. Deos teque ſpero. L. eoſdem ego, uti abeas domum.
M. Adoleſcens aſta, atque audi. L. men' mulier vocas?
M. Te. L. quid negotii eſt? nam occupatus ſum ampliter.
M. Quis iſtic habitat? L. Demipho dominus meus.
M. Nempe iſtic eſt, qui Alceſimarcho filiam
Suam deſpondit in divitias maximas?
L. Is ipſus eſt. M. eho tu, quam vos igitur filiam
Nunc quæritatis alteram? L. ego dicam tibi.
Non ex uxore gnatam uxoris filiam.
M. Quid iſtuc eſt verbi? L. ex priore muliere
Nata, inquam, meo hero filia eſt. M. certo modo
Hujus, quæ locuta eſt, quærere ajebas filiam.
L. Hujus ego quæro. M. quo modo igitur. obſecro,
Hæc eſt prior, quæ nupta nunc eſt? L. conteris
Tu tua me oratione, mulier, quiſquis es.
Medioxumam quam duxit uxorem, ex ea
Nata eſt hæc virgo, Alceſimarcho quæ datur.
Ea uxor diem obiit. jam ſcis? M. teneo iſtuc ſatis.
Sed ego illud quæro confragoſum, quo modo
Prior poſterior ſit, poſterior ſit prior?
L. Prius hanc compreſſit, quam uxorem duxit domum:
Prius gravida facta eſt, priuſque peperit filiam.
Eam poſtquam peperit, juſſit parvam projici.
Ego eam projeci, alia mulier ſuſtulit:
Ego inſpectavi. herus hanc duxit poſt ibi.

Digitized by Google

Jam nunc puellam filiam ejus quærimus.
Quid nunc supina sursum in cœlum conspicis?
M. I nunc jam istuc quo properabas, nihil moror.
Nunc intellexi. L. diis hercle habeo gratiam: So
Nam ni intellexes, nunquam credo amitteres.
M. Nunc mihi bonæ necessum'st esse ingratiis,
Quanquam esse nolo. rem palam esse intellego.
Nunc egomet potius hanc inibo gratiam
Ab illis, quam illæc indicet me ibo domum, 85
Atque ad parentes suos reduco Silenium.

ACTUS III.

MELÆNIS, ALCESIMARCHUS, SILENIUM.

REm elocuta sum tibi omnem: sequere me, mea Silenium. (mea,
Ut eorum, quo jam esse oportet te, sis potius quam
Quanquam invita te carebo, animum ego inducam tamen, (lam.
Ut illud quod tam in rem bene conducat, consu-
Nam hic crepundia insunt, quibuscum te illa olim ad me detulit, 5
Quæ mihi dedit: parentes te ut cognoscant facilius.
Accipe hanc cistellam, Halisca, atque agedum pulta illas fores.
Dic me orare, ut aliquis intus prodeat propere ocius.
A. Accipe me ad te, Mors amicum & benevolum.
S. mater mea,
Periimus miseræ. A. utrum hac me feriam, an ab læva latus? 10
M. Quid tibi est? S. Alcesimarchum non vides ferrum tenentem?
A. Ecquid agis? remorare? lumen linque. S. amabo accurrite.
Ne se interimat. A. ô Salute mea salus salubrior.
Tu nunc, sive ego volo seu nolo, sola me ut vivam facis.
M. Hau! voluisti istuc severum facere? A. nihil mecum tibi: 15
Mortuus tibi sum: hanc ut habeo, certum est non amittere,
Nam hercle jam ad me agglutinandam totam decretum est dare

Ubi estis servi? occludite ædes pessulis, repagulis,
Ubi hanc ego tetulero intra limen. M. abiit, abstulit
Mulierem. ibo, persequar jam illam intro, ut hæc
ex me sciat
Eadem, si possum tranquillam facere ex irato mihi.

ACTUS IV. SCENA I.

LAMPADISCUS *servus*, PHANOSTRATA *mulier*.

NUllam ego me vidisse credo magis anum excruciabilem
Quam illæc est. quæ dudum fassa est mihi, quæ ne inficias eat!
Sed eccam heram video. sed quid hoc est, hæc quod cistella hic jacet
Cum crepundiis? nec quenquam conspicor alium in via.
Faciundum est puerile officium: conquiniscam ad cistulam.
P. Quid agis, Lampadio? L. hæc cistella numnam hinc ab nobis domo est?
Nam hinc ab ostio jacentem sustuli. P. quid nuncias
Super ea? L. sceleztiorem in terra nullam esse alteram.
Omnia inficias ire ea, quæ dudum confessa est mihi.
Nam hercle ego illam anum irridere me ut sinam? satius est mihi
Quovis exitio interire. P. di obsecro vostram fidem.
L. Quid deos obsecras? P. servate nos. L. quid est? P. crepundia
Hæc sunt, quibuscum tu extulisti nostram filiolam ad necem.
L. Sanane es? P. hæc sunt profecto. L. pergin'? P. hæc sunt. L. si mihi
Alia mulier istoc pacto dicat, dicam esse ebriam.
P. Non ecastor cassa memoro. nam, obsecro, unde hæc gentium?
Aut quis deus objecit hanc ante ostium nostrum? quasi
Dedita opera in tempore ip so Spes mihi sancta subvenit.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA II.

HALISCA *ancilla*, LAMPADISCUS *servus*, PHANOSTRATA *mulier*.

Nisi quid mihi opis
Di dant, disperii: neque unde auxilium expe-
tam habeo
Itaque petulantia mea me animi miseram habet:
Quæ in tergum meum ne veniat, male formido:
Si hera mea sciat, tam socordem esse, quam sum.
Quamne in manibus tenui atq; accepi hic ante ædes
Cistellam? ubi ea sit, nescio: nisi, ut opinor,
Loca hæc eiciter excidit mihi. mi homines,
Mi spectatores, facite indicium, si quis
Vidit, si quis eam abstulerit, quisve
Sustulerit, & utrum hac an illac iter instituerit.
Nemo scitior, quæ hos rogem, aut quæ fatigem,
Qui semper malo muliebri sunt lubentes.
Nunc vestigia hic, si qua sunt, noscitabo.
Nam si nemo hac præteriit, postquam intro abii,
Cistella hic jaceret. quid, hic? periit opinor.
Actum est: illicet me infelicem & sceleratam. (me.
Nulla est, neque ego sum usquam. perdita perdidit
Sed pergam, ut cœpi, tamen: quæritabo.
Nam & intus paveo, & foris formido: ita nunc
Utrobique me metus agitat: illo sunt homines mi-
sere (bet:
Miseri. ille nunc lætus est, quisquis est, qui illam ha-
Quæ neque illa illi quicquam usui 'st: mihi esse
potest.
Sed memet moror, quom hoc ago secius.
Halisca, hoc age, ad terram aspice, & dispice:
Oculis investigans astute augura. L. hera.
P. Hem, quid est? L. hæc est. P. quis? L. quoi
hæc excidit cistella:
Certe eccum locum signat, ubi ea excidit. P. ap-
paret.
H. Sed is hac iit: hac socci video vestigium
In pulvere: persequar hac. in hoc jam loco cum
altero
Constitit. hic meis turbo oculis modo se objecit:
Neque prorsum inde hinc: hic fecit: hinc illuc
exiit: hic

Digitized by Google

Concilium fuit. ad duos attinet, hi quiqui sunt:
Attat, singulum video vestigium, sed is hac abiit.
Contemplabor. hinc huc iit: hinc nusquam abiit.
Actam rem ago. quod periit, periit: meum co-
rium 36
Cum cistella, redeo intro. P. mulier manc: sunt
Qui volunt te conventam. H. quis me revocat?
L. Bona fœmina, & malus masculus volunt te.
H. *Malum auser, bonum mihi opus est.* postremo, ille
Plus, qui vocat, scit quod velit, quam ego quæ vocor.
revertor. 41
Ecquem vidisti quærere hic, amabo, in hac regione
Cistellam cum crepundiis, quam ego hic amisi mi-
sera? (suam vitam
Nam dudum ut accurrimus ad Alcesimarchum, ne
Interimeret, *tum mihi puto* præ timore hic excidisse
Cistellam. L. hæc mulier *nostra est*, *quin operam*
damus, hera, parumper. 46
H. Disperii misera. quid ego meæ heræ dicam?
quæ me opere tanto
Servare jussit, qui suos Silenium parentes
Facilius posset noscere, quæ heræ meæ supposita est
parva:
Quam quædam meretrix ei dedit. L. nostram hæc
rem fabulatur. 50
Hanc scire oportet filia tua ubi sit, signa ut dicit.
H. Nunc eam volt suæ matri & patri, quibus nata
est, reddere ultro. (mando
Mi homo, obsecro, aliasres geris, ego tibi meas res
L. Istuc ago: atque istuc mihi cibus est, quod fa-
bulare: (quod rogabat. 55
Sed inter rem agendam istam heræ huic respondi,
Nunc ad te redeo? si quid est opus, dic, impera & tu.
Quid quæritabas? H. mi homo, & mea mulier,
vos saluto. (requiro,
P. Et nos te. sed quid quæritas? H. vestigium hic
Qua aufugit quædam *nescio quo mihi*. P. quid id?
quid id nam est? (miliarem. 60
H. Alienum *quod damnum afferat*, & mœrorem sa-
L. Mala merx, hera, hæc & callida est. P. ecastor
P. ita videtur.
L. Imitatur nequam bestiam & damnificam. P. quam-
nam, amabo?

L. In-

L. Involvolum, quæ in pampini folio intorta implicat ſe:
Itidem hæc exorditur ſibi intortam hic orationem.
Quid quæritas? H. ciſtella mihi hic, mi adoleſcens, evolavit.
L. In caveam latam oportuit. H. non edepol praeda magna.
L. Mirum, quin grex venalium in ciſtella infuerit una.
P. Sine dicat. L. ſi dicat quidem. P. age, loquere tu, ibi quid infuerit.
H. Crepundia una. L. eſt quidam homo, qui illam ait ſe ſcire ubi ſit.
H. At pol ille à quadam muliere, ſi eam monſtret, gratiam ineat.
L. At ſibi, ille quidam, volt dari mercedem. H. at pol illa quædam, quod det.
Quæ illam ciſtellam perdidit, cuidam negat eſſe,
L. At enim ille quidam argentum expetit. H. at nequicquam argentum expetit.
L. At pol ille quidam, mulier, in nulla opera gratuita eſt.
P. Commoda loquelam tuam: tibi nunc proderit, confitemur nunc eſt?
Ciſtellam habere. H. at vos Salus ſervaſſit. ubi ea
P. Salvam eccam. ſed ego rem meam magnam confabulari tem.
Tecum volo. ſociam te mihi adopto ad meam ſalu-
H. Quid iſtuc negotii eſt? aut quis es? P. ego ſum illius mater
Quæ hæc geſtitavit. H. hiccine tu ergo habitas? P. ariolare.
Sed quæſo ambages, mulier, mitte atque hoc age:
Eloquere, unde hæc ſunt tibi, cito, crepundia.
H Mea hæc herilis geſtitavit filia.
L. Mentiris. nam mea geſtitavit, non tua.
P. Ne obloquere. L. taceo. P. mulier, perge dicere.
Ubi ea eſt, quæ geſtitavit? H. hic in proxumo.
P. Iſtic quidem edepol mei habitat viri gener.
L. Næ! P. obloquere rurſum? perge porro dicere.
Quot annos nata dicitur? H. ſeptem & decem.
P. Mea eſt. L. ea eſt, ut numerus annorum attulit.
H. Quod quærebas, repperiſti: jam quæro meam.
L. At pol hæ ſuas ſunt naſtæ; quæro tertiam.

P. Quod quaeritabam, filiam inveni meam. (est.
H. ÆQUUM est tenere, per fidem quod creditum
Ne bene merenti sit malo benignitas.
Nostra hæc alumna est tua profecto filia:
Et redditura hera est tibi tuam: & ea gratia
Domo profecta est. cæterum ex ipsa obsecro
Exquiritote: ego serva sum. P. æquum postulas.
H. Illius ego istanc esse malo gratiam.
Sed istanc cistellam obsecro ut reddas mihi.
P. Quid fit, Lampadio? L. quod tuum est, teneas tuum.
P. At me hujus miseret. L. sic faciundum censeo.
Da isti cistellam, & intro abi cum istac simul.
P. Tibi auscultabo. tene tu cistellam tibi.
Abeamus intro. sed quod nomen est tuæ
Dominae? H. Melænis. P. i præ, jam ego te sequar.

ACTUS V.

DEMIPHO *senex*, LAMPADIO *servus*.

QUid hoc negotii est, quod omnes homines fabulantur per vias,
Mihi esse filiam inventam? & Lampadionem me in foro
Quæsivisse ajunt. L. here, unde is? D. ex senatu. L. gaudeo
Tibi mea opera liberorum esse amplius. D. & enim non placet.
Nihil moror aliena opera mihi fieri plures liberos.
Sed quid istuc est? L. propera ire intro hinc ad affinem tuum: (est.
Filiam tuam jam cognosces. intus ibidem uxor tua
Abi cito. D. praevorti hoc certum 'st rebus aliis omnibus.

CATERVA.

NE exspectetis, spectatores, dum illi huc ad vos exeant.
Nemo exibit: omnes intus conficient negotium.
Ubi id erit factum, ornamenta ponent. postidea loci,
Qui deliquit, vapulabit: qui non deliquit, bibet.
Nunc quod ad vos, spectatores, reliquum relinquitur,
More majorum date plausum postremae in Comœdia.

FINIS CISTELLARIÆ.

EPI-

Digitized by Google

EPIDICUS.

Dramatis Perſonæ.

EPIDICUS *ſervus.*
THESPRIO *ſervus.*
STRATIPPOCLES *adoleſcens.*
CHÆRIBULUS *adoleſcens.*
APOECIDES *ſenex.*
PERIPHANES *ſenex.*
MILES.
PHILIPPA *mulier.*
VIRGO.
FIDICINA.
DANISTA
GREX.

ARGUMENTUM.

EMit fidicinam, filiam credens ſenex
Perſuaſu ſervi, aliam qui conduxitiam
Iterum pro amica ei ſubjecit. filio
Dat herili argentum. eo ſororem deſinat
Imprudens juvenis. mox compreſſa ac militis
Cognoſcit opera ſibi ſenex os ſublitum,
Ut ille amicam, hæc quæritabat filiam.
Sed inventa gnata ſervolum emittit manu.

ACTUS I. SCENA I.

EPIDICUS, THESPRIO, *conſervi.*

HEus adoleſcens. T. quis properantem me prehendit pallio?
E. Familiaris. T. fateor. nam odio es nimium familiariter.
E. Reſpice vero, Theſprio. T. oh! Epidicumne ego conſpicor?
E. Certe oculis uteris. T. ſalve. E. dii dent, quæ velis.
Venire ſalvom gaudeo. T. quid cæterum? E. quod eo aſſolet,
Cœna tibi dabitur. T. ſpondeo. E. quid? T. me accepturum, ſi dabis.
E. Quid tu? agis ut velis? T. exemplum adeſt.
E. intellego. eugepæ?
Corpulentior videre atque habitior. T. huic gratia.
E. Quam quidem jamdiu te perdidiſſe oportuit.

T. Mi-

Digitized by Google

T. Minus jam furtificus ſum, quam antehac. E. quid ita? T. rapio propalam.
E. Di immortales infelicent, ut tu es gradibus grandibus! (ſequi;
Nam ut apud portum te conſpexi, curriculo occœpi
Vix adipiſcendi poteſtas modo fuit. T. ſcurra es. E. ſcio
Te eſſe quidem hominem militarem. T. audacter quamvis dicito.
E. Quid ais? perpetuon' valuiſti? T. varie. E. qui varie valent,
Caprigenum hominum non placet mihi, neque pantherinum genus.
T. Quid tibi vis dicam, niſi quod eſt? E. ut illa reſpondeas probe.
Quid heriis noſter filius? valet? T. pugilice atque athletice. (liſti. ſed ubi
E. Voluptabilem mihi nuncium tuo adventu attuEſt is? T. adveni ſimul. E. ubi is ergo eſt? niſi ſi in vidulo, (volo
Aut ſi in melina attuliſti. T. dii te perdant. E. te
Percontari, operam da, opera reddibitur tibi.
T. Jus dicis. E. me decet. T. jam tu autem nobis præturam geris?
E. Quem dicis digniorem eſſe hominem hodie Athenis alterum?
T. At unum à prætura tua, Epidice, abeſt. E. quidnam? T. ſcies. (tibi
Lictores duo, duo viminei faſces virgarum. E. væ
Sed quid ais? T. quid rogas? E. ubi arma ſunt Stratippocli?
T. Pol illa ad hoſtes transfugerunt. E. armane? T. atque quidem cito.
E. Serione dicis tu? T. ſerio, inquam: hoſtes habent.
E. Edepol facinus improbum. T. at jam ante alii fecerunt idem. (fuit.
Erit illi illa res honori. E. quî? T. quia antea alii
E. Mulciber credo arma fecit, quæ habuit Stratippocles.
Travolaverunt ad hoſtes. tum ille prognatus Theti.
Sine perdat: alia apportabunt ei Nerei filiæ.
Id modo videndum eſt, ut materies ſuppetat ſcutaſili,

Si in singulis stipendiis is ad hostes exuvias dabit
T. Supersede istis rebus jam. E. tu ipse, ubi lubet, finem face.
T. Desiste percunctarier. E. eloquere, ubi ipse est Stratippocles?
T. Est caussa, qua caussa simul mecum ire veritu's't.
E. quidnam id est?
T. Patrem videre se non volt etiam nunc. E. quapropter? T. scies. (tulam 41
Quia forma lepida & liberali captivam adolescen-
De præda mercatu's't. E. quid ego ex te audio? T. hoc quod fabulor.
E. Cur eam emit? T. animi caussa. E. quot illic homo animos habet?
Nam certo, priusquam hinc ad legionem abiit domo,
Ipse mandavit mihi, ab lenone ut fidicina, 45
Quam amabat, emeretur sibi. id ei impetratum reddidi.
T. UTCUNQUE in alto ventus est, Epidice, ex-in velum vortitur.
E. Væ misero mihi, mala perdidit me. T. quid istuc? quidnam est?
E. Quid? istanc quam emit, quanti eam emit? T. vili. E. haud istuc te rogo.
T. Quid igitur? Et quot minis? T. tot. E. quadraginta minis! 50
T. Id adeo argentum ab Danista apud Thebas sumpsit fœnore,
In dies minasque argenti singulas, nummis. E. papæ!
T. Et is Danista advenit una cum eo, qui argentum petit.
E. Di immortales, ut ego interii basilice! T. quid jam? aut quid est.
Epidice? E. perdidit me. T. quis? E. ille qui perdidit arma. T. nam 55
Quid ita? E. quia cotidie ipse ad me ab legione epistolas
Mittebat. sed taceam optumum est. PLUS SCIRE satius est, quam loqui
Servom hominem. ea sapientia est. T. nescio edepol, quid tu timidus es.
Trepidas, Epidice: ita vultum tuum video vidisse commeruisse

Hic,

Hic, me absente in te aliquid mali. E. potin' ut
molestus ne sies;
T. Abeo. E. asta, abire hinc non sinam. T. quid
nunc me retines?
E. Amatne istam, quam emit de præda? T. ro-
gas? deperit.
E. Detegetur corium de tergo meo. T. plusque
amat, quam te unquam amavit.
E. Juppiter te perduit. T. mitte nunc jam me. nam
ille me vetuit domum
Venire: ad Cheribulum jussit hunc in proximum. ibi
manere jussit:
Ventorus est ipse. E. quid ita? T. dicam. quia
patrem
Prius se convenire non vult, neque conspicari, quam
id argentum,
Quod debetur pro illa, dinumeraverit. E. heu ede-
pol res turbulentas?
T. Mitte me, ut eam nunc jam. E. hæccine ubi sci-
bit senex? puppis
Secunda est probe. T. quid istuc ad me attinet,
quo tu intereas modo.
E. Quia perire solus nolo, te cupio perire mecum,
Benevolens cum benevolente. T. abi in malam rem
maximam à me
Cum istac conditione. E. i sane, si quid festinas
magis.
T. Nunquam hominem quemquam conveni, unde
abierim lubentius.
E. Illic hinc abiit, solus nunc es: quo in loco hæc
res sit, vides.
Spidice: nisi quid tibi in tete auxilii est, absumptus
Tantæ in te impendent ruinæ: nisi suffulcis firmiter,
Non potes subsistere, itaque in te irruunt montes
mali
Neque ego nunc quomodo me expeditum ex im-
pedito faciam.
Consilium placet. ego miser perpuli meis dolis se-
Ut censeret suam sese emere filiam, is suo filio
Fidicinam emit, quam ipse amat, quam abiens man-
davit mihi.
Is sibi nunc alteram ab legione adduxit animi
Causa, corium perdidi: nam ubi senex senserit

Sibi

gibi data esse verba, virgis dorsum depoliet meum.
At enim tu præcave. nihil est istuc. plane hoc corruptum 'st caput.
Nequam homo es, Epidice. qui tibi libido 'st male loqui?
Quia tute te deseris, quid faciam? men' tu rogas?
Tu quidem ante hac aliis solebas dare consilia multa. (obviam
Quid? aliquid reperiundum est, sed ego cesso ire Adolescenti, ut, quid negotii sit, sciam. atque ipse illic est.
Tristis est. cum Charibulo incedit æquali suo.
Hanc concedam, orationem unde horum placide persequar.

ACTUS I. SCENA II.

SIRATIPPOCLES, CHÆRIBULUS, *adolescentes.* EPIDICUS *servus.*

REm tibi tam elocutus omnem, Charibule, atque admodum
Meorum morborum atque amorum summam edidici tibi. (cles.
C. Præter ætatem & virtutem stultus es, Stratippo-
Idne pudet te, quia capteivam, genere prognatam bono, (tibi? 5
In præda es mercatus? quis erit, vitio qui id vortat
S. Qui invident, omnes inimicos mihi istoc facto repperi: (tuli.
At pudicitiæ ejus nunquam nec vim, nec vitium at-
C. Jam istoc probior es, meo quidem animo, cum in amore temperes.
S. NIHIL AGIT, qui diffidentem verbis solatur suis.
Is EST AMICUS, qui in re dubia, re juvat, ubi re est opus.
C. Quid tibi me vis facere? S. argenti dare quadraginta minas,
Quod Danistæ detur, unde ego illud sumpsi fœnore.
C. Si hercle haberem, non negarem. S, nam QUID te igitur retulit
BENEFICUM esse oratione, si ad rem auxilium emortuum est? (15
C. Quin edepol egomet clamore defatigor, differor.

S. Ma-

Digitized by Google

S. Malim istiusmodi mihi amicos furno mersos, quam foro. (velim,
Sed operam Epidici nunc me emere pretio pretioso
Quem quidem ego hominem irrigatum plagis pistori dabo; (nas,
Nisi hodie prius comparasit mihi quadraginta mi-
Quam argenti fuero elocutus ei postremam syllabam. (item.
E. Salva res est: bene promittit: spero servabit
Sine meo sumptu paratæ jam sunt scapulis symbolæ.
Aggrediar hominem. advenientem peregre herum
suum Stratippoclem
Salva impertit salute servus Epidicus. S. ubi is est?
E. adest.
Salvum te gaudeo huc advenisse. S. tam tibi istuc
credo, quam mihi.
E. Benene usque valuisti? S. à morbo valui, ab
animo æger fui.
E. Quod ad me attinuit, ego curavi: quod mandasti mihi, (literas
Impetratum est: empta ancilla'st, quod tute ad me
Mifficulabas. S. perdidisti omnem operam. E. nam
quî perdidi?
S. Quia mea neque cara est cordi, neque placet,
E. quid retulit (stolas? 3
Mihi tantopere te mandare, & mittere ad me epi-
S. Illam amabam olim, nunc jam alia cura impendet pectori.
E. Hercle MISERUM EST, ingratum esse hominem, id quod facias bene.
Ego quod benefeci, malefeci: quia amor mutavit
locum. (tibi
S. Desipiebam mentis, cum illas scriptas mittebam
E. Men' piacularem oportet fieri ob stultitiam
tuam?
Ut meum tergum stultitiæ tuæ subdas succidaneum?
S. Quid istic verba facimus? huic homini opus est
quadraginta minis
Celeriter calidis, Danistæ quas resolvat, & cito.
E. Dic modo, unde auferre me vis: à quo trapezita
peto?
E. Unde libet. nam ni ante Solem occasum elo,

Meam

Meam domum ne imbitas: tu te in pistrinum recta
inferas.
E. Facile tu istuc sine periculo & cura, corde libero
Fabulare. novi ego nostros: mihi dolet, quom ego
vapulo.
S. Quid tu nunc? paterin' ut ego me interimam?
E. ne feceris.
Ego istuc accedam periculum potius atq; audaciam.
S. Nunc places: nunc ego te laudo. E. patiar ego
istuc quod lubet. (ribitur:
S. Quid de illa fiet fidicina igitur? E. aliqua repe-
Aliqua ope exolvam, extricabor aliqua. S. plenus
consilii es.
Novi ego te. E. est Euboicus miles locuples, multo
auro potens,
Qui ubi tibi istam emptam esse scibit, atque hanc
adductam alteram,
Continuo te orabit ultro, ut illam transmittas sibi.
Sed ubi illa est, quam tu adduxisti tecum? S. jam
faxo hic erit.
C. Quid hic nunc agimus? S. eamus intro huc ad
te, ut hunc hodie diem
Luculente habeamus. E. ite intro, ego de re ar-
gentaria
Jam senatum convocabo in corde consiliarium,
Quoi potissimum indicatur bellum, unde argentum
auferam.
Epidice, vide quid agas, ita res subito hæc objecta
est tibi. (copia est,
Non enim nunc tibi dormitandum, neque cunctandi
Ad eundem senem oppugnare certum est consilium.
i, i, abi filio,
Intro, atque adolescenti die jam nostro herili
Ne hic foras ambulet, neve usquam veniat obviam
seni.

ACTUS II. SCENA I.

APOECIDES, PERIPHANES, *senes duo.*

PLERIQUE HOMINES, quos cum nihil refert, pudet: ubi pudendum est,
Ibi eos deserit pudor, cum nihil est ut pudeat. is adeo
tu es. quid

Est

Est, quod pudendum siet, genere natam bono, pauperem domum
Ducere uxorem? præsertim eam, qua ex tibi commemores (filium. 5
Nunc, quæ domi est, filiam prognatam. P. revereor
A. At pol ego te credidi uxorem, quam tu extulisti, pudore exsequi:
Cujus quoties sepulcrum vides, sacrificas illico Orco hostiis: (do vincere.
Neque adeo injuria, quia licitum est eam tibi viven-
P. Oh, Hercules ego fui, dum illa mecum fuit! neque sexta ærumna
Acerbior Herculi, quam illa mihi est objecta.
A. PULCHRA 10
Edepol dos pecunia est. P. quæ quidem pol non maritata est.

ACTUS II. SCENA II.

EPIDICUS, *servus*. APOECIDES, PERIPHANES, *senes duo*.

ST, st! tacete, habete animum bonum. liquido exeo foras
Auspicio, avi sinistra: acutum cultrum habeo, senis qui exenterem
Matsupium. sed eccum ipsum ante ædes conspicor Apœcidae,
Qualis volo, vetulos duos. jam ego me convortam in hirudinem,
Atque eorum exsugebo sanguinem, senaxi qui columen cluent. (tuum. 6
A. Continuo ut maritus fiat. P. laudo consilium
A. Nam ego illum audivi in amorem hærere apud nescio quam fidicinam.
P. Id ego excrucior. E. di hercle me omnes adjuvant, augent, amant.
Ipsi hi quidem mihi dant viam, quo pacto ab se argentum auferam.
Age nunc jam orna te, Epidice, & palliolum in collum conjice; 10
Itaque assimulato, quasi per urbem totam hominem quæsiveris.
Age, si quid agis. Dii immortales, utinam conveniam domi

Peri-

Digitized by Google

Periphanem per omnem urbem quem fum defeffus quærere: foro.
Per medicinas, per tonſtrinas, in gymnaſio, atque in
Perfumyropolia, & lanionas, circumque argentarias.
Rogitando ſum raucus factus, pæne in curſu concidi. 16
P. Epidice. E. Epidicum quis eſt qui revocat?
P. ego ſum Periphanes.
A. Et ego Apœcides ſum. E. & ego quidem ſum
Epidicus. ſed, here, opportune
Vos video ambo advenire opportunitate. P. quid rei eſt?
E. Mane, ſine reſpirem quæſo. P. imo acquieſce.
E. animo male eſt. 20
Recipiam anhelitum. A. clementer requieſce.
E. animum advortite.
A legione omnes remiſſi ſunt domum Thebis. A.
quis hoc
Scit factum? E. ego ita eſſe factum dico. P. ſcin'
tu iſtuc? E. ſcio. (nis vim.
P. Qui tu ſcis? E. quia ego ire vidi milites ple-
Arma referunt, & jumenta ducunt. P. nimis factum bene. (virgines, 26
E. Tum captivorum quid ducunt ſecum! pueros,
Binos, ternos: alios quinque: ſit concurſus per vias.
Filios ſuos quiſque viſunt. P. hercle rem geſtam bene.
E. Tum meretricum numerus tantus, quantum in urbe omni fuit.
Obviam ornatæ occurrebant ſuis quæque amatoribus: (vorterim: 32
Eos captabant. id adeo, qui maxime animum advertere.
Pleræque hæ ſub veſtimentis ſecum habebant retia.
Quum ad portum venio, atque ego illam illic video, præſtolarier:
Et cum ea tibicinæ ibant quatuor. P. quicum, Epidice? (fnat, de perit: 36
E. Cum illa, quam tuus gnatus annos multos deamavit ſedemque, remque, ſeque neque properans perdere: (neficam?
Ea præſtolabatur illum apud portam. P. viden ve-
E. Sed veſtita, aurata, ornata ut regibe! ut comtum! ut nove!

P. Quid erat induta? an regillam induculam, an
mendiculam, (na. 40
Impluviatam? ut istæ faciunt vestimentis nomi-
E. Utin' impluvium induta eat? P. quid autem
istuc mirabile'st?
Quasi non fundis exornatæ multæ incedant per vias.
At tributus cum imperatus est, negant pendi po-
tesse:
Illis, quibus tributus major penditur, pendi potest.
Quid istæ, quæ vesti quotannis nomina inveniunt
nova: (sicium, 46
Tunicam rallam, tunicam spissam, linteolum cæ-
Indusiatam, patagiatam, caltulam, aut crocotulam,
Supparum, aut subminiam, ricam, basilicum, aut
exoticum,
Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum. ger-
ræ maxumæ.
Cani quoque etiam ademtum'st nomen. E. quî?
vocant Laconicum. 50
Hæc vocabula auctiones subigunt ut faciant viri.
Quin tu, ut occœpisti, loquere. E. occœpere aliæ
mulieres (solens
Duæ post me sic fabulari inter sese; ego abscessi
Paulum ab illis: dissimulabam me harum sermoni
operam dare. (55
Nec satis exaudiebam, nec sermonis fallebar tamen
Quæ loquerentur. P. id lubido est scire. E. ibi
illarum altera
Dixit illi, quicum ipsa ibat. P. quid? E. tace er-
go, ut audias.
Postquam illam sunt conspicatæ, quam tuus gna-
tus deperit,
Quam facile & quam fortunate evenit illi, obse-
cro, mulieri,
Liberare quam vult amator! quisnam is est? inquit
altera 60
Illi. ibi nominat Stratippoclem Periphanæ filium.
P. perii
Hercle, quid ego ex te audio? E. hoc quod actum.
egomet post, ubi illas audivi loqui,
Cœpi rursum vorsum ad illas paxillatim accedere,
Quasi retruderet hominum me vis invitum. P. in-
tellego.

E. Ibi

E. Ibi illa interrogavit illam, Qui ſcis? quis id dixit tibi?
Quin hodie allatæ ſunt tabellæ ad eam à Straippocle: eum nore.
Argentum ſumpſiſſe apud Thebas ab Daniſta fœ.
Id paratum, & ſeſe ob eam rem id ferre. P. cedo, ego occidi!
E. Hæc ſic ajebat ſe audiviſſe ab ſe, atque ab epiſtola.
P. Quid ego faciam nunc? conſilium à te expeteſſo, Apœcides.
A. Reperiamus aliquid calidi conducibilis conſilii.
Nam ille quidem aut jam hic aderit credo hercle, aut jam adeſt. E. ſi æquum ſiet
Me plus ſapere quam vos, dederim vobis conſilium catum,
Quod laudetis, ut ego opinor, uterque. P. ergo ubi eſt Epidice?
E. Atque ad eam rem conducibile. A. quid iſtuc dubitas dicere?
E. Vos priores eſſe oportet, nos poſterius dicere,
Qui plus ſapitis. A. eja vero, age dic. E. at deridebitis.
A. Non edepol faciemus. E. imo, ſi placebit, utitor
Conſilium: ſi non placebit, reperitote rectius.
MIHI ISTIC nec ſeritur, nec metitur: niſi ea, quæ tu vis, volo.
P. Gratiam habeo: fac participes nos tuæ ſapientiæ.
E. Continuo arbitretur uxor, tuo gnato, atque ut fidicinam (tibi,
Illam, quam is volt liberare, quæ illum corrumpit.
Ulciſcare: atque ita curetur, uſque ad mortem ut ſerviat.
A. Fieri oportet. P. facere cupio quidvis, dum id fiat modo. E. hem.
Nunc occaſio'ſt faciundi, priuſquam in urbem advenerit,
Sicut cras hic aderit: hodie non venit. P. qui ſcis? E. ſcio.
Quia mihi alius dixit, qui illinc venit. mane hic aſſore.
P. Quin tu eloquere: quid faciemus? E. ſic faciundum cenſeo.

Digitized by Google

Quasi tu cupias liberare fidicinam animi gratia.
Quasique ames vehementer tu illam. P. quam ad rem istuc refert? E. rogas?
Ut enim præstines argento, priusquam veniat filius,
Atque ut eam te in libertatem dicas emere. P. intellego.
E. Ubi erit empta, ut aliquo ex urbe amoveas: nisi quid tua
Secus sententia est. P. imo docte. E. quid tu autem, Apecides?
A. Quid ego jam? nisi te commentum nimis astute intellego.
E. Jam igitur amota ei erit omnis consultatio
Nuptiarum, ne gravetur, quod velis. A. vive sapis! & placet.
E. Tum tute igitur calide, quicquid acturus, age.
P. Rem hercle loquere. E. & repperi, hæc te qui abscedat suspicio.
P. Sine me scire. E. scibis: audi. A. sapit hic pleno pectore.
E. Opus est homine, qui illo argentum deferat pro fidicina.
Nam te illo non æque opus facto'st. P. quid jam? E. ne te censeat
Filii causa facere. P. docte. E. quo illum ab illa prohibeas,
Ne qua ob eam suspicionem difficultas eveniat.
P. Quem hominem inveniemus ad eam rem utilem? E. hic erit optimus.
HIC POTERIT cavere recte, Jura qui & Leges tenet.
A. Epidice, habeas gratiam. E. sed ego istuc fa- (ciam sedulo.
Ego illum conveniam, atque adducam hunc ad te, quoi'st fidicina,
Atque argentum ego cum hoc feram. P. quanti emi posset minimo? E. illane?
Ad quadraginta fortasse eam posse emi minimo minas.
Verum, si plus dederis, referam: nihil in ea re captio est.
Atque id non decem occupatum tibi erit argentum (dies.
P. Qui dum? E. quia enim mulierem illam alius adolescens deperit,

Auro

Auro opulentus, magnus miles, Rhodius, raptor bostium, (subens.
Glorioſus. hic emet illam de te, & dabit agrum
Face modo: eſt lucrum hic tibi amplum. P. deos quidem oro. E. impetras.
A. Quin tu is intro, atque hinc argentum promis. ego viſam ad forum: (venero.
Epidice, eo veni. E. ne abeas, priuſquam ego ad te
A. Uſque opperiar. P. ſegnere tu intro. E. i, numera, nihil ego te moror

ACTUS II. SCENA III.

EPIDICUS.

Nullum eſſe opinor ego agrum in agro Attico
Æque feracem, quam hic eſt noſter Periphanes:
Quin ex occluſo atque obſignato armario
Decutio argenti tantum, quantum mihi lubet.
Quod pol ego metuo, ſi ſenex reſciverit,
Ne ulmos parafitos faciat, quæ uſque attondeant:
Sed me una turbat res ratioque: Apœcidi
Quam oſtendam fidicinam aliqua conductitiam.
Atque id quoque habeo. mane me juſſit ſenex
Conducere aliquam fidicinam ſibi huc domum,
Dum rem divinam faceret, cantaret ſibi.
Ea conducetur, atque ei præmonſtrabitur,
Quo pacto fiat ſubdola adverſus ſenem.
Eo intro, argentum accipiam ab damnoſo ſene.

ACTUS III. SCENA I.

STRATIPPOCLES, CHÆREBULUS.

Exſpectando exedor miſer, atque exenteror, quomodo mihi
Epidici blanda dicta eveniant. nimis diu maceror.
Sine quid, necne ſit, ſcire copio. C. per illam tibi copiam (cipio
Copiam parare aliam licet: ſciri equidem in primis nullam tibi eſſe in illo copiam. S. interii hercle ego.
C. Abſurde facis, qui angas te animi. S. ſi hercle ego illum ſemel prehendero,
Nunquam invidere mea illam ipſum finam ſevum hominem.

Digitized by Google

Quid illum ferre vis? tibi qui, quoi divitiæ domi maxumæ (copia'ſt.
Sunt, is nummum nullum habes, nec ſodali tuo in te
D. Si hercle habeam, pollicear lubens: verum aliquid, aliqua, aliquo modo,
Alicunde, ab aliquî, aliqua tibi ſpes eſt fore mecum fortunam.
S. Væ tibi, muricide homo. C. qui tibi lubet mihi male loqui?
S. Quippe tu mihi aliquid, aliquo modo, alicunde ab aliquibus blaris,
Quod nuſquam'ſt: neque ego id immitto in aures meas. nec mihi
Plus adjumenti ades, quam ille qui nunquam etiam natu'ſt.

ACTUS III. SCENA II.

EPIDICUS STRATIPPOCLES, CHÆRIBULUS.

FEciſti jam officium tu tuum: me meum nunc facere oportet.
Per hanc curam quieto tibi licet eſſe. Hoc quidem jam periit: (tum eſt.
Niſi quid tibi hinc in ſpem referas. hoc oppido poli-
Crede modo tu mihi. ſic ego ago, ſic egere noſtri.
Prò dî immortales, mihi hunc diem dediſtis luculentum!
Ut facilem, atque impetrabilem: ſed ego hinc migrare ceſſo, (tum!
Ut importem in coloniam hunc auſpicio commea-
Mihi ceſſo, cum ſto. ſed quid hoc? ante ædes duos ſodales,
Herum & Chæribulum conſpicor. quid hic agitis? accipe hoc ſis.
S. Quantum hic ineſt? E. quantum ſat eſt, & plus ſatis: ſuperſit.
Decem minis plus attuli, quam tu Daniſtæ debes.
Dum tibi ego placeam, atque obſequar, meum tergum floccifacio.
S. Nam quid ita? E. quia ego tuum patrem faciam parenticidam.
S. Quid iſtuc eſt verbi? E. nihil moror vetera & vulgata verba.

Pe-

Peratim ductare: at ego follitim ductitabo.
Nam leno omne argentum abſtulit pro fidicina, ego reſolvi, (eſſe credit.
Manibus his dinumeravi, pater ſuam natam quam
Nunc iterum ut fallatur pater, tibique auxilium apparetur, (tionem,
Inveni viam, ita ego ſuaſi ſeni, atque hanc habui ratione,
Uti, quum redifſes, ne tibi ejus copia eſſet.
S. Euge, euge! E. ea jam domi eſt pro illa. S. teneo. E. nunc auctorem
Dedit mihi ad hanc rem Apœcidem, is apud forum manet me:
Quaſi quoi emeret, caveat. S. haud male. E. jam ipſe cautor captu'ſt.
Ipſe in meo collo tuus pater cruminam collocavit.
Is adornat, adveniens domi ex templo ut maritus ſias. (mecum, 26
S. Uno perſuadebit modo, ſi illam, quæ adducta eſt
Mihi adempſit Orcus. E. nunc ego hanc aſtutiam inſtitui.
Deveniam ad lenonem domum egomet ſolus. eum ego docebo, (tum dicat
Si qui ad eum adveniant, ut ſibi datum eſſe argen-
Pro fidicina, argenti minas ſe habere quinquaginta.
Quippe ego qui nudiuſtertius meis manibus dinumeravi (retur. 31
Pro illa tua amica, quam pater ſuam filiam eſſe
Ibi leno ſceleratum caput ſuum imprudens alligabit,
Quaſi pro illa argentum acceperit, quæ tecum adducta nunc eſt. 75
C. VORSUTIOR es, quam rota figularis. E. jam ego parabo.
Aliquam doloſam fidicinam, nummo conducta quæ ſit: (ficetur.
Quæ ſe emptam ſimulet, quæ ſenes duo docta ludi-
Eam ducet ſimul Apœcides ad tuum patrem. S. ut parate! (ſtam
E. Eam permeditatam meis dolis, aſtutiiſque onu-
Mittam. ſed nimis longum loquor: diu me eſtis demorati. 40
Hæc ſcitis jam, ut futura ſint. abeo. S. bene ambulato.

Digitized by Google

C. Nimis doctus ille eſt ad malefaciendum. S. nec quidem certo. (nec.
Servavit conſiliis ſuis. C. abeamus intro hinc ad
S. Atque aliquanto lubentius quam abs te ſum egreſſus intus.
Virtute atque auſpicio Epidici cum præda in caſtra redeo.

ACTUS III. SCENA II.

PERIPHANES, APOECIDES, *ſenes duo*, SERVUS.

NON ORIS CAUSSA modo homines æquum ſuit
Sibi habere ſpeculum, ubi os contemplarent ſuum:
Sed qui perſpicere poſſent cor Sapientiæ.
Igitur perſpicere ut poſſint cordis copiam:
Ubi id inſpexiſſent, cogitarent poſtea,
Vitam ut vixiſſent olim in adoleſcentia.
Vel quaſi egomet, qui dum filii cauſſa cœperam
Ego me excruciare animi, quaſi quid filius
Meus deliquiſſet med erga: aut quaſi non plurimum
Malefacta mea eſſent ſolida, in adoleſcentia.
Profecto DESIPIMUS interdum ſenes.
Fuit conducibile hoc, quidem mea ſententia.
Sed meus ſodalis it cum præda Apoecides.
Venire ſalvom mercatorem gaudeo. (cet.
Quid fit? A. dii deæque te adjuvant. P. omen pla-
A. Quoi omini omnes ſupperunt res proſperæ.
Sed tu hanc intro jubeas abduci. P. heus foras
Exite huc aliquis. duce iſtam intro mulierem.
Atque audin'? S. quid vis? P. cave ſiris cum filia
Mea copulari hanc, neque conſpicere: jam ſenes?
In ædiculam iſtanc ſe orſum concludi volo.
DI VORTUNT meres virgini longe ac lupæ.
A. Docte & ſapienter dicis. NON NIMIS poteſt
Pudicitiam quiſquam ſuæ ſervare filiæ.
Edepol næ iſtam tempore gnato ſuo
Sumus præmercati P. quid jam? A. quia dixit mihi
Jamdudum ſe alius tuum vidiſſe hic filium.
P. Hanc edepol rem apparabat. A. plane hercle hoc quidem eſt.
Næ tu habes ſervom graphicum, & quantivis pretii.
Non caru'ſt auro contra, ut ille fidicinam

Fecit

Fecit nescire prorsus, se esse emptam tibi!
Ita ridibundam atque hilaram huc adduxit simul.
P. Mirum, hoc qui potuit fieri! A. te pro filio
Facturum dixit rem esse divinam domi,
Quia Thebis salvos redierit. P. recte instituit.
A. Imo ipsus illi dixit, conductam esse eam,
Quæ hic administraret ad rem divinam tibi.
Facturum hoc dixit, rem esse divinam tibi domi.
Ego illic me autem sic assimulabam quasi
Stolidum, cum bardum me faciebam. P. imo ita decet.
A. Res magna amici apud forum agitur: ei volo
Ire advocatus. P. at quæso, ubi erit otium,
Revortere ad me extemplo. A. continuo hic ero.
P. NIHIL HOMINI amico est opportuno amicius.
Sine tuo labore, quod velis, actum est tamen.
Ego si allegassem aliquem ad hoc negotium
Minus hominem doctum, minusque ad hanc rem callidum,
Os sublitum esset. itaque me albis dentibus
Meus derideret filius meritissimo.
Atque hæc STULTITIA 'st, me illi vitio vortere
Egomet quod factitavi in adolescentia:
Quum militabam, pugnis memorandis meis
Eradicabam hominum aureis, quando occœperam.
Sed hic quis est, quem huc advenientem conspicor,
Suam qui undantem chlamydem quassando facit?

ACTUS III. SCENA IV.

MILES, PERIPHANES, FIDICINA.

CAve præterbitas ullas ædes, quin roges,
Senex ubi habitat Periphanes Plateenius.
Incertus tuum cave ad me retuleris pedem.
P. Adolescens, si istunc hominem, quem tu quæritas,
Tibi commonstrasso, ecquam abste inibo gratiam?
M. Virtute belli armatus promerui, ut mihi
Omnes mortales deceat agere gratias.
P. Non repperisti adolescens tranquillum locum,
Ubi tuas virtutes explices, ut postulas.
Nam STRENUIORI deterior si prædicat
Suas pugnas, de illius ore fluxa fordidæ.

Sed

Sed iſtum quem quæris Periphanem Platenium,
Ego ſum, ſi quid vis. M. nempe quem in adoleſcentia
Memorant apud reges armis, arte duellica
Divitias magnas indeptum? P. imo ſi audias
Meas pugnas, fugias manibus demiſſis domum.
M. Pol ego magis unum quæro, meas quoi prædicem, (locus.
Quam illum qui memoret ſuas mihi. P. hic non eſt
Quin tu alium quæras, quoi centones farcias.
M. Animum advorte, ut, quod ego ad te venio, intellegas.
Meam amicam audivi te eſſe mercatum. P. attate!
Nunc demum ſcio ego hunc, qui ſit; quem dudum Epidicus
Mihi prædicavit militem. adoleſcens, ita'ſt
Ut dicis: emi. M. volo te verbis pauculis,
Si tibi moleſtum non eſt. P. non edepol ſcio.
Moleſtum non eſt, niſi dicis quid velis.
M. Mihi illanc ut tramittas: argentum accipias.
P. Habeas. M. nam quid ego apud te parcam proloqui?
Ego illam hodie volo facere libertam meam,
Mihi concubina quæ ſit. P. te abſolvam brevi.
Argenti quinquaginta mihi illa empta eſt minis.
Si ſexaginta mihi denumerantur minæ,
Tuas poſſidebit mulier faxo ferias:
Atque ita profecto, ut eam ex hoc exoneres agro.
M. Eſtne empta mihi hæc? P. iſtis legibus habeas licet
M. Conciliavisti pulchre. P. heus, foras educite,
Quam introduxiſtis fidicinam. atque etiam fides,
Si quæ acceſſere, tibi addam dono gratiis.
Age, accipe hanc ſis. M. quæ intemperiæ te tenent?
Quas tu mihi tenebras cudis? quin tu fidicinam
Produci intus jubes! P. hæc ergo eſt fidicina.
Hic alia nulla'ſt. M. non mihi nugari potes.
Quin tu huc producis fidicinam Acropoliſtidem?
P. Hæc, inquam, eſt. M. non hæc, inquam, eſt: non noviſſe me
Meam rere amicam poſſe: P. hanc, inquam, filius
Meus deperibat fidicinam. M. hæc non eſt ea.
P. Quid? non eſt? M. non eſt. P. unde hæc igitur gentium eſt?
Equidem hercle argentum pro hac dedi. M. ſtulte datum
Reor,

Digitized by Google

Reor, atque peccatum largiter. P. imo hæc ea'ſt.
Nam ſervom miſi, qui ſectarier ſolet meum
Gnatum. ipſe hanc emit fidicinam. M. hem! iſtic homo
Articulatim te concidit, ſenex, tuus
Servus. P. quid? concidit? M. nihil: ſic ſuſpicio'ſt.
Nam pro fidicina iſtac hæc ſuppoſita eſt tibi.
Senex, tibi os eſt ſublitum plane & probe.
P. Ego illam requiram jam, ubi ubi eſt. bellator, vale.
Euge: frugi Epidice, frugi es: pugnaſti. homo es,
Qui me emunxiſti mucidum, minimi preti.
Mercatus te hodie eſt de lenone Apœcides?
Ebodum. F. ego iſtunc hominem nunquam audivi ante hunc diem,
Neque me quidem emere quiſquam ulla pecunia
Potuit, plus jam ſum libera quinquennium.
P. Quid tibi negotii eſt meæ domi igitur? F. audies
Conducta veni, ut fidibus cantarem ſeni,
Dum rem divinam faceret. P. fateor me omnium
Hominum eſſe Athenis Atticis minimi preti.
Sed tu noviſtin' fidicinam Acropoliſtidem?
F. Tam facile, quam me. P. ubi habitat? F. poſtquam libera'ſt, ubi (liberaverit,
Habitet dum, incerto ſcio. P. eho! ain'? quis eam
Volo ſcire, ſi ſcis. F. id quod audivi audies.
Stratippoclem audivi Periphani filium
Abſentem curaviſſe ut fieret libera.
P. Perii hercle! ſi iſthæc vera ſunt, planiſſume
Meum exenteravit Epidicus marſupium.
E. Hæc ſic audivi: nunquid me vis cæterum?
P. Malo cruciatu ut pereas, atque abeas cito.
F. Fides non reddis? P. neque fides, neque tibias.
Propera igitur fugere hinc, ſi te dii amant. F. abiero.
Flagitio cum majore poſt reddes tamen.
P. Quid nunc? qui in tantis poſitus ſum ſententiis,
Eumne ego ſinam impune? imo etiamſi alterum
Tantum perdundum eſt, perdam potius, quam ſinam
Me impune irriſum eſſe habitum, depeculatum eis.
Sic data eſſe verba præſenti palam!
Atque me minoris facio præ illo, qui omnium
Legum atque jurium fictor, conditor cluet.
Is etiam ſeſe ſapere memorat; MALLEUM
Sapientiorem ** manubrio.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA I.

PHILIPPA *mulier*, PERIPHANES *senex*.

Si quid est homini miseriarum, quod miserescat,
miser ex animo est.
Id ego experior, quo multa in unum locum con-
fluunt, quae meum
Pectus pulsant simul: multiplex aerumna me exer-
citam habet: paupertas,
Pavor territat mentem animi, neque ubi meas col-
locem spes,
Habeo usquam munitum locum. ita gnata mea ho-
stium potita:
Neque ea nunc ubi sit nescio. PE. quis illaec est
mulier, timido
Pectore peregre adveniens, quae ipsa se miserean-
PH. in his dictus est
Locis habitare mihi Periphanes. PE. me nominat
haec: credo ego
Illi hospitio-usus invenit. PH. pervelim mercedem
Qui monstret eum mihi hominem, aut ubi habi-
tet. PE. noscito ego hanc.
Nam videor, nescio ubi, me vidisse prius. est ne ea,
an non?
Est, quam animus retur meus? PH. di boni! visi-
tavi antidhac.
PE. Certe ea est, quam in Epidauro pauperculam
memini comprimere.
PE. Plane hic ille est, qui mihi in Epidauro pri-
mus pudicitiam
Repulit. PE. quae meo compressu peperit filiam,
quam domi
Nunc habeo. PH. quid si adeam? PE. haud scio an
congrediar, si haec ea est.
PH. Sin est is homo, sicut anni multi me dubiam
dant. PE. longa
Dies meum incertat animum. sin ea est, quam in certo autumo, hanc
Congrediar astu. PH. muliebris adhibenda mihi
malitia nunc est.
PE. Compellabo. PH. orationis aciem contra
conferam.

PE. Salva

PE. Salva sis. PH. salutem accipio mihi & meis.
PE. quid cæteram? (accuso fidem.
PH. Salvos sis: quod credidisti, reddo. PE. haud
Novin' ego te? PH. si ego te novi, animum indu-
cam ut noveris.
PE. Ubi te visravi? PH. iniquæ injurius. PE. quid
jam? PH. quia
Tuæ memoriæ interpretari me æquum censes.
PE. commode (rectius 26
Fabulata es. PH. mira memoras. PE. hem! istæc
Meminisin'? PH. memini id, PE. in Epidauro.
PH. ah, guttula
Pectus ardens mihi aspersisti. PE. virgini pauper-
culæ, (is es,
Teque matri me levare paupertatem. PH. tun'
Qui per voluptatem tuam in me ærumnam obse-
visti gravem? (salvom sentio. 31
PE. Ego sum. salve. PH. salva sum, quia te esse
PE. Cedo manum. PH. accipe, ærumnosam & mi-
seriarum compotem
Mulierem retines. PE. quid est, quod voluns te
turbet tuus?
PH. Filiam, quam ex te fuscepi. PE. quid eam?
PH. eductam perdidi.
Hostium est potita. PE. habe animum lenem, &
tranquillum face: 35
Domi meæ eccam salvam & sanam: nam postquam
audivi illico (tum dedi
Ex meo servo illam esse captivam, continuo argen-
Ut emeretur. ille eam rem adeo sobrie & frugaliter
Accuravit, ut alias res est impense improbus.
PH. Fac videam, si me vis vivere. PE. eho Can-
thara, statim jube 42
Acropolistidem prodire filiam ante ædes meam.
Ut suam videat matrem. PH. remigrat animus nunc
demum mihi.

ACTUS IV. SCENA II.

EPIDICINA, PERIPHANES *senex*,
PHILIPPA *mulier*.

QUid est, pater, quod me excivisti ante sedis?
PE. ut matrem tuam
Videas, adeas, venienti des salutem atque osculum.

Digitized by Google

F. Quam meam matrem PE quæ exanimata exe-
quitur aſpectum tuum.
PH. Quis iſtæc eſt, quam tu oſculum mihi ferre ju-
bes? PE. tua filia.
PH. Hæccine? PE. hæc. PH. egone oſculum huic
dem? PE. cur non, quæ ex te nata ſit? 5
PH. Tu homo inſanis. PE. egone? PH. tute. PE. cur?
PH. quia ego hanc quæ ſiet,
Neque ſcio, neque novi, neque ego hanc oculis vidi
ante hunc diem.
PE. Scio quid erres, quia veſtitum atque ornatum
immutabilem
Habet hæc. PH. ALITER CATULI longe
olent, aliter ſues. nego
Eam noviſſe, quæ ſit. PE. prò deûm atque ho-
minum fidem! (domi, 11
Quid? ego lenocinium facio? qui habeam alienos
Atque argentum egurgitem domo prorſum. quid
tu, quæ patrem
Tuum vocas me, atque oſculare? quid ſtas ſtupida?
quid taces?
FI. Quid loquar vis? PE. hæc negat ſe tuam eſſe
matrem. FI. ne fuat,
Si non volt. equidem hac invita tamen ero matris
filia. 15
Non me iſtanc cogere æquum eſt meam eſſe ma-
trem, ſi ne volt.
PE. Cur me igitur patrem vocabas? FI. tua iſtæc
culpa eſt, non mea.
Non patrem ego te nominem, ubi tu tuam me ap-
pelles filiam?
Hanc quoque etiam ſi me appellet filiam, matrem
vocem.
Negat hæc, filiam me ſuam eſſe, non ergo hæc ma-
ter mea eſt. (omnia. 25
Poſtremo hæc mea culpa non eſt. quæ didici, dixi
Epidicus mihi magiſter fuit. PE. perii! PLAU-
STRUM. perculi.
FI. Nunquid ego ibi peccavi? PE. ſi hercle te un-
quam audivero patrem
Me vocare, vitam tuam ego interimam, peſſuma
FI, non voco. (pater. 21
Ubi voles pater eſſe, ibi eſto: ubi nolès, ne fueris

PH. Quid

PH. Quid? ob eam rem hanc emisti, quia tuam gnatam ratus? quibus (liam
De signis agnoscebas? PE. nullis. PH. quare fi-
Credidisti nostram? PE. servus Epidicus dixit mihi.
PH. Quid si servo aliter visum est? non poteras novisse, obsecro?
PE. Quid ego? qui illam, ut primum vidi, nunquam vidi postea.
PH. Perii misera! PE. ne sie, mulier: intro abi, habeto animum bonum,
Ego illam reperiam. PH. hinc Athenis civis eam emit Atticus:
Adolescentem equidem dicebant emisse. PE. inveniam: tace:
Abi modo intro, atque hanc asserva Circam, Solis filiam. (bo:
Ego relictis rebus Epidicum operam quærendo dabo:
Si invenio, exitiabilem ego illi faciam hunc, ut fiat, diem.

ACTUS V. SCENA I.

STRATIPPOCLES *adolescens*, EPIDICUS *servus*, DANISTA, VIRGO.

MAle morigerus mihi est Danista, qui de me argentum non petit,
Neque illam adducit quæ empta ex præda est. sed eccum incedit Epidicus.
Quid illuc est, quod illi caperat frons severitudine?
E. Si undecim deos præter sese secum adducat Juppiter,
Ita non omnes ex cruciatu poterunt eximere Epidicum.
Periphanem emere lora vidi. aderat ibi una Apœcides, (sibi
Nunc homines me quæritare credo. senserunt. sciunt
Data esse verba. S. quid agis, mea commoditas? E. quod miser.
S. Quid est tibi? E. quin tu mihi adornas ad fugam viaticum,
Priusquam pereo. nam per urbem duo defoecati senes
Quæritant me, in manibus gestant copulas secuncias.

Digitized by Google

S. Habe bonum animum. E. quippe ego, quoi libertas in mundo sita'st.
S. Ego te servabo. E. edepol me illi melius, si nacti fuant,
Sed quis est hæc muliercula, & illic gravastellus qui venit?
S. Hic est Danista: hæc illa est autem, quam emi ex præda. E. hæccine'st?
S. Hæc. estne ut tibi dixi? aspecta. E. Hæc? S. contempla, Epidice:
Usque ab unguiculo ab capillum summum est festivissima.
Estne? considera: vide: signum pictum pulchre videris.
E. Ex tuis verbis meum futurum corium pulchrum prædicas:
Quem Apelles atque Zeusis duo pingent pigmentis ulmeis.
S. Dii immortales, otiose isse admiror. pedibus pulmoneis
Qui perhibetur, prius veniset, quam tu advenisti mihi.
D. Hæc edepol remorata med est. S. siquidem istius gratia (cito.
Es remoratus, quod ista voluit, nimium advenisti
D. Age, age, absolve me, atque argentum numera, ne comites morer.
S. Pernumeratum est. D. tene cruminam: huc inde. S. sapienter venis.
Operire, dum effero ad te argentum. D. matura. S. domi est.
E. Satin' ego oculis utilitatem obtineo sincere, an parum?
E. Philippa matre natam, ac Thebis Epidauri satam,
Videon' ege Telestidem te, Periphani filiam?
V. Quis tu homo es, qui meum parentum nomen memoras, & meum?
E. Non me novisti? V. quod quidem nunc veniat in mentem mihi.
E. Non meministi me auream ad te afferre natali die?
Lunulam atque anellum aureolum in digitum? V. memini, mi homo,

Tunc

Tune is es? E. ego ſum, & iſtic frater tuus eſt, alia matre, uno patre.

V. Quid pæter meus? vivu'ſt? E. animo liquido & tranquillo es; tace.

V. Dii me ex perdita ſervatam cupiunt, ſi vera autumas.

E. Non habeo nullam occaſionem, ut apud te falſo fabuler,

S. Accipe argentum hoc, Daniſta. hic ſunt quadraginta minæ.

Si quid erit dubium, immutabo. D. benefeciſtis bene vale.

S. Nunc enim tu mea es. V. ſoror quidem edepol, ut tu æque ſcias.

Salve frater. S. ſanan' hæc eſt? E. ſana, ſi appellat ſuum

S. Quid? ego modo huic frater factus ſum, dum intro eo atque exeo?

E. QUOD BONI EST, id tacitus taceas tute tecum, & gaudeas.

S. Perdidiſti, & repperiſti me, ſoror. E. ſuſtine tace.

Tibi quidem, quod ames, domi præſto'ſt ſidicina opera mea?

Et ſororem in libertatem idem opera concilio mea.

S. Epidice, fateor. E. abi intro, ac jube huic aquam calefieri.

Cætera hæc poſterius faxo ſcibis, ubi erit otium.

S. Sequere hac me, mea ſoror. E. ego ad vos Theſprionem juſſero

Huc tranſire. ſed memento, ſi quid ſæviunt ſenes, Suppetias mihi cum ſorore ferre. S. facile iſtuc erit.

E. Theſprio, exi iſtac per hortum: affer domum auxilium mihi.

Magna res eſt: minoris multo facio, quam dudum, ſenes.

Remeabo intro, ut accurentur advenientes hoſpites.

Eadem hæc intus edocebo, quæ ego ſcio, Stratippoclem.

Non fugio. domi adeſſe certum 'ſt. neque ille hanc obj'ciet mihi

Pedibus ſeſe provocatum. abeo intro. nimis longum loquor,

Digitized by Google

ACTUS V. SCENA II.

PERIPHANES, APOECIDES, *senes*: *dein*. EPIDICUS.

SAtin' ille homo ludibrio nos vetulos decrepitos duos
Habet? A. imo edepol! tu quidem miserum me habes miseris modis.
P. Tace sis modo. sine me hominem apisci. A. dico ego tibi jam, ut scias,
Alium tibi te comitem melius quærere: ita, dum te sequor,
Lassitudine invaserunt misero in genua semina.
P. Quot illic hodie me exemplis ludificatu'st, atque te!
Ut illic autem exenteravit mihi opes argentarias?
A. Apage illum à me? nam ille quidem Vulcani irati est filius:
Quaqua tangit, omne amburit: si prope astes, æstu calefacit.
P. Duodecim deis plus quam in cœlo est deorum immortalium! (tant.
Mihi nunc auxilio adjutores sunt, & mecum militant.
Quicquid ego malefeci, auxilia mihi & suppetiæ sunt domi.
Apolactizo inimicos omnes. P. ubi illum quæram gentium?
A. Dum sine me quæras, quæras mea causa vel medio in mari,
Quid me quæris? quid laboras? quid hunc sollicitas? ecce me.
Num te fugi? num ab domo absum? num oculis concessi tuis?
Nec tibi supplico. vincire vis? hem. ostendo manus,
Tu habes lora: ego te emere vidi. quid nunc cessas? colliga.
P. Licet. vadimonium ultro mihi hic facis. E. quin colligas?
P. Edepol mancipium scelestum. E. te profecto, Apœcides, (Epidice.
Mihi moror mihi precatorem. A. facile exoras,
Ebo quid agis? P. tuon' arbitratu? E. meo hercle, vero, atque haud tuo.

Colli-

Colligandæ hæ ſunt tibi hodie. P. at non lubet.
E. non? colliga.
P. At mihi magis lubet ſolutum te rogitare. E. ut
nihil ſcies.
A. Tragulam in te injicere adornat. neſcio, quam
fabricam facit.
E. Tibi morem facis, cum ego ſolutus aſto. alliga,
inquam; colliga.
P. At mihi magis lubet ſolutum te rogitare. E. ut
nihil ſcies.
P. Quid ago? A. quid agas? mos geratur. E. frugi
es tu homo, Apœcides.
P. Cedo manus igitur. E. morantur nihil atque
arcte colliga,
Nihil vero obnoxioſe. P. facto opere arbitraminor.
E. Bene hoc habet! age nunc jam ex me exquire:
rogita quod lubet.
P. Qua fiducia auſus primum, quæ empta eſt nu-
dius tertius,
Filiam meam dicere eſſe? E. lubuit: ea fiducia.
P. Ain' tu? lubuit? E. ajo: vel da pignus, ni ea ſit
filia.
P. Quam negat noviſſe mater? E. ni ergo matris filia
In meum nummum, in tuum talentum pignus da.
P. enim iſtæc captio eſt.
Sed quis ea eſt mulier? E. tui gnati amica, ut
omnem rem ſcias.
P. Dedin' tibi minas triginta ob filiam? E. fateor
datas:
Et eo argento illam me emiſſe amicam filii fidici-
Pro tua filia. iſtis adeo te tetigi triginta minis,
P. Quomodo me ludifeciſti de illa conductitia
Fidicina? E. factum hercle vero, & recte factum
judico.
P. Quid poſtremo argento factum eſt, quod dedi
E. dicam tibi.
Neque malo homini, neque bene gno, tuo dedi ſtra-
P. Cur dare auſus? E. quia mihi libitum eſt. P. quæ
hæc, malum, ferocia eſt?
E. Etiam inclamitor quaſi ſervos? P. cum tu ea
liber, gaudeo.
E. Merui, ut fierem, P. tu meruiſti? E. viſe intro,
ego faxo ſcies.

Digitized by Google

Hoc ita esse. P. quid est negotii? E. jam ipsa res dicet tibi:
Abi modo intro. P. hei, non illuc temere'st: asserva istunc, Apœcides.
A. Quid illuc, Epidice, est negotii? E. maxima hercle injuria
Vinctus astо, quoius hæc hodie opera inventa est filia.
A. Ain, tu te illius inveniſſe filiam? E. inveni, & domi est.
Sed UT ACERBUM EST, pro benefactis cum mali messem metas!
A. Quemne hodie per urbem uterque sumus defessi quærere!
E. Ego sum defessus reperire, vos defessi quærere.
P. Quid istic oratis opere tanto? meruisse intellego,
Ut liceat merito hujus facere. cedo tu, ut exsolvam, manus.
E. Ne attigas. P. ostende vero. E. nolo. P. non æquom facis.
E. Nunquam, hercle, hodie nisi supplicium mihi das, me solvi sinam.
P. Optumum atque æquissumum oras. soccos, tunicam, pallium
Tibi dabo. E. quid deinde porro? P. libertatem. E. at postea?
Novo liberto opus est quod pappet. P. dabitur. præbebo cibum.
E. Nunquam hercle hodie nisi me orassis, solves. P. oro te, Epidice,
Mihi ignoscas, si quid imprudens culpa peccavi mea.
At ob eam rem liber esto. E. invitus do hanc veniam tibi,
Nisi necessitate cogar. solve sane, si lubet.

GREX.

HIc is homo est, qui libertatem malitia invenit sua.
Plaudite, valete: lumbos surgite atque extollite.

FINIS EPIDICI.

Digitized by Google

BACCHIDES.

Dramatis Perſonæ.

PISTOCLERUS *adoleſcens.*
LYDUS *pedagogus.*
BACCHIDES *meretrices.*
CHRYSALUS *ſervus.*
NICOBULUS *ſenex.*
MNESILOCHUS *adoleſcens.*
PARASITUS.
MILITIS *puer.*
PHILOXENUS *ſenex.*
CLEOMACHUS *miles.*
GREX.

ACTUS I. SCENA I.

BACCHIDES, PISTOCLERUS.

QUid ſi hoc potis eſt, ut taceas, ego loquar? B. lepide: licet.
B. Ubi me fugiet memoria, ibi tu facito, ut ſubvenias, ſoror.
B. Pol magis metuo, mihi in monendo ne defuerit oratio.
B. Pol ego quoque metuo, luſciniolæ ne defuerit cantio.
Sequere hac. P. quid agunt duæ germanæ meretrices cognomines?
Quid in concilio conſuluiſtis? B. bene. P. pol haud meretricium eſt.
B. MISERIUS nihil eſt quam malier. P. quid eſſe dicis dignius?
B. Hæc ita me orat, ſibi qui caveat, aliquem ut hominem reperiam,
Ab iſtoc milite, ut, ubi emeritum ſibi ſit, ſe ut revehat domum.
Id, amabo te, huic caveas. P. quid iſti caveam? B. ut revehatur domum,
Ubi ei dediderit operas: ne hanc ille habeat pro ancilla ſibi.
Nam hæc ſi habeat aurum, quod illi renumeret, faciat lubens.
P. Ubi nunc is homo eſt? B. jam hic credo aderit. ſed hoc idem apud nos rectius
Poteris agere: atque is dum veniat, ſedens ibi opperibere.

Digitized by Google

Eadem biberis: eâdem dedero tibi, ubi biberis, fa-
vium.
P. Viscus merus vestra est blanditia. B. quid jam?
P. quia enim intellego,
Dnæ unum experitis palumbem. petii, arundo alas
verberat.
Non ego istuc facinus mihi, mulier, conducibile esse
arbitror.
B. Qui, amabo? P. quia Bacchis, Bacchas, metuo
& Bacchanal tuum.
B. Quid est quod metuis? ne tibi lectus malitiam
apud me suadeat?
P. Magis illectum tuum quam lectum metuo. mala
tu es bestia.
Nam HUIC ÆTATI NON conducit, mu-
lier, latebrosus locus.
B. Egomet, apud me si quid stulte facere cupias,
prohibeam
Sed ego apud me te esse ob eam rem, Miles cum
veniat, volo:
Quia, cum tu aderis, huic mihique haud faciet quis-
quam injuriam.
Tu prohibebis, & eadem opera tuo sodali operam
dabis. (tur,
Et ille adveniens tuam med esse amicam suspicabi-
Quid, amabo, obticuisti? P. quia istæc lepida sunt
memoratui: (sunt.
Eadem in usu, atque ubi periculum facias, aculeata
Animum fodicant, bona destimulant, facta & fa-
mam sanciant.
Apage à me, apage. B. ah, nimium ferus es. P. mi-
hi sum. B. malacissandus es.
Et quid ab hac metuis? P. quid ego metuam, rogi-
tas? homo adolescentulus
Penetrare hujusmodi in palæstram, ubi damnis de-
sudascitur, (cus?
Ubi prodisco damnum capiam, pro cursura dede-
B. Lepide memoras. P. ubi ego capiam pro ma-
chæra turturem,
Ubique imponat in manum alius mihi pro cestu
cantharum:
Pro galea scaphium, pro insigni sit corolla plectilis,
Pro hasta talus: pro loriça malacum capiam pallium:

Ubi

Ubi mihi pro equo lectus detur, scortum pro scuto accubet.

Apage à me, apage. B. ah nimium ferus es. P. mihi sum. B. malaciſſandus es.

Equidem tibi do hanc operam. P. at nimium pretiosa es operaria.

B. Simulato me amare. P. utrum ego istuc joco assimulem, an serio?

B. Heja! hoc agere melius'st: Miles quom hoc adveniat, te volo

Me amplexari. P. quid eo mihi opus est? B. ut ille te videat, volo.

Scio, quid ago. P. & pol ego scio, quod metuo. sed quid ais? B. quid est?

P. Quid? si apud te veniat de subito prandium, aut potatio

Forte, aut cœna, ut solet in istis fieri conciliabulis,

Ubi ego tum accubem? B. apud me, mi nime: ut lepidus cum lepida accubet.

Locus hic apud nos, quamvis subito venias, semper liber est.

Ubi tu lepide voles esse tibi, Mea rosa mihi dicito:

Dato, qui bene sit: ego, ubi bene sit, tibi locum lepidum dabo.

P. Rapidus fluvius est hic, non hac temere transiri potest.

B. Atque ecastor apud hunc fluvium aliquid perdundum est tibi.

Manum da, & sequere. P. aha, minime! B. quid ita

P. Quia ISTOC ILLECEBROSIUS

Fieri nihil potest, Nox, Mulier, Vinum, homini adolescentulo. (tua.

B. Age igitur. equidem pol nihili facio, nisi causſa

Ille quidem hanc abducet. tu nullus assueris, si non luber.

P. Sumne autem nihili, qui nequeam ingenio moderari meo?

B. Quid est quod metuas? P. nihil est. nunc ego, mulier, tibi me emancupo:

Tuus sum, tibi dedo operam. B. lepidus. nunc ego te facere hoc volo.

Ego sorori meæ cœnam hodie dare volo viaticam:

Ego tibi argentum jubeo jam intus efferri foras:

Tu facito obſonatum nobis ſit opulentum obſonium.
P. Ego obſonabo. nam id flagitium ſit meum, mea te gratia,
Et operam dare mihi, & ad eam operam facere ſumptum de tuo.
B. At ego nolo dare te quicquam. P. ſine. B. ſino equidem, ſi lubet. (deſinam.
Propera, amabo. P. prius hic adero, quam te amare
B. Bene me accipis advenientem, mea ſoror. B. quid ita, obſecro?
B. Quia piſcatus, meo quidem animo, hic tibi hodie evenit bonus.
B. Meus ille quidem eſt. tibi nunc operam dabo de Mneſilocho, ſoror,
Ut hic accipias potius aurum, quam hinc eas cum Milite.
B. Cupio. B. dabitur opera. aqua calet. eamus? hinc intro, ut laves.
Nam ut in navi vecta es, credo timida es. B. aliquantum ſoror
Simul hinc neſcio qui turbat, qui huc it. decedamus.
B. Sequere hac igitur me intro in lectum, ut ſedes laſſitudinem.

ACTUS I. SCENA II.

LYDUS *ſervus*, PISTOCLERUS *adoleſcens.*

JAMDUDUM, Piſtoclere, tacitus te ſequor
Spectans, quas tu res hoc ornatu geras.
Nam, ita me dii ament, ut Lycurgus mihi quidem
Videtur poſſe hic ad nequitiam adducier.
Quo nunc capeſſis te hinc advorſa via
Cum tanta pompa? P. huc. L. quid huc? quis iſtic habet?
P. Amor, Voluptas, Venus, Venuſtas, Gaudium, Jocus, Ludus, Sermo, ſuavis Suaviato.
L. Quid tibi commercii eſt cum diis damnoſiſſumis?
P. MALI SUNT homines, qui bonis dicunt male.
Tu dis nec recte dicis: non æquom facis.
L. An Deus eſt ullus ſuavis Suaviatio?
P. An non putaſti eſſe? nimium quam, ô Lyde, es barbarus!

Quem

Quem ego ſapere nimio cenſui plus quam Thalem,
I. ſtultior es barbaro Potitio,
Qui tantus natu deorum neſcis nomina.
L. Non hic placet mihi ornatus. P. nemo ergo tibi
Hoc apparavit? mihi paratum eſt, quoi placet.
L. Etiam me advorſus exordire argutias?
Qui ſi decem habeas linguas, mutum eſſe addecet.
P. NON OMNIS ætas, Lyde, ludo convenit.
Magis unum in mente eſt mihi nunc, ſatis ut commode
Pro dignitate obſonii hæc concuret cocus.
L. Jam perdidiſti te, atque operam meam,
Qui tibi nequicquam ſæpe monſtravi bene.
P. Ibidem ego meam operam perdidi, ubi tu tuam:
Tua diſciplina nec mihi prodeſt, nec tibi.
L. O præligatum pectus! P. odioſus mihi es.
Tace, atque ſequere. Lyde, me. L. illuc ſis vide,
Non pædagogum jam me, ſed Lydum vocat.
P. Non par videtur, neque ſit conſentaneum,
Cum *herus* hîc intus ſit; & cum amica accubet.
Cumque oſculetur, & convivæ alii accubent,
Præſentibus illis pædagogus una ut ſiet.
L. An hoc ad eas res obſonatum eſt obſecro?
P. Sperat quidem animus: quo eveniat, diis in manu eſt.
L. Tu amicam habebis? P. cum videbis, tum ſcies.
L. Imo neque habebis, nec ſinam: iturus ſum domum.
P. Omitte, Lyde, ac cave malo. L. quid? cave (malo?
P. Jam exceſſit mihi ætas ex magiſterio tuo.
L. O barathrum, ubi nunc es? ut ego te uſurpem lubens.
Video nimio jam multo plus quam volueram.
Vixiſſe nimio ſatiu'ſt jam, quam vivere.
Magiſtron' quenquam dicipulum minitarier? (nis:
Nihil moror diſcipulos mihi eſſe jam plenos ſangui-
Valens afflictet me vacivom viriam.
P. Fiam, ut ego opinor, Hercules; tu autem Linus.
L. Pol metuo magis, ne Phœnix tuis factis ſuam,
Teque ad patrem eſſe mortuum renunciem.
P. Satis hiſtoriarum eſt. L. hic vereri perdidit.
Compendium edepol haud ætati optabile
Feciſti, cum iſtanc nactu's impudentiam.

Occi-

Digitized by Google

Occisus hic homo est. ecquid in mentem est tibi,
Patrem tibi esse? P. tibi ego, aut tu mihi servos es?
L. Pejor magister te istæc docuit, non ego.
Nimio es tu ad istas res discipulus docilior,
Quam ad illa, quæ te docui, ubi operam perdidi.
P. Istactenus tibi, Lyde, libertas data est.
Orationis satis est. sequere me, ac tace.
L. Edepol fecisti furtum in ætatem malum,
Quum istæc flagitia me celavisti, & patrem.

ACTUS II. SCENA I.

CHRYSALUS *servus.*

HErilis patria salve: quam ego biennio,
Postquam hinc in Ephesum abii, conspicio lubens,
Saluto te vicine Apollo, qui ædibus
Propinquus nostris accolis, venerorque te,
Ne Nicobulum me sinas nostrum senem
Prius convenire, quam sodalem viderim
Mnesilochi Pistoclerum, quem ad epistolam
Mnesilochus misit super amica Bacchide.

ACTUS II. SCENA II.

PISTOCLERUS *adolescens*, CHRYSALUS *servus.*

MIrum est, me, ut redeam, te opere tanto quærere;
Qui abire hinc nullo pacto possim, si velim:
Ita me vadatum amore vinctumque attines.
C. Prô dii immortales, Pistoclerum conspicor.
O Pistoclere, salve. P. salve, Chrysale.
C. Compendii verba multa jam faciam tibi.
Venire tu me gaudes, ego credo tibi.
Hospitium & cœnam pollicere, ut convenit
Peregre advenienti: ego autem venturum annuo.
Salutem tibi ab sodali solidam nuncio.
Rogabis me ubi sit. P. vivit nempe & recte valet?
C. Istuc volebam ego ex te percunctarier.
P. Qui scire possum? C. nullus plus. quemnam ad modum? (& valet:
C. Quia si illa inventa est, quam ille amat, vivit recte
Si non inventa est, minus valet, moribundus est.
ANIMA est amica amanti: si abest, nullus est:

Si adest, res nulla'st: ipsus est nequam & miser,
Sed tu quid facitasti mandatis super?
P. Egon' ut quod ab illo attigisset nuncius,
Non impetratum id advenienti ei redderem?
Regiones colere mavellem Acherunticas.
C. Eho, an inveniſti Bacchidem? P. Samiam quidem.
C. Vide quæſo, ne quis tractet illam indiligens.
Scis tu, ut confringi vas cito Samium ſolet.
P. Jamne, ut ſoles? C. dic ubi ea nunc eſt, obſecro?
P. Hic exeuntem me unde aſpexiſti modo.
C. Ut iſtuc eſt lepidum! proximæ viciniæ
Habitat. & quidnam meminit Mneſilochi? P. rogas?
Imo unice unum plurimi pendit. C. papæ!
P. Imo ut eum credis? miſera amans deſiderat,
C. Scitum iſtuc. P. imo Chryſale, hem non tantulum
Unquam intermittit tempus, quin eum nominet.
C. Tanto hercle melior Bacchis. P. imo. C. imo hercle abiero
Potius. P. num invitus rem bene geſtam audis heri?
B. Non herus, ſed actor mihi cor odio ſauciat.
Etiam EPIDICUM, quam ego fabulam æque ac me ipſum amo.
Nullam æque invitus ſpecto, ſi agit Pellio.
Sed Bacchis etiam fortis tibi viſa eſt? P. rogas?
Ni nactus Venerem eſſem, hanc Junonem dicerem.
C. Edepol, Mneſiloche, ut rem hanc natam eſſe intellego,
Quod ames, paratum eſt: quod des, invento eſt opus.
Nam iſtoc fortaſſe aurum eſt opus. P. Philippeo quidem.
C. Atque eo fortaſſe jam opus eſt. P. imo etiam prius.
Nam jam huc adveniet Miles. C. & miles quidem!
P. Qui de amittenda Bacchide aurum hic exigit.
C. Veniat quando volt, atque ita ne mihi ſit moræ.
Domi eſt: non metuo, nec cuiquam ſupplico,
Dum quidem hoc valebit pectus perfidia meum.
Abi intro ego hic curabo, tu intus dicito
Mneſilochum adeſſe Bacchidi. P. faciam ut jubes.
C. Negotium hoc ad me attinet aurarium;
Mille & ducentos Philippos attulimus aureos
Epheſo, quos hoſpes debuit noſtro ſeni.

Indi-

Digitized by Google

Inde ego hodie aliquam machinabor machinam
Unde aurum efficiam amanti herili filio
Sed foris concrepuit noſtra: quinam exit foras?

ACTUS II. SCENA III.

NICOBULUS *senex*, CHRYSALUS *servus*.

IBo in Piræeum. viſam, ecquæ advenerit
In portum ex Epheſo navis mercatoria.
Nam meus formidat animus, noſtrum tamdiu
Ibi deſidere neque redire filium.
C. Extexam ego illum pulchre jam, ſi dii volunt. 5
Haud dormitandum eſt. eſt opus chryſo Chryſalo.
Adibo hunc, quem quidem ego hodie faciam hic arietem
Phryxi, itaque tondebo auro uſque ad vivam cutem.
Servos ſalutat Nicobulum Chryſalus.
N. Prô di immortales! Chryſale, ubi mihi eſt filius? 10
C. Quin tu primum ſalutem reddis quam dedi?
N. Salve. ſed ubinam eſt Mneſilochus? C. vivit, valet.
N. Venitne? C. venit. N. evax! aſperſiſti aquam.
N. Quid hoc? qua cauſſa eum hinc in Epheſum miſeram, 15
Accepitne aurum ab hoſpite Archidemide?
C. Heu cor meum & cerebrum, Nicobule, finditur,
Iſtius hominis ubi ſit quaque mentio,
Tun' hoſpitem illum nominas hoſtem tuum?
N. Quid ita hercle obſecro? C. quia edepol certe ſcio, 20
Vulcanus, Sol, Luna, Dies, dei quatuor,
Sceleſtiorem nullum illuxere alterum.
N. Quamne Archidemidem? C. quam, inquam, Archidemidem. (gas.
N. Quid fecit? C. quid non fecit? quin tu id me ro-
Primum, dum inficias ire cœpit filio, 25
Negare ſe debere tibi triobulum?
Continuo antiquum hoſpitem noſtrum ſibi
Mneſilochus advocavit, Pelagonem ſenem:
Eo præſente homini extemplo oſtendit ſymbolum,
Quem tute dederas ad eum, ut ferret, filio. 30
N. Quid, ubi ei oſtendit ſymbolum? C. inſit dicere:

Adel-

Digitized by Google

Adulterinum, & non eum esse symbolum:
Quotque innocenti ei dixit contumelias!
Adulterare eum ajebat rebus ceteris.
N. Habetin' aurum? id mihi primum dici volo.
C. Postquam quidem Prætor recuperatores dedit,
Damnatus demum, vi coactus reddidit
Ducentos & mille Philippûm. N. tantum debuit.
C. Porro etiam auscultà pugnam, quam volui dare.
N. Etiamne est quid porro? C. hem accipe: trina hæc nunc erit.
N. Deceptus sum. Autolyco hospiti aurum credidi.
C. Quin tu audi. N. imo ingenium avidi haud pernoram hospitis.
C. Postquam aurum abstulimus, in navem conscendimus,
Domum cupientes. forte ut assedi in stega,
Dum circumspecto, atque ego lembum conspicor:
Longum est rigorem maleficum exornarier.
N. Perii hercle lembus ille mihi lædit latus.
C. Is erat communis eum hospite & prædonibus.
N. Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem!
Cum mihi ipsum nomen ejus Archidemidis
Clamaret, demptorum esse, si quid crederem.
C. Is lembus nostræ naviinsidias dabat.
Occœpi ego observare eos, quam rem gerant.
Interea è portu nostra navis solvitur.
Ubi portu exiimus, homines remigio sequi,
Neque aves, neque venti citius. quoniam sentio
Quæ res gereretur, navem extemplo statuimus.
Quoniam vident nos stare, occœperunt ratem
Turbare in portu. N. edepol mortales malos!
Quid denique agitis? C. rursum in portum recipimus.
N. Sapienter factum à vobis. quid illi postea?
C. Revorsionem ad terram faciunt vesperi.
N. Aurum hercle auferre voluere. ei rei operam dabant.
C. Non me fefellit, sensi: eo exanimatus sui.
Quoniam vidimus auro insidias fieri,
Capimus consilium continuo, postridie
Auferimus inde aurum omne illis præsentibus,
Palam atque aperte, ut illi id factum sciscerent.
N. Scite hercle. cedo, quid illi? C. tristes illico,
Quom extemplo à portu ire nos cum auro vident,
Subducunt lembum capitibus quassantibus.

Digitized by Google

Nos apud Theotimum omne aurum depoſuimus.
Qui illic ſacerdos eſt Dianæ Epheſiæ.
N. Qui iſtic Theotimus eſt? C. Megalobuli filius,
Qui nunc in Epheſo eſt Epheſiis cariſſimus.
N. Næ ille, hercle, mihi ſit multo tanto carior,
Si me illoc auro tanto circumduxerit.
C. Quin in ipſa æde Dianæ conlitum eſt.
Ibidem publicitus ſervant. N. occidiſtis me.
Nimio hic privatim ſervaretur rectius.
Sed vos nihilne attuliſtis inde auri domum?
C. Imo etiam. verum, quantum attulerit, neſcio.
N. Quid? neſcis? C. quia Mneſilochus noctu clanculum
Devenit ad Theotimum: nec mihi credere,
Nec quoiquam in navi voluit; eo ego neſcio
Quantum attulerit: verum haud permultum attulit.
N. Etiam dimidium cenſes? C. non edepol ſcio.
Verum haud opinor. N. fertne partem tertiam?
C. Non hercle opinor, verum verum neſcio.
Profecto de auro nihil ſcio, niſi neſcio.
Nunc tibimet illuc navi capiundum eſt iter,
Ut illud reportes aurum ab Theotimo domum.
Atque heus tu. N quid vis? C. annulum gnati tui
Facito ut memineris ferre. N. quid opu'ſt annulo?
C. Quia id ſignum eſt cum Theotimo, qui eum illi afferet,
Ei aurum ut reddat. N. Meminero, & recte mones,
Sed diveſne eſt iſtic Theotimus? C. etiam rogas?
Qui auro habeat ſoccis ſuppactum ſolum.
N. Cur ita faſtidit? C. tantas divitias habet:
Neſcit quid faciat auro. N mihi dederit velim.
Sed quî præſente id aurum Theotimo datum eſt?
C. Populo præſente: nullu'ſt Epheſi, quin ſciat.
N. Iſtuc ſapienter ſaltem fecit filius,
Cum diviti homini id aurum ſervandum dedit:
Ab eo licebit quamvis ſubito ſumere.
C. Imo hem tantiſper nunquam te morabitur,
Quin habeas illud quo die illuc eveneris.
N. Cenſebam me effugiſſe à vita maritima,
Ne navigarem tandem hoc ætatis ſenex,
Id mihi haud utrum velim licere intellego;
Ita bellus hoſpes fecit Archidemides.
Ubi nunc eſt ergo meus Mneſilochus filius?

C. Deos

C. Deos atque amicos iit salutatum ad forum.
N. At ego hinc ad illum, ut conveniam quantum poteſt.
C. Ille eſt oneratus recte, & plus joſto vehit.
Exorſa hæc tela non male omnino mihi eſt,
Ut amantem herilem copem facerem filium:
Ita feci, ut auri quantum vellet ſumeret:
Quantum autem libeat reddere, ut reddat patri.
Senex in Epheſum ibit aurum arceſſere:
Hic noſtra agetur ætas in malacum modum,
Si quidem hic relinquet, nec ſecum abducet ſenex
Me & Mneſilochum. quas ego hic turbas dabo?
Sed quid futurum eſt, cum hoc ſenex reſciverit?
Cum ſe excucurriſſe illuc fruſtra ſciverit,
Noſque aurum abuſos? quid mihi fiet poſtea?
Credo hercle adveniens nomen mutabit mihi,
Facietque extemplo Cruciſalum me ex Chryſalo.
Aufugero hercle, ſi magis uſus venerit.
Si ero reprehenſus, macto ego illum infortunio:
Si illi ſunt virgæ ruri, at mihi tergum domi eſt.
Nunc ibo, herili filio hanc fabricam dabo,
Super auro, amicaque ejus inventa Bacchide.

ACTUS III. SCENA I.

LYDUS *pædagogus*.

PAndite atque aperite propere januam hanc Orci, obſecro:
Nam equidem haud aliter eſſe duco. quippe quo nemo advenit,
Niſi quem ſpes reliquere omnes, eſſe ut frugi poſſiet. (mæ.
Bacchides, non Bacchides, ſed Bacchæ ſunt acerri-
Apage iſtas à me ſorores, quæ hominum ſorbent ſanguinem.
Omnis ad perniciem inſtructa domus optime atque opipare. (des.
Quæ ut aſpexi, me continuo contuli protinam in pe-
Egone ut hæc concluſa geſtem clanculum? ut celem patrem,
Piſtoclere, tua flagitia, aut damna, aut deſidiabula
Quibus patrem, & me, teque amicoſque omnes affectas tuos
d probrum, damnum, flagitium appellere una & perdere.

Digitized by Google

Neque mei, neque tui intus puditum eſt factis quæ facis: (tuos,
Quibus tuum patrem, neque una, amicos, affines
Tua infamia feciſti gerulifigulos flagitii.
Nunc priuſquam malum iſtoc addis, certum eſt jam dicam patri.
De me culpam hanc demolibor jam, & ſeni faciam palam, (ras.
Ut eum ex lutulento cœno propere hinc eliciat fo-

ACTUS III. SCENA II.

MNESILOCHUS *adoleſcens.*

Multis modis meditatus egomet mecum ſum, & ita eſſe arbitror: (det,
Homini amico, qui eſt amicus, ita uti nomen poſſi-
Niſi deos, ei nihil præſtare. id opera expertus ſum eſſe ita.
Nam ut in Epheſum hinc abii, (hoc factum eſt ferme ab hine biennium) (ras
Ex Epheſo huc ad Piſtoclerum meum ſodalem lite-
Miſi, amicam ut mihi inveniret Bacchidem. illum intellego
Invenisſe, ut ſervus meus mihi nunciavit Chryſalus.
Condigne is quam technam de auro advorſum meum fecit patrem, (dere.
Ut mihi amanti copia eſſet! ſed æquum id ei red-
Nam pol quidem, meo animo, INGRATO homine nihil impenſiu'ſt, (ficum.
Malefactorem amitti ſatius, quam relinqui bene-
NEMIO præſtat impendioſum te, quam ingratum dicier (mali.
Illum laudabunt boni; hoc etiam ipſi culpabunt
Qua me cauſſa magis cum cura eſſe ea quam obvigilato eſt opus.
Nunc, Mneſiloche, ſpecimen ſpecitur, nunc certamen cernitur: (modi;
Siſne nec ne, ut eſſe oportet; malus, bonus; cujus-
Juſtus, injuſtus; malignus, largus; commodus, incommodus.
Cave ſiſtere ſuperare ſervum ſiris faciundo bene.
Uti teris, moneo. haud celabis. Sed eccos video incedere:
Patrem ſodalis & magiſtrum, hinc auſcultabo quam rem agant.

ACTUS

ACTUS III. SCENA III.

LYDUS *pædagogus*, PHILOXENUS *senex*, MNESILOCHUS *adolescens*.

NUnc, experiar, sitne acetum tibi cor acre in pectore.
Sequere. P. quo sequar? quo ducis nunc me? L. ad illam, quæ tuum
Perdidit, pessundedit tibi filium uni unicum.
P. Eja, Lyde: LENITER qui sæviunt, sapiunt magis.
Minus mirandum est, illæc ætas si quid illorum facit,
Quam si non faciat, feci ego istæc itidem in adolescentia.
L. Hei mihi, hei mihi! istæc illum perdidit assentatio.
Nam absque te esset, ego illum haberem rectum ad ingenium bonum:
Nunc propter te tuamque pravus factus est fiduciam
Pistocleros. M. dii immortales, meum sodalem hic nominat.
Quid hoc negotii est, Pistoclerum Lydus quod herum tam ciet? (obsequi:
P. Paulisper, Lyde, est libido homini suo animo
Jam aderit tempus, cum sese etiam ipse oderit: morem geras: (sine.
Dum caveatur, præter æquum ne quid delinquat,
L. Non sino, neque equidem illum me vivo corrumpi sinam.
Sed tu, qui tam pro corrupto dicis caussam filio,
Ademne erat hæc disciplina tibi, cum tu adolescens eras?
Nego tibi hac annis viginti fuisse primis copiæ,
Digitum longe à pædagogo pedem ut efferres ædibus.
Ante Solem exorientem nisi in palæstram veneras,
Gymnasii præfecto haud mediocris pœnas penderes.
Idque ubi obtigerat, hoc etiam ad malum arcessebatur malum,
Et discipulus & magister perhibebantur improbi.
Ibi cursu, luctando, hasta, disco, pugillatu, pila,
Saliendo sese exercebant magis, quam, scorto aut saviis:

Ibi ſuam ætatem extendebant, non in latebroſis
locis. (mum.
Inde de hippodromo & palæſtra ubi reveniſſes do-
Cincticulo præcinctus in ſella apud magiſtrum aſ-
ſideres:
Cum librum legeres. ſi unam peccaviſſes ſyllabam,
Fieret corium tam maculoſum, quam eſt nutricis
pallium. (miſer. 35
M. Propter me hæc nunc meo ſodali dici diſcrucior
Innocens ſuſpicionem hanc ſuſtinet cauſſa mea.
P. Alii, Lyde, nunc ſunt mores. L. id equidem ego
certo ſcio.
Nam olim populi prius honorem capiebat ſuffragio,
Quam magiſtro deſinebat eſſe dicto obediens. 35
At nunc priuſquam ſeptuennis eſt, ſi attingas eum
manu
Extemplo puer pædagogo tabula dirumpit caput.
Cum patrem adeas poſtulatum, puero ſic dicit pater:
Noſter eſto, dum te poteris defenſare injuria.
Provocatur pædagogus: Eho ſenex minimi pretii, 40
Ne attingas puerum iſta cauſſa, quando fecit ſtrenue,
It magiſter quaſi lucerna uncto expretus linteo.
Iter illinc jure dicto. hoccine hic pacto poteſt
Inhibere imperium magiſter, ſi ipſus primus va-
pulet? (tellego. 45
M. Acris poſtulatio hæc eſt, cum hujus dicta in-
Mira ſunt, ni Piſtoclerus Lydum pugnis contudit.
P. Sed quis hic eſt, quem aſtantem video ante
oſtium? L. ô Philoxene. (mihi.
M. Deos propitios me videre, quam illum mavellem
P. Quis illic eſt? L. Mneſilochus, gnati tui ſodalis
Piſtocleri: (accubat. 50
Haud conſimili ingenio atque ille eſt, qui in lupanari
Fortunatum Nicobulum, qui illum produxit ſibi.
P. Salvus ſis, Mneſiloche: ſalvum te advenire gaudeo.
M. Dii te ament, Philoxene. L. hic enim rite pro-
ductu' eſt patri?
In mare it, rem familiarem curat, cuſtodit domum:
Obſequens obediensque eſt mori atque imperiis pa-
tris. 55
Hic ſodalis Piſtoclero, jam puer puero fuit,
Triduum non intereſt ætatis uter major fiet:
Verum ingenium plus triginta annis majus eſt
quam alteri.
P. Cave

P. Cave malum, & compesce in illum dicere injuste. L. tace.
Saltus es, qui illi male ægre patere dici, qui facit.
Num illum meum malum promptare malim, quam peculium.
P. Quidum? I. quia, malum si prompter, indies faciat minus. (tuum?
M. Quid sodalem meum castigas, Lyde, discipulum
L. Periit tibi soldalis. M. ne di sirint. L. sic est, ut loquor.
Quin ego cum peribat vidi; non ex audito arguo.
M. Quid factum est? L. meretricem indigne deperit. M. non tu taces?
L. At quæ acerrime ac æstuose absorbet, ubi quemque attigit.
M. Ubi ea mulier habitat? L. hic. M. unde eam esse ajunt? L. ex Samo.
M. Quæ vocatur? L. Bacchis. M. erras, Lyde: ego omnem rem scio
Quemadmodum est. tu Pistoclerum falso atque insontem arguis.
Nam ille amico & benevolenti suo sodali sedulo
Rem mandatam exsequitur. ipsus nec amat: nec tu credas. (lo,
L. Itane oportet rem mandatam gerere amici sedu-
Ut ipsus in gremio osculantem mulierem teneat sedens? (75
Nullon' pacto res mandata potest agi, nisi identidem
Manus ferat ad papillas, labra à labris nusquam auferat? (pudet:
Nam alia memorare, quæ illum facere vidi, dis-
Cum manum sub vestimenta ad corpus detulit Bacchidi, (opus est?
Me præsente, neque pudere quicquam. quid verbis
Mihi discipulus, tibi sodalis periit, huic filius.
NAM EGO ILLUM periisse duco, cui quidem periit pudor (do,
Quid opu'st verbis? si operiri vellem paulisper mo-
Ut opinor, illius inspectandi mihi esset major copia:
Plus vidissem quam deceret, quam me atque illo æquum foret.
M. Perdidisti me sodalis. egone illam mulierem
Captis non perdam? perire me malis malim modis. Satin.

Satin' ut quem tu habeas fidelem tibi, aut cui credas, nescias?
L. Viden', ut ægre patitur gnatum esse corruptum tuum,
Suum sodalem! ut ipsus sese cruciat ægritudine!
P. Mnesiloche, hoc tecum oro, ut illius animum atque ingenium regas.
Serva tibi sodalem, & mihi filium. M. factum volo.
P. In te ergo hoc onus omne impono. Lyde, sequere hac me. L. sequor.
Melius esset, me quoque una si cum illo relinqueres.
P. Affatim est, Mnesiloche: cura, & concastiga hominem probe,
Qui dedecorat te, me, amicos atque alios flagitiis suis.

ACTUS III. SCENA IV.

MNESILOCHUS *adolescens.*

Mnitiorem nunc utrum credam magis
Sodalemne esse, an Bacchidem, incertum admodum est,
Illum exoptavit potius? habeat, optime est.
Næ illa illud hercle cum malo fecit suo, meo.
Nam mihi divini nunquam quisquam creduat,
Ni ego illam exemplis plurimis planeque amo.
Ego faxo, haud dicet nactam, quem derideat.
Nam jam domum ibo, atque aliquid surripiam patri.
Id isti dabo, ego istanc multis ulciscar modis.
Adeo ego illam cogam usque ut mendicet meus pater.
Sed satin' ego animum mente sincera gero?
Qui ad hunc modum hæc hîc, quæ futura, fabulor?
Amo hercle, opinor, utpote quod pro certo sciam.
Verum quam illa unquam de mea pecunia
Ramentâ fiat plumeâ propensior,
Mendicum malim mendicando vincere.
Nunquam edepol viva me irridebit. nam mihi
Decretum est renumerare jam omne aurum patri.
Igitur mihi inani atque inopi subblandibitur:
Tum, cum *mea illud* nihilo pluris referet,
Quam si ad sepulcrum mortuo dicat jocum.
Sed antequam illa unquam meis opulentiis
Ramenta fiat gravior, aut propensior,
Mori me malim excruciatum inopia.

Ero-

Profecto ſtabile eſt me patri aurum reddere.
Eadem exorabo, Chryſalo cauſſa mea
Pater ne noceat. non quid ei ſuccenſeat
Mea cauſſa de auro, quod eum ludificatus eſt.
Nam illi æquum eſt me conſulere, qui cauſſa mea
Mendacium dixit. vos me ſequimini.

ACTUS III. SCENA V.

PISTOCLERUS.

REbus aliis antevortat, Bacchis, quæ mandata mihi:
Mneſilochum ut requiram, atque ut eum mecum ad te adducam ſimul.
Nam illud animus meus miratur, ſi à me tetigit nuncius, (eſt domi.
Quid remoratur. ibo, & viſam hunc ad eum, ſi forte

ACTUS III. SCENA VI.

MNESILOCHUS, PISTOCLERUS.

REddidi patri omne aurum. nunc ego illam me velim (meam.
Convenire, poſtquam inanis ſum, contemptricem
Sed veniam mihi quam gravate pater dedit de Chryſalo! (ſcat.
Verum poſtremo impetravi, ut ne quid ei ſuccen-
P. Eſtne hic meus ſodalis? M. eſtne hic hoſtis, quem aſpicio, meus?
P. Certe is eſt. M. is eſt. P. adibo contra. M. contollam gradum.
P. Salvus ſis, Mneſiloche. M. ſalve. P. ſalvus cum peregre advenis, (movet.
Cœna detur, M. non placet mihi cœna, quæ bilem
P. Num quæ advenienti ægritudo objecta eſt?
M. atque acerrima.
P. Unde? M. ab homine, quem mihi amicum eſſe arbitratus ſum antidhac. (cenſeas.
P. Multi more iſto atque exemplo vivunt, quos cum Eſſe amicos, reperiuntur falſi falſimoniis,
Lingua factioſi, inertes opera, ſubleſta fide. (gere.
Nullus eſt, quoi non invideant rem ſecundam obtin-
Sibi ne invideatur, ipſi ignavi recte cavent.
M. Edepol tu illorum mores perquam meditate tenes.

Digitized by Google

Sed etiam unum hoc ex ingenio malo malum inveniunt suo?
Nulli amici sunt, inimicos ipsi in sese omnes habent.
Atque ii se cum frustrantur, frustrari alios stolidi existimant.
Sicut est hic, quem esse amicum ratus sum, atque ipsus sum mihi. (mali 21
Ille, quod in se fuit, accuratum habuit, quod posset
Facere, & in me inconciliare copias omnes meas.
P. Improbum istunc esse oportet hominem. M. ego ita esse arbitror.
P. Obsecro hercle loquere, quis is est? M. benevolens vivit tibi. (mali 25
Nam ni ita esset, tecum orarem, ut ei, quod posset
Facere, faceres. P. dic modo hominem, qui sit: si non fecero
Ei male aliquo pacto, me esse dicito ignaviſſumum.
M. Nequam homo est, verum hercle amicus est tibi. P. tanto magis (tiam.
Dic, quis est. nequam hominis ego parvipendo gra-
M. Video non potesse, quin tibi ejus nomen eloquar: 30
Pistocleres, perdidisti me sodalem funditus.
P. Quid istuc est? M. quid est? misine ego ad te ex Epheso epistolam
Super amica, ut mihi invenires? P. fateor factum, & repperi. (copia,
M. Qui? tibi non erat meretricum aliarum Athenis
Quibus cum haberes rem, nisi cum illa, quam ego mandassem tibi? 35
Occideres tu te amare & me ires consulum male?
P. Sanun' es? E. rem repperi omnem ex tuo magistro: ne nega. (probris.
Perdidisti me. P. etiamne ultro tuis me prolectas
M. Quid, amas Bacchidem? P. duas ergo hic intus eccas Bacchides.
M. Quid duæ? P. atque ambas sorores. M. loqueris nunc nugas sciens. 40
P. Post remo, si pergis parum mihi fidem arbitrarier,
Tollam ego te sed in collum, atque intro hinc auferam. M. imo ibo: mane.
P. Non maneo, neque tu me habebis falso suspectum. M. sequor.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA I.

PARASITUS, PUER.

PArasitus ego sum nequam hominis atq; improbi
Militis, qui amicam secum avexit ex Samo,
Nunc me ire jussit ad eam, & percunctarier,
Utrum aurum reddat, anne eat secum simul.
Tu qui dudum, puer, cum illa usque isti simul,
Quæ harum sunt ædes, pulta: adi actutum ad fores,
Recede hinc dierecte. ut pulsat propudium!
Comesse panem tris pedes latum potes,
Fores pultare nescis? ecquis his in ædibus est?
Herus ecquis hic est? ecquis hoc aperit ostium?
Ecquis exit?

ACTUS IV. SCENA II.

PISTOCLERUS, PARASITUS.

QUid istuc est? quænam istæc est pultatio?
Quæ te mala crux agitat? ad istunc qui mo-
Alieno vires tuas extentes ostio? (dum-
Fores pene effregisti. quid nunc vis tibi?
PA. Adolescens, salve. PI. salve. sed quem quæritas?
PA. Bacchidem. PI. utram ergo? PA, nihil scio,
nisi Bacchidem.
Paucis me misit miles ad eam Cleomachus,
Vel ut ducentos Philippos reddat aureos,
Vel ut hinc in Elatiam hodie eat secum simul.
PI. Non it. negato esse ituram abi, & renuncia.
Alium illa amat, non illum. duc te ab ædibus.
PA. Nimis iracunde. PI. at scin' quam iracundus
siem?
Næ tibi hercle haud longe est os ab infortunio,
Ita dentifrangibula hæc meis manibus gestiunt.
PA. Cum ego hujus verba interpretor, mihi cautio
Ne nucifrangibula excussit ex malis meis. (est,
Tuo ego istæc igitur dicam illi periculo.
PI. Quid ais tu? PA. ego istuc illi dicam PI. dic mihi,
Quis tu es? PA. illius sum integumentum corporis.
PI. Nequam esse oportet, quoi tu integumentum im-
probus es.
PA. Sufflatus ille huc veniet. PI. diruptum velim.
PA. Num quid vis? PI. abeas celeriter. facto est
opus.

Digitized by Google

PA. Vale dentifrangibule. PI. et tu, integumentum, vale
In eum nunc hæc revenit res locum, ut quid consilii
Dem meo sodali super amica, nesciam,
Qui iratus renumeravit omne aurum patri,
Neque nummus ullu'st, qui reddatur militi.
Sed huc concedam. nam concrepuerunt fores.
Mnesilochus eccum mœstus progreditur foras.

ACTUS IV. SCENA III.

MNESILOCHUS, PISTOCLERUS.

PEtulans, protervo, iracundo animo, indomito, incogitato,
Sine modo & modestia sum, sine bono jure, atque honore,
Incredibilis, impoque animi, inamabilis, illepidus vivo,
Malevolente ingenio natus. postremo id mihi est, quod nolo
Ego esse aliis. credibile hoc est? nequior nemo est, neque indignior,
Quoi dii bene faciant, neque quem quisquam homo aut amet, aut adeat.
Inimicos quam amicos æquius est me habere: malos quam bonos.
Par magis me juvare. omnibus probris, quæ impro- bis viris
Digna sunt, dignior nullus est homo: qui patri reddidi
Omne aurum amans, quod fuit præ manu. sumne ego homo miser,
Perdidi me, atque operam Chrysali.
P. Consolandus hic mihi est. ibo ad eum. Mnesiloche quid fit? M. perii!
P. Dii melius faciant. M. perii! P. non taces insipiens? M. taceam? pectore
P. Sanus satis non es. M. perii. multa mala mihi in
Nunc acria atque acerba eveniunt. crimininⁿ me habuisse fidem? mum.
Immerito tibi iratus fui. P. eja bonum habe animum. M. Unde habeam? mortuus pluris pretii'st, quam ego sum. P. militis ego meis
Parasitus modo venerat aurum petere: hinc eum
Dictis malis, his foribus atque hac repuli, rejeci hominem.

M. Quid

Digitized by Google

M. Quid mihi id prodeſt? quid faciam? nihil habeo miſer. ille quidem
Hanc abducet, ſcio. P. ſi mihi ſit, non pollicear.
M. ſcio, dares,
Novi, ſed niſi ames, non habeam tibi fidem tantam.
Nunc agitas ſat tute tuarum rerum: egone ut opem mihi
Ferre putem poſſe inopem te? P. tace modo: deus reſpiciet nos aliquis.
M. Nugæ. P. mane. M. quid eſt? tuam copiam eccam Chryſalum video.

ACTUS IV. SCENA IV.

CHRYSALUS *ſervus*, MNESILOCHUS, PISTOCLERUS *adoleſcens*.

HUnc hominem decet auro expendi: huic deeet ſtatuam ſtatui ex auro.
Nam duplex hodie facinus feci, duplicibus ſpoliis ſum affectus.
Herum majorem meum ut ego hodie laſi lepide! ut ludificatus eſt!
Callidum ſenem callidis dolis compuli, & perpuli, mihi omnia ut crederet.
Nunc amanti hero, filio ſenis, quicum ego bibo, quicum edo, & amo,
Regias copias aureaſque obtuli, ut domo ſumeret, neu foris quæreret.
Non mihi iſti placent Parmenones, Syri, qui duas aut tres minas
Auferunt heris. nequius nihil eſt, quam egens conſilii ſervos, niſi habet
Multipotens pectus: ubicumque uſus ſiet, pectore expromat ſuo.
NULLUS frugi eſſe poteſt homo, ni ſi qui & bene & male facere tenet.
Improbus cum improbis ſit, harpaget: furibus furetur quod queat: (qui ſapit.
Verſipellem frugi convenit eſſe hominem, pectus
Bonus ſit bonis, malus ſit malis. utcunque res ſit, ita animum habeat.
Sed lubet ſcire, quantum aurum herus ſibi dempſit: & quid ſuo reddidit patri.

Si

Si frugi eſt, Herculem fecit ex patre: decumam partem ei
Dedit, ſibi novem abſtulit. ſed, quem quæro, optimo ecce obviam
Mihi eſt. num qui nummi exciderunt, here, tibi, quod ſic terram (ſpicor?
Obtuere? quid vos mœſtos tum triſteſque eſſe con-
Non placet, nec eſt temere etiam. quin mihi reſpondetis? (parum.
M. Chryſale, occidi. C. fortaſſis tu auri dempſiſti
M. Qui, malum, parum? imo vero nimio minus multo parum.
C. Quid igitur, ſtulte? quoniam occaſio ad eam rem fuit res,
Mea virtute parta, ut quantum velles, tantum ſume-
Sic hoc digitulis duobus ſumebas primoribus?
An neſciebas, quam ejuſmodi homini raro tempus ſe daret?
M. Erras. C. at quidem tute erraſti, cum parum immerſti ampliter.
M. Pol tu quam nunc me accuſes magis, ſi magis rem noveris, (mali.
Occidi! C. jam animus iſtoc dicto plus præſagit
M. Perii. C. quid ita? M. quia patri omne cum ramento reddidi.
C. Reddiſti? M. reddidi. C. omnene? M. oppido. C. occiſi ſumus!
Quî in mentem venit tibi iſtuc facinus facere tam malum?
M. Bacchidem atque hunc ſuſpicabar propter crimen, Chryſale,
Me male conſuluiſſe: ob eam rem omne aurum iratus reddidi (tui?
Meo patri. C. quid, ubi reddebas aurum, dixiſti pa-
M. Id aurum accepiſſe extemplo ab hoſpite Archidemide. C. hem!
Iſtoc dicto dediſti hodie in cruciatum Chryſalum.
Nam ubi me aſpiciet, ad carnificem rapiet continuo ſenex.
M. Ego patrem exoravi. C. nempe ergo hoc ut faceret, quod loquor?
M. Imo tibi ne noceat, nec quid ob eam rem ſuccenſeat.

Atque

Atque ægre impetravi. nunc hoc tibi curandum eſt,
Chryſale.
C. Quid vis curem? M. ut ad ſenem etiam alteram facias viam:
Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina,
Ut ſenem hodie doctum docte fallas, aurumque auferas. (feceris.
C. Vix videtur fieri poſſe. M. perge, ac facile hæc
C. Quam, malum, facile? quem mendacii prehendit manifeſto modo: (credere.
Quem ſi orem, ut mihi nihil credat, id non aſſit
M. Imo ſi audias, quæ dicta dixit me adverſum tibi.
C. Quid dixit? M, ſi tu illum Solem ſibi Solem eſſe dixeris, (eſt dies.
Se illum Lunam credere eſſe, & noctem qui nunc
C. Emungam hercle hominem probe hodie: ne id negnicquam dixerit.
M, Nunc quid nos vis facere? C. enim nihil, niſi ut ametis, impero. (dabo.
Cetcrum quantum libet me poſcitote aurum; ego
Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probo?
Sed nunc quantulum uſu'ſt auri tibi Mneſiloche? dic mihi (de.
M. Militi nummis ducentis jam uſus eſt pro Bacchi-
C Ego dabo. M. tum nobis opus eſt ſumptu. C. ah, placide volo
Unumquidque agamus: hoc ubi egero, tum iſtuc agam. (ſenem:
De ducentis nummis primum intendam baliſtam in
Ea baliſta ſi pervortam turrim & propugnacula,
Recta porta invadam extemplo in oppidum antiquum & vetus:
Si id capſo, geritote amicis veſtris aurum corbibus,
Si quoi animus ſperat. P. apud te eſt animus noſter, Chryſale.
C. Nunc tu abi intro, Piſtoclere, ad Bacchidem, atque effer cito.
P. Quid? C. ſtylum, ceram, & tabellas, & linum.
P. jam faxo hic erunt.
M. Quid nunc es facturus? id mihi dice, coctum eſt prandium.
C. Vos duo eritis, atque amica tua erit tecum tertia.

M. Sicut

M. Sicut dicis. C. Piſtoclero nulla amica eſt. M. imo adeſt.
Alteram ille amat ſororem, ego alteram, ambas Bacchides.
C. Quid tu loqueris? M. hoc ut futuri ſumus. C. ubi eſt biclinium
Vobis ſtratum? M. quid id exquiris? C. res iſta eſt: dici volo. (exordiar. 71
Neſcis quid ego acturus ſim, neque facinus quantum
M. Cedo manum, ac ſubſequere propius me ad fores: intro inſpice.
C. Evax, nimis bellus, atque ut eſſe maxime optabam, locus. (illico eſt. 74
P. Quæ imperaſti, imperatum bene, bonis factum
C. Quid paravisti? P. quæ tu parari juſſiſti omnia.
C. Cape ſtylum propere & tabellas tu has tibi. M. quid poſtea? (volo
C. Quod jubebo, ſcribito iſtic. nam propterea te
Scribere, ut pater cognoſcat literas, quando legat.
Scribe. M. quid ſcribam? C. ſalutem tuo patri verbis tuis.
P. Quid ſi potius morbum & mortem ſcribat? id erit rectius. 80
M. Ne interturba. jam imperatum in cera ineſt. C. dic quemadmodum?
M. Mneſilochus ſalutem dicit ſuo patri, C. adſcribo hoc cito. (ter,
Chryſalus mihi uſquequaque loquitur nec recte, pa-
Quia tibi aurum reddidi, & quia non te defraudaverim.
P. Mane, dum ſcribit. C. celerem oportet eſſe amatoris manum. 85
P. Atque idem hercle eſt ad perdundum magis, quam ad ſcribendum citus.
M. Loquere: hoc ſcriptum eſt. C. nunc, pater mi, proin tu ab eo ut caveas tibi:
Sycophantias componit, aurum ut abs te auferat:
Et profecto ſe ablaturum dixit. plane adſcribito.
M. Dic modo. C. atque id pollicetur ſe daturum aurum mihi, 90
Quod dem ſcortis, quodque in luſtris comedim, & congræcem, pater:
Sed, pater, vide ne tibi hodie verba det: quæſo cave.
M. Lo-

Digitized by Google

M. Loquere porro. C. adscribe dum. M. etiam loquere, quid scribam modo.
C. Sed, pater, quod promisisti mihi, te quæso ut memineris,
Ne illum verberes, verum apud te vinctum asservato domi.
Cedo tu ceram ac linum actutum. age, obliga. obsigna cito.
M. Obsecro, quid istis ad istunc usu'st conscriptis modum?
Ut tibi ne quid credat, atque ut vinctum te asservet domi?
C. Quia mihi ita lubet, potin' ut cures te, atque ne parcas mihi?
Mea fiducia opus conduxi, & meo periculo rem gero.
M. Æquom dicis. C. cedo tabellas. M. accipe. C. animum advortite.
Mnesiloche & tu Pistoclere, jam facite in biclinio
Cum amica sua uterque ad cubitum eatis: ita negotium est. (cito.
Atque ibidem, ubi nunc sunt lecti strati, poteris
P. Nun quid aliud? C. hoc, atque etiam ubi erit accubitum semel,
Ne quoquam exsurgatis, donec à me erit signum datum.
P. O Imperatorem probum! C. jam bis bibisse oportuit.
M. Fugiamus. C. vos vostrum curate officium, ego efficiam meum.

ACTUS IV. SCENA V.

CHRYSALUS.

INsanum magnum molior negotium,
Metuoque ut hodie possiem emolirier.
Sed nunc truculento mihi atque sævo usus sene est.
Nam non conducit huic sycophantiæ
Senem tranquillum esse: qui ubi me aspexerit,
Versabo ego illunc hodie, si vivo, probe.
Tam fictum ego illum reddam, quam fictum est cicer.
Adambulabo ad ostium, ut quando exeat,
Exemplo advenienti ei tabellas dem in manum.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA VI.

NICOBULUS, CHRYSALUS.

NImio illæc res eſt magnæ dividiæ mihi,
Subterfugiſſe ſic mihi hodie Chryſalum.
C. Salvus ſum, iratus eſt ſenex. nunc eſt mihi
Adeundi ad hominem tempus. N. quis loquitur prope?
Atque hic quidem opinor Chryſalu'ſt. C. acceſſere.
N. Bone ſerve ſalve. quid fit? quam mox navigo
In Epheſum, ut aurum repetam ab Theotimo domum,
Faces? per omnes deos adjuro, ut ni meum
Gnatum tam amen, atque ei facta cupiam quæ is velit,
Ut tua jam virgis latera lacerentur probe,
Ferratuſque in piſtrino ætatem conteras.
Omnia reſcivi ſcelera ex Mneſilocho tua.
C. Men' criminatus eſt? optime eſt: ego ſum malus,
Ego ſum ſacer, ſceleſtus: ſpecta rem modo,
Ego verbum faciam. N. etiam curnufex
Minitare? C. noſces tu illum actutum qualis ſit.
Nunc haſce tabellas ferre me juſſit tibi.
Orabat, ut, quod iſtic eſſet ſcriptum, id fieret.
N. Cedo. C. noſce ſignum. N. novi. ubi ipſe eſt?
C. neſcio.
Nihil jam me oportet ſcire: oblitus ſum omnia,
Scio me eſſe ſervom. neſcio etiam id quod ſcio.
Nunc ab tranſenna hic turdus lumbricum petit:
Pendebit hodie pulchre, ita intendi tenus.
N. Mane dum parumper: jam ad te exeo, Chryſale.
C. Ut verba mihi dat! ut neſcio quam rem gerat!
Servos arceſſit intus, qui me vinciant.
Bene navis agitatur, pulche hæc confertur ratis.
Sed comiciſcam: nam audio aperiri fores.

ACTUS IV. SCENA VII.

NICOBULUS, CHRYSALUS.

COnſtringe tute illi, Artamo, actutum manus.
C. Quid feci? N. impinge pugnum, ſi mutiverit.
Quid hæ loquuntur literæ? C. quid me rogas?
Ut ab illo accepi, ad te obſignatas attuli.
N. Eho tu, loquitatuſne es gnato meo male

Per

Per sermonem, quia mihi id aurum reddidit?
Et te dixisti id aurum ablaturum tamen
Per sycophantias? C. egone istuc dixi? N. ita.
C. Quis homo est, qui dicat me dixisse istuc? N. tace.
Nullus homo dicit: hæ tabellæ te arguunt,
Quas tu attulisti. hem! hæ te vinciri jubent. C. aha!
Bellerophontem jam tuus me fecit filius.
Egomet tabellas detuli, ut vincirer? sine!
N. Propterea hoc facio, ut suadeas gnato meo
Ut pergræcetur tecum, terveneficæ.
C. O stulte, stulte nescis nunc venire te:
Atque in eo ipso astas lapide, ubi præco prædicat.
N. Responde: quis me vendit? C. QUEM DI diligunt,
Adolescens moritur, dum valet, sentit, sapit.
Hunc si ullus deus amaret, plus annis decem,
Plus jam viginti mortuum esse oportuit:
Qui terræ odium inambulat, jam nihil sapit,
Nec sentit. tanti est, quanti est fungus putidus.
N. Tun' terræ me odium esse autumas? abducite hunc
Intro, atque astringite ad columnam fortiter.
Nunquam auferes hinc aurum. C. atqui jam dabis.
N. Dabo? C. atque orabis me quidem ultro, ut auferam;
Cum illum resciscet criminatorem meum
Quanto in periculo, & quanta in pernicie siet;
Tum libertatem Chrysalo largibere:
Ego adeo nunquam accipiam. N. dic, scelerum caput.
Dic, quo in periculo est meus Mnesilochus filius?
C. Sequere hac me. faxo jam scies. N. quo gentium?
C. Tres unos passus. N. vel decem. C. agedum,
tu Artamo,
Forem hanc pauxillulum aperi, placide, ne crepa:
Sat est: accede huc tu, viden' convivium?
N. Video ex adversum Pistoclerum & Bacchidem.
C. Qui sunt in lecto illo altero? N. interii miser!
C. Novistine hominem. N. novi. C. dic sodes mihi,
Bellan' videtur specie mulier? N. admodum.
C. Quid illam, meretricem ne esse censes? N. quippini.
C. Frustra es. N. quis igitur obsecro est. C. invenis.
Ex me quidem hodie nunquam fies certior.

ACTUS IV. SCENA VIII.

CLEOMACHUS, NICOBULUS, CHRYSALUS.

MEamne hic Mneſilochus, Nicobuli filius,
Per vim ut retineat mulierem? quæ hæc factio eſt? (mihi.
Quis ille eſt? CH. per tempus hic venit miles
N. Non me arbitratur militem, ſed mulierem,
Qui me meoſque non queam defendere.
Nam neque Bellona mihi unquam, neque Mars creduat,
Ni illum exanimalem faxo, ſi convenero,
Nive exhæredem fecero vitæ ſuæ.
N. Chryſale, quis ille eſt, qui minitatur filio?
CH. Vir hic eſt illius mulieris, qua cum accubat.
N. Quid, vir? CH. vir, inquam. N. nupta eſt illan' obſecro?
CH. Scies haud multo poſt. N. oppido interii miſer!
CH. Quid? nunc ſceleſtus tibi videtur Chryſalus:
Age nunc, vincito me, auſcultato filio.
Dixin' tibi ego illum inventurum te qualis ſit?
N. Quid nunc ego faciam? CH. jube ſis me exſolvi cito: (opprimet.
Nam niſi ego exſolvor, jam manifeſto hominem
CL. Nihil eſt lucri, quod me hodie facere mavelim,
Quam illum cubantem cum illa opprimere, ambo ut necem. (20
CH. Audin' quæ loquitur? quin tu me exſolvi jubes?
N. Exſolvite iſtum. perii, pertimui miſer.
CL. Tum illam, quæ corpus publicat vulgo ſuum,
Faxo, ſe haud diſcat nactam, quem derideat.
CH. Paciſci cum illo paullula pecunia.
Potes. N. Paciſcere ergo obſecro, quid tibi lubet.
Dum ne manifeſto hominem opprimat, neve enicet.
CL. Nunc niſi ducenti Philippi reddantur mihi,
Jam illorum ego animam amborum exſorbebo oppido.
N. Hem illoc paciſcere, ſi potes. perge obſecro.
Paciſcere quidvis. CH. ibo & faciam ſedulo.
Quid clamas? CL. ubi herus tuus eſt? CH. nusquam, neſcio.
Vis tibi ducentos nummos jam promittier,

Ut

Ut ne clamorem hic facias, neu convicium?
CL. Nihil eſt, quod malim. CH. atque ut tibi mala
multa ingeram?
CL. Tuo arbitratu. CH. ut ſubblanditur carnifex.
C. Pater hic Mneſilochi eſt: ſequere. is promittet tibi.
Tu aurum rogato: ceterum verbum ſat eſt.
N. Quid fit? CH. ducentis Philippis rem pepigi.
N. vah, ſalus
Mea, ſervaſti me, quam mox dico! Dabo.
CH. Roga hunc tu, promitte huic. N. promitto, roga.
CL. Ducentos nummos aureos Philippos probos
Dabin'? Dabuntur, inque: reſponde. N. dabo.
CH. Quid nunc, impure, nunquid debetur tibi?
Quid illi moleſtus? quid illum morte terres?
Et ego te & ille mactamus infortunio.
Si tibi eſt machæra, & nobis verutina eſt domi:
Qua quidem te faciam, ſi tu me irritaveris,
Confoſſiorem ſoricina nænia.
Jamdudum hercle equidem ſentio, ſuſpicio
Quæ te ſollicitet, eum eſſe cum illa muliere.
CL. Imo eſt quoque. CH. ita me Juppiter, Juno, Ceres,
Minerva, Latona, Spes, Opis, Virtus, Venus,
Caſtor, Polluces, Mars, Mercurius, Hercules,
Submanus, Sol, Saturnus, diique omnes ament:
Ut ille cum illa neque cubat, neque ambulat,
Neque oſculatur, neque illud quod dici ſolet.
N. Ut jurat! ſervat me ille ſuis perjuriis.
CL. Ubi nunc Mneſilochus ergo eſt? CH. rus miſit pater.
Illa autem in arcem abivit ædem viſere
Minervæ. nunc aperta eſt. i, viſe, eſtne ibi?
CL. Abeo ad forum igitur. CH. vel hercle in malam crucem. (ſuſpende te:
C. Hodie exigam aurum hoc? CH. exige, ac
Ne ſupplicare cenſeas, nihili homo.
Ille eſt amotus. fine me, per, te here obſecro,
Deos immortales, ire huc intro ad filium.
N. Quid eo introibis? CH. ut eum dictis plurimis
Caſtigem, cum hæc ſic facta ad hunc faciat modum.
N. Imo oro ut facias, Chryſale, & ted obſecro,
Cave parſis in eum dicere. CH. etiam me mones?

Satin'ſt, ſi plura ex me audiet hodie mala,
Quam audivit unquam Clinia ex Demetrio?
N. Lippi illic oculi ſervos eſt ſimillimus:
Si non eſt, nolis eſſe, neque deſideres:
Si eſt, abſtinere, quin attingas, non queas.
Nam ni illic hodie forte fortuna hic foret,
Miles Mneſilochum cum uxore opprimeret ſua,
Atque obmuncaret mœchum manifeſtarium.
Nunc quaſi ducentis Philippis emi filium,
Quos dare promiſi militi: quos non dabo
Temere etiam, priuſquam filium convenero.
Nunquam edepol quicquam temere credam Chryſalo:
Verum libet etiam mihi has perlegere denuo:
Æquum eſt tabellis conſignatis credere.

ACTUS IV. SCENA IX.

CHRYSALUS, NICOBULUS.

ATridæ duo fratres cluent feciſſe facinus maximum: (manu,
Cum Priami patriam Pergamum, divina mœnitum
Armis, equis, exercitu, atque eximiis bellatoribus,
Millenum numero navium, decumo anno poſt ſubegerunt.
Non Pelides termento fuit, prænt ego herum expugnabo meum? (tum,
Sine claſſe, ſineque exercitu, & tanto numero militum
Cepi, expugnavi amanti herili filio aurum ab ſuo patre.
Nunc priuſquam hic ſenex venit, libet lamentari, dum exeat:
O Troja! ô patria! ô Pergamum! ô Priame! periiſti ſenex,
Qui miſere male mulcabere quadringentis Philippis aureis. (fero,
Nam ego has tabellas obſignatas, conſignatas quas
Non ſunt tabellæ, ſed equus, quem miſere Achivi ligneum.
Epius eſt Piſtocleros: ab eo hæc ſumpta. Mneſilochus Sinon eſt (accubat:
Relictus: ellum, non in buſto Achilli, ſed in lecto
Bacchidem habet ſecum. ille olim habuit ignem, qui ſignum daret:

Hæc ipſum exurit. e[illegible]ſum Vlyſſes, cujus conſilio hæc geruntur. (milites
Tum quæ hic ſunt ſcriptæ literæ, hoc in equo inſunt
Armati atque animati probe. ita res ſucceſſit, meliuſque adhuc.
Atque hic equus non in arcem, verum in arcam faciet impetum.
Excidium, exitium, exlecebra fiet hic equus hodie auro ſenis.
Noſtro ſeni huic ſtolido, ei profecto nomen facio ego Ilio,
Miles Menelaüſt: ego Agamemnon, idem Vlyſſes Laërtius,
Mneſilochus eſt Alexander, qui erit exitium rei patriæ ſuæ:
Is Helenam abduxit, cuja cauſſa nunc facio obſidium Illio.
Nam illîc eidem audivi Vlyſſem, ut ego ſum, fuiſſe & audacem & malum.
Dolis ego deprenſus ſum: ille mendicans pæne inventus interiit,
Dum ſibi exquirit fata Iliorum. aſſimiliter mihi hodie obtigit. (dolis.
Vinctus ſum, ſed dolis exemi: item ſe ille ſervavit
Ilio tria fuiſſe audivi fata, quæ illi forent exitio:
Signum ex arce ſi periſſet: alterum etiam eſt Troſti mors: (tur.
Tertium cum portæ Scææ limen ſuperum ſcinderetur.
Paria item tria eis tribus ſunt fata noſtro huic Ilio:
Nam dudum primo, ut dixeram noſtro ſeni mendacium
Et de hoſpite, & de auro, & de lembo, ibi ſignum ex arce jam abſtuli.
Jam duo reſtabant fata tum, nec magis id ceperum oppidum. (lum.
Poſt ubi tabellas ad ſenem detuli, ibi occidi Troi-
Cum cenſuit Mneſiochum cum uxore eſſe dudum militis,
Ibi vix me exſolvi. atque id periculum aſſimilo, Ulyſſem ut prædicant
Cognitum ab Helena eſſe, proditumque Hecubæ. ſed ut olim ille ſe
Blanditiis exemit & perſuaſit, ſe ut amitteret: item

Item ego dolis me illo expuli periculo, & decepi senem.
Postea cum magnifico milite, urbes verbis qui inermus capit,
Conflixi, atque hominem repuli: dein' pugnam conserui seni:
Ego eum adeo uno mendacio devici, uno ictu extempulo
Cepi spolia. is nunc ducentos nummos Philippos militi,
Quos dare se promisit, dabit.
Nunc alteris etiam ducentis usus est, qui dispensentur
Ilio capto: ut sit mulsum, qui triumphent milites.
Sed Priamus hic multo illi præstat non quinquaginta modo,
Quadringentos filios habet; atque equidem omnes lectos sine probro: (ictibus.
Eos ego hodie omnes contruncabo duobus solis
Nunc Priamo nostro si est quis emptor, coemptionalem senem
Vendam ego, venalem quem habeo, extemplo ubi oppidum expugnavero.
Sed Priamum astantem eccum ante portam video. adibo atque alloquar.
N. Cujanam vox prope me sonat? C. ô Nicobule! N. quid fit? quid,
Quod te misi, ecquid egisti? C. rogas? congredere. N. congredior.
CH. Optimus sum orator. ad lacrumas coegi hominem castigando.
Maleque dictis, quæ quidem quivi comminiscì. N quid ait? CH. verbum
Nullum fecit: lacrumans tacitus auscultabat, quæ ego loquebar: (dedit,
Tacitus conscripsit tabellas: obsignatas mihi has
Tibi me jussit dare. sed metuo, ne idem canterus quod priores.
Nosce signum. estne ejus? N. novi, libet perlegere has. CH. perlege. (Ilio.
Nunc superum limen scinditur, nunc adest exitium
Turbat equus lepide ligneus. N. Chrysale ades, dum ego has perlego.

CH. Quid

CH. Quid me tibi adesse opus est? N. volo, ut quod jubebo facias,
Ut scias quæ hic scripta sient. CH. nihil moror, neque scire volo.
N. Tamen ades. CH. quid opus est? N. taceas: quod jubeo, id facias. CH. adero.
N. Euge literas minutas. C. qui quidem videat. parum:
Verum, qui satis videat, grandes satis sunt. N. animum advortito igitur.
C. Nolo, inquam. N, at volo, inquam. C. quid opus est? N. ad enim id, quod te jubeo facias.
C. Justum est, tuus tibi servos tuo arbitratu serviat.
N. Hoc agesis jam nunc. C. ubi lubet, recita: aurium operam tibi dico.
N. Cœræ quidem haud parsit, neque stylo. sed quicquid est: perlegere certum est.
Pater ducentos Philippos quæso Chrysalo
Da, si esse salvum vis me, aut vitalem tibi.
C. Malum quidem hercle magnum, tibi dico. N. quid est?
C. Non prius salutem scripsit? N. nusquam sentio.
C. Non dabis, si sapies. verum si das maxume.
Næ ille alium gerulum quærat, si sapiet, sibi:
Nam ego non laturus sum, si jubeas maxume:
Sat sic suspectus sum, cum careo noxia.
N. Ausculta porro, dum hoc, quod scriptum est, perlego.
C. Inde à principio jam impudens epistola est.
N. Pudet prodire me ad te in conspectum, pater.
Tantum flagitium te scire audivi meum,
Quod cum peregrini cubui uxore militis.
N. Pol haud derides nam ducentis aureis
Philippis redemi vitam ex flagitio tuam.
C. Nihil est illorum, quin ego illi dixerim.
N. Stulte feciſſe fateor. sed quæso, pater,
Ne me in stultitia, si deliqui, deseras.
Ego animo cupido, atque oculis indomitis fui:
Persuasum est facere, cujus nunc me facti pudet.
N. Prius te caviſſe ergo, quam pudere, æquum fuit.
C. Eadem istæc verba dudum illi dixi omnia.
N. Quæso, ut sat habeas id, pater, quod Chrysalus
Objurgavit me plurimis verbis malis;

Digitized by Google

Et me meliorem fecit præceptis suis,
Ut te ei habere gratiam æquum sit bonam.
C. Estne istuc istic scriptum? N. hem specta: tum scies.
C. Ut qui deliquit, supplex est ultro omnibus!
N. Nunc si me fas est obsecrare abs te patrem,
Da mihi ducentos nummos Philippos, te obsecro.
C. Ne unum quidem hercle, si sapis. N. sine perlegam:
Ego jusjurandum verbis conceptis dedi,
Daturum id me hodie mulieri ante vesperum,
Priusquam à me abierit. nunc, pater, ne pejerem,
Cura, atque abduce me hinc ab hac quantum potest,
Quam propter tantum damni feci & flagitii.
Cave tibi ducenti nummi dividiæ fuant.
Sexcenta tanta reddam, si vivo, tibi.
Vale, atque hæc cura. Quid nunc censes, Chrysale
C. Nihil ego tibi hodie consilii quicquam dabo:
Neque ego haud committam, ut, si quid peccatum siet,
Feciisse dicas de mea sententia.
Verum ut ego opinor, si ego in istoc siem loco,
Dem potius aurum, quam illum corrumpi sinam.
Duæ conditiones sunt: utram tu accipias, vide.
Vel ut aurum perdas, vel ut amator pejeret.
Ego neque te jubeo, neque veto, neque suadeo. (20
N. Miseret me illius. C. tuus est; non mirum facis.
Si plus perdundum sit, periisse suavius est,
Quam illud flagitium volgo dispalescere.
N. Næ ille edepol Ephesi multo mavellem foret,
Dum salvos esset, quam revenisset domum.
Quin ergo istic, quod perdundum est, propero perdere?
Binos ducentos Philippos jam intus efferam:
Et militi quos dudum promisi miser,
Et istos. mane istic: jam exeo ad te, Chrysale.
C. Fit vasta Troja, scindunt proceres Pergamum, 130
Scivi ego jamdudum fore me exitum Pergamo.
Edepol qui me esse dicat cruciatu malo
Dignum, næ ego cum illo pignus haud ausim dare,
Tanta turbellas facio. sed crepuit foris!
Effertur præda ex Troja. taceam nunc jam.
N. Cape hoc tibi aurum, Chrysale. i, fer filio.

Ego

Ego ad forum autem hinc ibo, ut ſolvam militem.
C. Non equidem accipiam. proin tu quæras qui ferat.
Nolo ego mihi credi. N. cape vero: odioſe facis.
C. Non equidem capiam. N. at quæſo. C. dico, ut res ſe habet.
N. Morare. C. nolo inquam aurum concredi mihi.
Vel da aliquem, qui me ſervet. N. ohe, odioſe facis.
C. Cedo, ſi neceſſe eſt. N. cura hoc. jam ego huc revenero,
C. Curatum eſt, eſſe te ſenem miſerrimum.
Hoc eſt incepta efficere pulchre, veluti nunc mihi
Evenit, ut ovans præda onuſtus incederem.
Salute noſtra atque urbe capta per dolum,
Domum reduco integrum omnem exercitum.
Sed, ſpectatores, vos nunc ne miremini,
Quod non triumpho pervulgatum eſt. nihil moror.
Verumtamen accipientur mulſo milites.
Nunc hanc prædam omnem jam ad quæſtorem deferam.

ACTUS IV. SCENA X.

PHILOXENUS

QUam magis in pectore meo foveo, quas meus filius turbas turbet,
Quam ſe ad vitam, & quos ad amores præcipitem inſcitus capeſſat:
Magis curæ eſt, magiſque afformido, ne is pereat, neu corrumpatur.
Scio. ego fui illa ætate, & feci illa omnia, ſed more modeſto.
Neque placitant mores, quibus video volgo gnatis eſſe parentes. (ſed raro.
Duxi, habui ſcortum: poravi, edi, donavi. & enim
Ego dare me ludum meo gnato inſtitui. ut animo obſequium
Sumere poſſit, æquum eſſe puto: ſed nimis nolo de ſid æ (viſo:
Ei dare ludum. nunc Mneſilochum, quod mandavi,
Ecquid eum ad virtutem aut ad frugem opera ſua compulerit:
Sicut eum, ſi convenit, ſcio feciſſe: eo eſt ingenio natus.

Digitized by Google

ACTUS V. SCENA I.

NICOBULUS, PHILOXENUS.

QUicunque ubique sunt, qui fuere, quique futuri sunt posthac
Stulti, stolidi, fatui, fungi, bardi, blenni, buccones,
Solus ego omnes longe anteeo stultitia, & moribus indoctis, (esse indigne?
Perii! pudet hoccine me ætatis ludum bis factum
Magis quam id reputo, tam magis uror, quæ meus filius turbavit.
Perditus sum, atque etiam eradicatus sum: omnibus exemplis crucior. (tetii.
Omnia me mala consectantur, omnibus exitiis in-
Chrysalus me hodie laceravit, Chrysalus me miserum spoliavit:
Is me scelus usque attondit dolis doctis indoctum, ut libitum est.
Ita miles memorat meretricem esse, quam ille uxorem esse ajebat.
Omniaque, ut quidquid actum est, memoravit. eam sibi hanc animum conductam.
Reliquum id auri factum, quod ego ei stultissimus homo promisissem.
Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc est demum quod percrucior, (factum
Me hoc ætatis ludificari, imo edepol sic ludos
Cano capite, atque alba barba! miserum me auro esse emunctum!
Perii. hoc servum meum non nauci facere esse ausum? atque ego, si alibi
Plus perdiderim, minus ægre habeam, minusque id mihi damno ducam.
PH. Certo hic prope me mihi nescio quis loqui visus est. sed quem video.
Hic quidem pater Mnesilochi est. N. euge, socium ærumnæ & mei mali video.
Philoxene salve. PH. & tu. unde agis? N. unde homo miser atque infortunatus.
PH. At pol ego ibi sum esse ubi miserum hominem decet atque infortunatum.
N Igitur pari fortuna, ætate ut sumus, utimur.
PH. sic est. sed, tu,

Quid

Quid tibi eſt? N. pol mihi par idem eſt quod tibi.
PH. nunquid nam ad filium
Hæc ægritudo attinet? N. admodum. PH. idem
mihi morbus in pectore eſt.
N. At mihi Chryſalus optimus homo
Perdidit filium, me, atque rem omnem
Meam. PH. quid tibi ex filio nam, obſecro, ægre
eſt? N. ſcies id: periit
Cum tuo: atque ambo æque amicas habent. PH. qui
ſcis? N. vidi. PH. hei mihi, diſperii!
N. Quid dubitamus pultare, atque huc evocare
ambos foras?
PH. Haud moror. N. heus Bacchis, jube ſis actutum aperiri fores.
Niſi mavoltis fores & poſtes comminui ſecuribus.

ACTUS V. SCENA II.

BACCHIDES, *duæ ſorores.* NICOBULUS, PHILOXENUS, *ſenes.*

QUis ſonitu ac tumultu tanto nomine nominat
Me, atque pultat ædes? N. ego atque hic.
B. quid hoc eſt
Negotii? nam amabo, quis has huc oves adegit?
N. Oves nos vocant peſſumæ. S. paſtor harum
Dormit, eum hæ eunt ſic à pecu palitantes.
B. At pol nitent, haud ſordidæ videntur ambæ.
S. Attonſæ hæ quidem ambæ uſque ſunt. P. ut videntur
Deridere nos! N. ſine, ſuo uſque arbitratu.
B. Rerin' ter in anno tu has tonſitari? S. pol hodie
Altera jam bis detonſa certo eſt. B. vetulæ
Sunt thymianæ. S. at bonas fuiſſe crede.
S. Viden' limulis, obſecro, ut intuentur!
B. Ecaſtor ſine omni arbitror malitia eſſe.
P. Merito hoc nobis fit: qui quidem huc venerimus.
B. Cogantur quidem intro. S. haud ſcio quid eo opus ſit,
(aſſent.
Quæ nec lactem, nec lanam ullam habent. ſic ſine
Exſolvere, quanti fuere. omnis fructus
Jam illis decidit. non vides, ut palantes
Solæ libere graſſentur? quin ætate credo eſſe mutas:
Ne balant quidem, cum à pecu cetero abſunt.
S. ſtultæ atque haud malæ videntur.

B. Re-

Digitized by Google

B. Revortamur intro ſoror. N. illico ambæ manete : hæ oves volunt vos.
B. Prodigium hoc quidem eſt : humana nos voce appellant oves.
P. Hæ oves vobis malam rem magnam, quam debent, dabunt.
B. Si quam debes, te condono; tibi habe, nunquam abs te petam. (mini? 25
Sed quid eſt. quapropter nobis vos malum minita-
P. Quia noſtros agnos concluſos iſtic eſſe ajunt duos.
N. Et, præter eos agnos, meus eſt iſtic clam mordax canis: foras,
Qui niſi nobis producuntur jam, atque emittuntur
Arietes truces nos erimus, jam in vos incurſabimus.
B. Soror' eſt, quod te volo ſecreto. S. eho, amabo. N. quo illæ abeunt? B. ſenem illum. 30
Tibi dedo ulteriorem, lepide ut lenitum reddas: ego ad hunc
Iratum aggrediar. poſſumus nos hos intro illicere huc? S. meum
Penſum ego lepide accurabo, quanquam odioſum eſt mortem amplexari.
B. Facito ut facias. S. taceas. tu tuum facito, ego quod dixi haud mutabo.
N. Quid illæ illic in conſilio duæ ſecreto conſultant? 35
P. Quid ais tu homo? N. quid me vis? P. pudet dicere me tibi quiddam.
N. Quid eſt, quod pudeat? P. 'ſt! amico homini tibi quid volo credere, certum eſt,
Nihili ſum, N. iſtuc jampridem ſcio. ſed, quid nihili ſis, memora.
P. Tactus ſum vehementer viſco: cor ſtimulo foditur. N. pol tibi
Multo æquius eſt coxendicem. 40
Sed quid iſtuc eſt? etſi jam ego ipſe, quid ſit, prope ſcire puto me,
Verum audire etiam ex te ſtudeo. P. viden hanc? N. video. P. haud mala eſt mulier.
N. Pol vero iſta mala, & tu nihili. P. quid multa? ego amo. N. an amas? P. necas.
N. Tun' homo putide, amator iſtæc fieri ætate audes? P. qui non?

N. Quia

N. Quia flagitium eſt. P. quid opus verbis eſt? meo filio non ſum iratus;
Neque te tuo eſt æquum eſſe iratum: ſi amant, ſapienter faciunt.
B. Sequere hac. N. eunt. eccas tandem probri perlecebræ & perſuaſtrices. (an ego
Quid nunc, etiam redditis nobis filios & ſervum?
Experior tecum vim majorem? P. abin' hinc?
Non homo tu quidem es, qui iſtoc pacto tam lepidam illepide appelles.
B. Senex optime, quantum eſt in terra, ſine hoc exorare abs te. (tam.
Ut iſtuc delictum deſiſtas tantopere ire oppugnare.
N. Niſi abeas, quanquam tu bella es, malum tibi magnum dabo jam. B. patiar.
Non metuo, ne quid mihi doleat, quod ferias. N. ut blandiloqua eſt!
Hei mihi! metuo. S. hic magis tranquillu'ſt.
I, i hac mecum intro, atque ibi, ſi quid vis, filium concaſtigato.
N. Abin' à me ſcelus? B. ſine, mea pietas, exorem. N. exores tu me?
B. Ego quidem ab hoc certe exorabo. P. imo ego te oro, ut me intro abducas?
S. Lepidum te! P. at ſcin', quo pacto me ad te intro abducas? S. mecum ut ſis.
P. Omnia quæ cupio, commemoras. N. vidi ego nequam
Homines, verum te neminem deteriorem. P. ita ſum.
B. I, i hac mecum intro, ubi tibi ſit lepide victibus, vino atque unguentis.
N. Satis, ſatis jam veſtri eſt convivii: me nihil pœnitet, ut ſim acceptus.
Quadringentis Philippis filius me & Chryſalus circumduxerunt,
Quem quidem ego ut non excruciem,
Alterum tantum auri non meream.
B. Quid tandem, ſi dimidium auri redditur? iſne tu hac mecum
Intro, atque ut eis delicta ignoſcas? P. faciet.
N. Minime. nolo, nihil moror. ſine ſic. malo illos ulciſci ambo.
P. Etiam tu homo nihili, quod dii dant boni, cave culpa tua amiſſis.

Dimidium auri datur, accipias, poteſque, & ſcortum accumbas.
N. Egon', ubi filius corrumpatur meus, ibi potem? PH. potandum eſt.
N. Age jam id, utut eſt, etſi eſt dedecorum, patiar: facere inducam
Animum. egon', cum hæc cum illo accumbet, inſpectem? B. imo equidem pol tecum
Accumbam: te amabo, & te amplexabor. N. caput prurit: perii! (dum vivas. 76
Vix negito B. non tibi venit in mentem, amabo, ſi
Tibi bene facias. jam pol id quidem eſſe haud perlonginquum:
Neque ſi hoc hodie amiſeris, poſt in morte id eventurum eſſe unquam?
N. Quid ago? PH. quid agas, rogitas etiam? N. libet, & metuo. B. quid metuis?
N. Ne obnoxius filio ſim, & ſervo. B. mel meum, amabo, iſtæc fiunt. (illi dederis? 81
Tuus eſt. unde illum cenſes ſumere, niſi quod tute
Hanc veniam illis ſine te exorem. N. ut terebrat! ſatin' offirmatum
Quod mihi erat, id me exorat? tua ſum opera & propter te improbior.
B. Nuſquam me à te avelles: ſatin' ego iſtuc habeo offirmatum?
N. Quod ſemel dixi, haud mutabo. B. it dies, ite intro accubitum. (emorimur. 86
Filii vos exſpectant intus. N. quam quidem actutum
D. Veſper hic eſt, ſequimini. PH. ducite nos quo lubet, tanquam quidem addictos.
B. Lepide ipſi hi ſunt capti, ſuis qui filiis fecere inſidias. ite.

GREX.

HI ſenes, niſi fuiſſent nihili jam inde ab adoleſcentia, (pitibus:
Non hodie hoc tantum flagitium facerent canis ca-
Neque adeo hæc faceremus, ni antehac vidiſſemus fieri,
Ut apud lenones rivales filiis fierent patres.
Spectatores, vos valere volumus, & clare applaudere. 5

FINIS BACCHIDUM.

MO-

Digitized by Google

MOSTELLARIA.

Dramatis Perſonæ.

TRANIO *ſervus.*
GRUMIO *ſervus.*
PHILOLACHES *adoleſcens.*
PHILEMATIUM *meretrix.*
SCAPHA *ancilla.*
CALLIDAMATES *adoleſcens.*
DELPHIUM *meretrix.*
THEUROPIDES *ſenex.*
SIMO *ſenex.*
DANISTA.
PHANISCUS *adverſitor.*
SERVOS *alius.*
PUER.

ARGUMENTUM.

Manumiſit emptos ſuos amores Philolaches,
Omnemque abſente rem ſuo abſumit patre.
Senem, ut revenit, ludificatur Tranio:
Terrifica monſtra ait videri in ædibus,
Et inde primum emigratum. intervenit
Lucripeta fœnus fœnerator poſtulans.
Luduſque rurſum fit ſenex. nam mutuum
Acceptum dicit pignus, emptis ædibus:
Requirit quæ ſint: ait vicini proxumi.
Inſpectat illas. poſt ſe deriſum dolet.
Abſui ſodale gnati exoratur tamen.

ACTUS I. SCENA I.

GRUMIO, TRANIO, *ſervi duo.*

EXi è culina. ſis, foras maſtigia.
Qui mihi inter patinas exhibes argutias.
Egredere, herilis pernicies, ex ædibus.
Ego pol te ruri, ſi vivam, ulciſcar probe.
Exi, inquam, nidor, è culina. quid lates?
T. Quid tibi, malum, hîc ante ædes clamitatio eſt?
An ruri cenſes te eſſe? abſcede ab ædibus.
Abi rus, abi dierecte, abſcede ab janua.
Hem, hoccine volebas? G. perii. cur me verberas?
T. Quia tu vis. G. patiar. ſine modo adveniat ſenex, 10
Sine modo venire ſalvom, quem abſentem comes.
T. Nec veriſimile loquere, nec verum, frutex.

Comeſſe

Comesse quenquam ut quisquam absentem possiet.
G. Tu urbanus vero scurra, deliciæ populi, a
Rus mihi tu objectas? sane credo, Tranio,
Quo ite in pistrinum scis actutum tradier.
Cis, hercle, paucas tempestates, Tranio,
Augebis ruri numerum, genus ferratile.
Nunc: dum tibi lubet licetque, pota, perde rem,
Corrumpe herilem *filium*, adolescentem optumum:
Dies noctesque bibite, pergræcamini,
Amicas emite, liberate, pascite
Parasitos, obsonate pollucibiliter.
Hæccine mandavit tibi, cum peregre hinc iit, senex?
Hoccine modo hic rem curatam offendet suam!
Hoccine boni esse officium servi existimas,
Ubi heri sui corrumpet & rem & filium?
Nam ego illum corruptam duco, quom his factis
studet.
Quo nemo adæque juventute ex omni Attica
Ante hac est habitus parcus, nec magis continens:
Is nunc in aliam partem palmam possidet.
Virtute id factum tua & magisterio tuo
T. Quid tibi, malum, me, aut, quid ego agam,
curatio'st?
An rari quæso non sunt, quos cures, boves?
Lubet potare, amare, scorta ducere.
Mei tergi facio hæc non tui fiducia.
G. Quam confidenter loquitur! fue. T. at te Jupppiter
Diique omnes perdant. oboluisti allium.
Germana illuvies, rusticus, hircus, hara suis,
Canes capro commista. G. quid tu vis fieri?
Non omnes possunt olere unguenta exotica,
Si tu oles: neque superior accumbere:
Neque tam facetis, quam tu vivis, victibus,
Tu tibi istos habeas turtures, pisces, aves.
Sine me alliato fungi fortunas meas.
Tu fortunatus, ego miser: patiunda sunt.
Meum bonum me, te tuum maneat malum.
T. Quasi invidere mihi hoc videre, Grumio.
Quia mihi bene est, & tibi male est; dignissimum est.
Decet me amare, & te bubalcitarier,
Me victitare pulchre, te miseris modis.
G. O carnificem cribrum, quod credo fore:

Ita

Ita te forabunt patibulatum per vias
Stimulis, si huc reveniat senex.
T. Quî scis an tibi istuc prius eveniat quam mihi?
G. Quia nunquam merui: tu meruisti & nunc meres.
T. Orationis operam compendi face,
Nisi te mala re magna mactari cupis.
G. Ervom daturin' estis, bubus quod feram?
Date æs, si non estis. agite porro, pergite
Quomodo occœpistis: bibite, pergræcamini,
Este, effercite vos, saginam cædite.
T. Tace, atque rus abi: ego ire in Piræum volo,
In vesperum parare piscatum mihi.
Ervom tibi aliquis cras faxo ad villam asferat.
Quid est? quid tu me nunc obtuere, furcifer?
G. Pol tibi istuc credo nomen adnutum fore.
T. Dum interea sic fit, istuc adnutum sino.
G. Ita 'st. sed unum Hoc Scito, Nimio celerius (tas.
Venire quod molestum est, quam id quod cupide pe-
T. Molestus ne sis: nunc jam i rus, teque amove.
Ne tu erres, hercle præter hac mihi non facies moram.
G. Satin' abiit, neque quod dixi flocci existimat?
Prô dî immortales! obsecro vostram fidem.
Facite hic ut redeat noster quam primum senex,
Triennium qui jam hinc abest: priusquam omnia
Periere, & ædis, & ager: qui nisi hic redit.
Paucorum mensium sunt relictæ reliquiæ.
Nunc rus abibo. nam eccum herilem filium
Video corruptum hic ex adolescentre optumo.

ACTUS I. SCENA II.

PHILOLACHES *adolescens.*

Recordatus multum & diu cogitavi,
Argumentaque in pectus multa institui
Ego: atque in meo corde, si est quod mihi cor,
Eam rem volutavi & diu disputavi,
Hominem quojus rei, quando natus est,
Similem esse arbitrarer simulacrumque habere.
Id repperi jam exemplum. (nem,
Novarum ædium esse arbitror similem ego homi-
Quando hic natus est. ei rei argumenta dicam,
Atque hoc haud videtur verisimile vobis:
At eho id faciam esseita ut credatis.

Digitized by Google

Profecto ita esse, ut prædico, vero vincam.
Atque hoc vosmetipsi, scio.
Perinde uti nunc ego esse autumo, quando
Dicta audietis mea, haud aliter dicetis.
Auscultate argumenta dum dico ad hanc rem.
Simul gnarures vos volo esse hanc rem mecum.
Ædes quom extemplo sunt paratæ, expolitæ,
Factæ probe, examussim,
Laudant fabrum, atque ædes probant. sibi quisque
Inde exemplum expetunt: sibi quisque simile,
Suo usque sumptu: operæ ne parcunt suæ.
Atque ubi illo immigrat nequam homo indiligensque,
Cum pigra familia, immundus, instrenuus,
Hic jam ædibus vitium additur,
Bonæ cum curantur male.
Atque illud sæpe fit, tempestas venit,
Confringit tegulas, imbricesque: ibi
Dominus indiligens reddere alias ne volt.
Venit imber, lavit parietes, perpluunt
Tigna. putrefacit aër operam fabri.
Nequior jam factus est usus ædium:
Atque haud est fabri culpa. sed magna pars
Moram hanc induxerunt, si quid nummo sarciri potest,
Usque mantant, neque id faciunt, donicum
Parietes ruunt, ædificantur ædes totæ denuo.
Hæc argumenta ego ædificiis dixi. nunc etiam volo
Dicere. ut homines ædium esse similes arbitremini.
Primum dum parentes fabri liberûm sunt,
Et fundamentum substruunt liberorum:
Extollunt, parant sedulo in firmitatem,
Ut & in usum boni, & in speciem populo
Sint: sibique aut materiæ ne parcunt.
Nec sumptus sibi sumptui esse ducunt:
Expoliunt, docent literas, jura, leges,
Sumptu suo & labore nituntur, ut
Alii sibi esse illorum similes expetant.
Ad legionem quom itant, adminiculum eis danunt
Tum jam aliquem cognatum suum.
Eatenus abeunt à fabris.
Unum ubi emeritum est stipendium, igitur tum
Specimen cernitur, quo eveniat ædificatio:

Nam

Digitized by Google

Nam ego ad illud frugi usque & probus fui, in fabrorum potestate dum fui.
Posteaquam immigravi in ingenium meum,
Perdidi operam fabrorum illico oppido
Venit ignavia, ea mihi tempestas fuit,
Ea mihi adventu suo grandinem, imbremque attulit:
Hæc verecundiam mihi & virtutis modum
Deturbavit, detexitque à me illico.
Post illa obtigere eam neglegens fui:
Continuo pro imbre amor advenit in cor meum.
Is usque in pectus permanavit, permadefecit
Cor meum nunc simul res, fides, fama, virtus,
Decusque deseruerunt: ego sum in usu
Factus nimio nequior. atque edepol ita
Hæc tigna humide putent. non videor mihi
Sarcire posse ædeis meas, quin totæ
Perpetuæ ruant, quin cum fundamento
Perierint, nec quisquam esse auxilio queat.
Cor dolet, cum scio nunc ut sum, atque ut fui;
Quo neque industrior de juventute erat
Arte gymnastica, disco, hastis, pila,
Cursu, armis, equo, victitabam volupe:
Parsimonia & duritia disciplinæ aliis eram:
Optumi quique expetebant eam doctrinam sibi.
Nunc postquam nihili sum, id vero meopte ingenio repperi.

ACTUS I. SCENA III.

PHILEMATIUM *mulier*, SCAPHA *ancilla*, PHILOLACHES *adolescens*.

JAm pridem ecastor frigida non lavi magis lubenter, (tam.
Nec quem me melius, mea Scapha, rear esse defœca-
S. Eventus rebus omnibus, velut horno messis magna (nem?
Fuit. PHI. quid ea messis attinet ad meam lavatio-
S. Nihilo plus, quam lavatio tua ad messim? PH. oh, Venus venusta! (omnem
Hæc illa est tempestas mea. mihi quæ modestiam
Detexit tectus qua fui: quam mihi amor & Cupido
In pectus perpluit meum: neque jam unquam obtigere possum. (ædes.
Madent jam in corde parietes: periere hæ oppido

Digitized by Google

PHI. Contempla amabo, mea Scapha, ſatin' hæc me veſtis deceat?

Volo meo placere Philolachi, meo ocello, meo patrono.

S. Quid tu te exornas moribus lepidis, quom lepida tota es?

Non veſtem amatores mulieris amant, ſed veſtis ſartum.

PH. Ita me dî ament, lepida eſt Scapha? ſapit ſcelesta multum!

Ut lepide res omnes tenet, ſententiaſque amantum!

PHI. Quid nunc? S. quid eſt? PHI. quin me aſpice & contempla, ut hæc me deceat.

S. Virtute formæ id evenit, te ut deceat, quidquid habeas.

PH. Ergo hoc ob verbum te, Scapha, donabo ego profecto hodie aliquit: (mihi:

Neque patiar te iſtanc gratis laudaſſe, quæ placet

PHI. Nolo ego te aſſentari mihi: S. nimis tu quidem ſtulta es mulier.

Eho mavis vituperari falſo, quam vero extolli?

Equidem pol vel falſo tamen laudari multo malo,

Quam vero culpari, aut alios meam ſpeciem irridere.

PHI. Ego verum amo, verum volo mihi dici: mendacem odi.

S. Ita tu me ames, ita Philolaches tuus te amet, ut venuſta es!

PHI. Quid ais ſcelesta? quomodo adjuraſti? ita ego iſtam amarem?

Quid? iſtæc me? id cur non additum eſt? infecta dona facio. (diſti.

Periiſti: quod promiſeram tibi donum, perdi-

S. Equidem pol miror tam catam, tam doctam te, & bene eductam,

Non ſtultam ſtulte facere. PHI. quin mone quæſo, ſi quid erro.

S. Tu caſtor erras, quæ quidem illum exſpectes unum, atque illi

Morem præcipue ſic geras, atque alios aſpernéris.

Matronæ, non meretricium eſt, unum inſervire amantem.

PH. Prô Juppiter! nam quod malum verſatur meæ domi illud?

Dii deæque omnes me peſſumis exemplis interfi-
ciant, (algu. 36
Niſi ego illam anum interfecero ſiti, fameque, atque
PHI Nolo ego mihi male te, Scapha, præcipere.
S. ſtulta es plane, quæ
Illum tibi æternum putes fore amicum & benevo-
lentem.
Moneo ego te: te deſeret ille ætate & ſatietate.
PHI. Non ſpero. S. inſperata accidunt magis ſæpe
quam quæ ſperes. 40
Poſtremo, ſi dictis nequis perduci, ut vera hæc
credas,
Mea dicta ex factis noſce: rem vides, quæ ſim, &
quæ fui ante.
Nihilo ego, quam nunc tu, amata ſum, atque uni
modo geſſi morem. (tavit,
Qui pol me, ubi ætate hoc caput colorem commu-
Reliquit, deſeruitque me. tibi idem futurum crede. 45
PH. Vix comprimor, quin involem illi in oculos
ſtimulatrici.
S. Solam illi me ſoli cenſeo eſſe oportere obſe-
quentem.
Solam ille me ſoli ſibi ſuo liberavit.
PH. Prô dî immortales, mulierem lepidam, & pu-
dico ingenio!
Bene hercle factum, & gaudeo mihi nihil eſſe hu-
jus cauſſa. 50
S. Inſcita ecaſtor tu quidem es. PHI. quapropter?
S. quæ iſtuc cures,
Ut te ille amet. PHI. cur obſecro non curem?
S. libera es jam.
Tu jam quod quærebas habes: ille, te niſi amabit
ultro, (gemi.
Id pro capite tuo quod dedit, perdiderit tantum ar-
PH. Perii hercle, ni ego illam peſſumis exemplis
enicaſſo. 55
Illa hanc corrumpit mulierem maleſuada vitilena.
PHI, Nunquam ego illi poſſum gratiam referre, ut
maritu'ſt de me.
Scapha, id tu mihi ne ſuadeas, ut illum minoris
pendam.
S. At hoc unum facito cogites, ſi illum inſervibis
ſolum.

Digitized by Google

Dum tibi nunc hæc ætatula eſt, in ſenecta male querere.

PH. In anginam ego nunc me velim vorti, ut veneficæ illi
Fauces prehendam, atque enicem ſceleſtam ſtimulatricem.

PHI. Eundem animum oportet nunc mihi eſſe gratum, ut impetravi,
Atque olim, priuſquam id extudi, quom illi ſubblandiebar.

PH. Dii me faciant quod volunt, ni ob iſtam orationem
Te liberaſſo denuo, & niſi Scapham enicaſſo.

S. Si tibi ſat acceptum eſt, fore victum tibi ſempiternum, (vita,
Atque illum amatorem tibi proprium futurum in
Soli gerendum cenſeo morem, & capiundos crines.

PHI. UT FAMA eſt homini, exinde ſolet pecuniam invenire.
EGO SI bonam famam mihi ſervaſſo, ſat ero dives,

PHI. Siquidem hercle vendundum eſt, pater vænibit multo potius,
Quam te, me vivo, unquam ſinam egere, aut mendicare.

S. Quid illis futurum eſt ceteris, qui te amant?

PHI. magis amabunt,
Quom videbunt gratiam referri.

PH. Utinam meus nunc mortuus pater ad me nuncietur!
Ut ego exhæredem meis bonis me faciam, atque hæc ſit hæres!

S. Jam iſta quidem abſumpta res erit: dieſque noctesque eſtur,
Bibitur, neque quiſquam parſimoniam adhibet. ſagina plane eſt.

PH. In te hercle certum'ſt principium, ut ſim parcus experiri.
Nam neque edes quicquam, neque bibes apud me hiſce diebus.

PHI. Si quid tu in illum bene voles loqui, id loqui (licebit:
Nec recte ſi illi dixeris, jam ecaſtor vapulabis.

PH. Edepol ſi ſummo Jovi vivo argento ſacruficaſſem,

Pro

Pro illius capite quod dedi, nunquam æque id bene collocaſſem.
Ut videas eam medullitus me amare. oh! probus homo ſum:
Quæ pro me cauſſam diceret, patronum liberavi.
S. Video te nihili pendere præ Philolachete omnes homines.
Nunc, ne ejus cauſſa vapulem, tibi potius aſſentabor,
Si acceptum ſat habes, tibi fore illum amicum ſempiternum.
PHI. Cedo mihi ſpeculum, & cum ornamentis arculam actutum. Scapha:
Ornata ut ſim, quom huc veniat Philolaches, voluptas mea.
S. Mulier quæ ſe ſuamque ætatem ſpernit, ſpeculo ei uſus eſt.
Quid opu 'ſt ſpeculo tibi, quæ tute ſpeculo ſpeculum es maximum?
PH. Ob iſtuc verbum, ne nequicquam, Scapha, tam lepide dixeris,
Dabo aliquid hodie tibi peculî, Philematium mea?
PHI. Suo quique loco viden' capillus ſatis compoſitu'ſt commode?
S. Ubi tu commoda es, capillum commodum eſſe credito.
PH. Vah, quid illa pote pejus quicquam muliere memorariet? (erat.
Nunc aſſentatrix ſceleſta eſt, dudum adverſatrix
PHI. Cedo ceruſſam. S. quid ceruſſa opuſnam? PHI. qui malas oblinam.
S. Una opera ebur atramento candefacere poſtules.
PH. Lepide dictam de atramento atque ebore: euge plaudo Scaphæ,
PHI. Tum tu igitur cedo purpuriſſum. S. non doctè ſcita es tu quidem:
Novâ picturâ interpolare vis opus lepidiſſimum.
Non iſtanc ætatem oportet pigmentum ullum attingere,
Neque ceruſſam, neque melinum, neque ullam aliam offuciam.
Cape igitur ſpeculum. PH. hei mihi miſero, ſavium ſpeculo dedit. (caput.
Nimis velim lapidem, qui ego illi ſpeculo diminuam

S. Linteum cape, atque exterge tibi manus. PHI. Quid ita, obsecro?
S. Ut speculum tenuisti, metuo ne oleant argentum manus:
Ne usquam argentum te accepisse suspicetur Philolaches.
PH. Non videor vidisse lenam callidiorem ullam alteram.
Ut lepide atque astute in mentem venit de speculo malæ!
PHI. Etiamne unguentis ungendam censes? S. minime feceris.
PHI Quapropter? S. quia ecastor mulier recte olet, ubi nihil olet.
Nam istæc veteres, quæ se unguentis unctitant, interpoles,
Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occultant,
Ubi sese sudor cum unguentis consociavit, illico
Itidem olent, quasi cum una multa jura confundit cocus.
Quid oleant nescias, nisi id unum, ut male olere intellegas.
PH. Ut perdocte cuncta callet! nihil hac docta doctius.
Verum illud est, maximaque adeo pars vostrorum intellegit, (runt.
Quibus anus domi sunt uxores, quæ vos dote meruePHI. Agedum contempla aurum & pallam, satin, hæc me deceat, Scapha?
S. Non me curare istuc oportet. PHI. quem obsecro igitur? S. eloquar:
Philolacnem, is ne quid emat, nisi quod tibi placere censeat.
Nam amator meretricis mores sibi emit auro & purpura.
Quid opus est, quod suum esse nolit, ei ultro ostentarier?
Purpurâ ætas occultanda est: aurum turpe mulieri
Pulchra mulier nuda erit quam purpurata pulchriori
Postea nequicquam exornata est bene, si morata est male.
Pulchrum ornatum turpes mores pejus cœno collinunt.

Nam

Digitized by Google

Nam si pulchra est, nimis ornata est. PH. nimis diu abstineo manum.
Quid hic vos duæ agitis? PHI. tibi me exorno ut placeam. PH. ornata es satis.
Abi hinc tu intro, atque ornamenta hæc aufer. sed voluptas mea,
Mea Philomatium, potare tecum collibitum est mihi.
PHI. Libet & edepol mihi tecum. nam quod tibi libet idem mihi libet.
Mea voluptas. PH. hem, istuc verbum vile est viginti minis.
PHI. Cedo, amabo, decem: bene emptum tibi dare hoc verbum volo.
PH. Etiam nunc decem minæ apud te sunt: vel ratiorem puta.
Triginta minas pro capite tuo dedi. PHI. cur exprobras?
PH. Egone id exprobrem, qui mihimet cupio id opprobrarier?
Nec quicquam argenti locavi jam diu usquam æque bene.
PHI. Certe ego, quod te amo, operam nusquam melius potui ponere.
PH. Bene igitur ratio accepti atque expensi inter nos convenit.
Tu me amas, ego te amo: merito id fieri uterque existumat.
Hæc qui gaudent, gaudeant perpetuo suo semper bono.
Qui invident, ne unquam eorum quisquam invideat prorsus commodis.
PHI. Age accumbe igitur. cedo aquam manibus, puer, appone hic mensulam.
Vide tali ubi sint. vin' unguenta? PH. quid opus est? cum stacta accubo.
Sed estne hic meus sodalis, qui hanc incedit cum amica sua?
Is est. Callidamates cum amica eccum incedit, euge, oculus meus:
Conveniunt manuplares: eccos, prædam participes petunt.

Digitized by Google

ACTUS I. SCENA IV.

CALLIDAMATES, DELPHIUM, PHILOLACHES, PHILEMATIUM.

ADvorsum venire mihi ad Philolachem
Volo tempori. audi: hem, tibi imperatum est,
Nam illic ubi fui, inde effugi foras.
Ita me ibi male convivii sermonisque
Pertæsum est. nunc comissatum ibo ad Philolachetem,
Ubi nos hilari ingenio & lepide accipiet.
Ecquid tibi videor, mamma, madere? D. semper
Istoc modo moratus vivere debebas.
C. Visne ego te, ac tute me amplectare?
D. Si tibi cordi est facere, licet. C. lepida es.
Duce me amabo. D. cave ne cadas. asta,
C. Oh! ocellus es meus, tuus sum alumnus, mel meum.
D. Cave modo, ne prius in via accumbas,
Quam illic, ubi lectus est stratus, coimus.
C. Sine cadere me. D. sino: sed & hoc quod mihi in manu est:
Si cades, non cades quin cadam tecum.
Jacentes tollet postea nos ambos aliquis.
Madet homo. C. tun' me ais mamma madere?
D. Cedo manum, nolo equidem te affligi.
C. Hem tene. age, i simul quo ego eam: an scis?
C. Scio: in mentem venit modo. C. nempe domum eo
Comissatum. D. imo. C. istuc quidem jam memini.
PHI. Num non vis obviam me hisce ire, anime mi?
Illi ego ex omnibus optime volo. jam
Revortar. PH. diu est jam id mihi. C. ecquis hic est?
PHI. Adest. C. eu, Philolaches, salve amicissime
Mihi hominum omnium. PHI. dii te ament. accuba,
Callidamates. unde agis te? C. unde homo ebrius?
PHI. Probe quin amabo accubas, Delphium mea.
C. Date illi quod bibat: dormiam ego jam.
PHI. Num mirum aut novom quippiam facit? quid ego
Hoc faciam postea, mea? D. sic sine eumpse.
PHI. age tu,
Interim da ab Delphio cito cantharum circum.

ACTUS

ACTUS II. SCENA I.

TRANIO, PHILOLACHES, CALLIDAMATES, DELPHIUM, PHILEMATIUM, PUER.

JUppiter ſupremus ſummis opibus atque induſtriis
Me periſſe, & Philolachetem cupit herilem filium.
Occidit ſpes noſtra, nuſquam ſtabulum eſt confidentiæ,
Nec ſalus nobis ſaluti jam eſſe, ſi cupiat, poteſt:
Ita mali mœroris montem maxumum ad portum modo (nio. 6
Conſpicatus ſum: herus advenit peregre. periit Tra-
Ecquis homo eſt, qui facere argenti cupiat aliquantulum lucri.
Quid hodie ſeſe excruciari meam vicem poſſit pati?
Ubi ſunt iſti plagipatidæ, ferritribaces viri?
Vel iſti, qui haſtis trium numorum cauſſa ſubeunt ſub falas? 10
Ubi aliqui quindenis haſtis corpus transfigi ſolent:
Ego dabo ei talentum, primus qui in crucem excucurrerit:
Sed ea lege, ut affigantur bis pedes, bis brachia.
Ubi id erit factum, à me argentum petito præſentarium.
Sed ego ſumne ille infelix, qui non curro curriculo domum? 15
PHI, Adeſt obſonium. eccum Tranio; à portu redit.
T. Philolaches. PHI. quid eſt? T. & ego & tu.
PHI. quid & ego & tu? T. periimus.
PHI. Quid ita? T. Pater adeſt. PHI. quid ego ex te audio? T. abſumti ſumus.
Pater. inquam. tuus venit. PHI. ubi is eſt, obſecro te! T. adeſt. 20
PHI. Quis ait? quis vidit? T. egomet, inquam, vidi. PHI. væ mihi!
Quid ego ago? T. nam quid tu, malum, me rogitas, quid agas? accubas.
PH. Tun' vidiſti? T. egomet, inquam. PH. certe? T. certe, inquam. PH. occidi! (25
Si tu vera memoras. T. quid mihi ſit boni, ſi mentiar?

PH. Quid

PH. Quid ego nunc faciam? T. jube hæc hinc omnia amolirier.
Quis istic dormit? PH. Callidamates. T. suscita istum, Delphium.
D. Callidamates, Callidamates, vigila. C. vigilo: cedo ut bibam.
D. Vigila: pater advenit peregre Philolachæ. C. valeat pater.
PH. Valet ille quidem, atque ego disperii. C. disperisti? qui potest?
PH. Quæso edepol exurge: pater advenit. C. tuus venit pater? (30
Jube abire rursum. quid illi reditio etiam huc fuit?
PH. Quid ego agam? pater jam hic me offendet miserum adveniens ebrium.
Ædes plenas convivarum, & mulierum. MISERUM EST opus,
Igitur demum fodere puteum, ubi sitis fauces tenet.
Sicut ego adventu patris nunc quæro, quid faciam miser. (ta. 35
T. Ecce autem hic deposuit caput, & dormit: susci-
PH. Etiam vigilas? pater inquam aderit jam hic meus. C. ain tu, pater?
Cedo soleas mihi, ut arma capiam. jam pol ego occidam patrem.
PH. Perdis rem, tace. amabo, abripite hunc intro actutum inter manus.
C. Jam hercle ego vos pro matula habebo, nisi mihi matulam datis,
PH. Perii. T. habe bonum animum: ego istum lepide medicabor metum. 40
PH. Nullus sum. T. taceas: ego, qui istæc sedem, meditabor tibi,
Satin' habes, si ego advenientem ita patrem faciam tuum,
Non modo ne introeat, verum etiam ut fugiat longe ab ædibus?
Vos modo hinc abite intro, atque hæc hinc propere amolimini.
PH. Ubi ego ero? T. ubi maxime esse vis; cum hac, cum istac eris. 45
D. Quid est igitur? abeamus hinc nos. T. non hoc longe, Delphium.

Nam-

Digitized by Google

Nanque intus potate haud tantillo hac quidem cauſſa minus.
PH. Hei mihi, quam iſtæc blanda dicta quo eveniant? madeo metu!
T. Potin' animo ut ſies quieto, & facias quod jubeo? PH. pote 'ſt.
T. Omnium primum, Philematium, intro abi, & tu Delphium.
D. Morigeræ tibi etimus ambæ. T. ita ille faxit Juppiter.
Animum advorte nunc tu jam, quæ volo occurarier.
Omnium primum dum ædes jam fac occluſæ ſient:
Intus cave muttire quenquam ſiveris. PH. curabitur.
T. Tanquam ſi intus natus nemo in ædibus habitet. PH. licet.
T. Neu quiſquam reſponſet, quando haſce ædes pultabit ſenex.
PH. Nunquid aliud? T. clavem mihi harunce ædium Laconicam
Jam jube efferri intus: haſce ego ædes occludam hinc foris.
PH. In tuam cuſtodiam meque & meas ſpes trado, Tranio. (probior, ſiet
T. PLUMA HAUD intereſt; patronus, an cliens Homini, quoi nulla in pectore eſt audacia.
Nam quoivis homini, vel optumo, vel peſſumo, Quamvis deſubito facile eſt facere nequiter:
(Clavem cedo, atque abi intro, atque occlude oſtium.)
Verum id videndum 'ſt, id viri docti eſt opus, Quæ deſignata ſint & facta nequitia,
Ne quid patiatur, quamobrem pigeat vivere:
Tranquille cuncta, & ut proveniant ſine malo.
Sic ut ego efficiam, quæ facta hic turbabimus.
Profecto ut liqueant omnia & tranquilla ſint, Neque quicquam nobis pariant ex ſe incommodi.
Sed quid tu egrederis? perii ô! jam jam optume Præceptis paruiſti! PH. herus juſſit maxumo
Opere orare patrem aliquo abſterreres modo, Ne introiret. adeſt. T. quin etiam illi hoc dicito, Facturum me, ut ne etiam aſpicere ædes audeat, Capite obvoluto ut fugiat cum ſummo metu.

Cla-

Clavim cedo, atque abi hinc intro, atque occlude ostium,
Et ego hinc occludam. jube venire nunc jam.
Ludos ego hodie vivo præsenti hic seni
Faciam, quod credo mortuo nunquam fore.
Concedam à foribus huc, hinc speculabor procul,
Unde advenienti sarcinam imponam seni.

ACTUS II. SCENA II.

THEUROPIDES *senex*, TRANIO *servus*.

HAbeo, Neptune, gratiam magnam tibi.
Quom me amisisti, à te vix vivum modo:
Verum si posthac me pedem latum modo
Sciesimposuisse in undam, haud causa, illico 'st,
Quod nunc voluisti facere, quin facias mihi.
Apage, apage te à me. nunc jam post hunc diem,
Quod creditumus tibi fui, omne credidi.
TR. Edepol, Neptune, peccavisti largiter,
Qui occasionem hanc amisisti tam bonam.
TH. Triennio post Ægypto advenio domum,
Credo, exspectatus veniam familiaribus.
TR. Nimio edepol ille potuit exspectatior
Venire, qui tenunciaret mortuum.
TH. Sed quid? occlusa janua est interdius?
Pultabo: heus, ecquis istas aperit mi fores?
TR. Quis homo est, qui nostras ædes accessit prope?
TH. Meus servos hic quidem est Tranio. TR, ô Theuropides
Here, salve: salvum te adveniisse gaudeo.
Usquene valuisti? TH. usque, ut vides. TR. factum optime.
TH. Quid vos, insanine estis? TR. quid dum? TH. sic, quia
Foris ambulatis. natus nemo in ædibus
Servat, neque qui recludat, neque qui respondeat.
Pultando pedibus pene confregi hasce ambas. TR. eho.
An tu tetigisti has ædes? TH. cur non tangerem?
Quin pultando, inquam, pene confregi fores.
TR. Tetigistin'? TH. tetigi, inquam, & pultavi. TR. vah! TH. quid est,

TR. Malo

TR. Male hercle factum. TH. quid est negotii?
TR. non potest
Dici, quam indignum facinus feciſti, & malum.
TH. Quid jam? TR. fuge obsecro, atque abscede ab ædibus.
Fuge huc, fuge ad me propius, tetigiſtin' foreis?
TH. Quomodo pultare potui, si non tangerem?
TR. Occidiſti hercle. TH. quem mortalem? TR. omnes tuos.
TH. Di te deæque omnes faxint cum isto omi- (ne!
TR. Metuo, te atque istos expiare ut possies.
TH. Quamobrem? aut quam subito rem mihi apportas novam?
TR. Et heus, jube illos illinc, amabo, abscedere.
TH. Abscedite. TR. ædes ne attingite, tangite
Vos quoque terram. TH. obsecro, hercle, quin eloquere
TR. Quia septem menses sunt, cum in hasce ædes pedem
Nemo intro tetulit, semel ut emigravimus.
TH. Eloquere, quid ita? TR. circumspice dum. nunquis est. (est.
Sermonem nostrum qui aucupet. TH. tutum probe
TR. Circumspice etiam. TH. nemo est; loquere nunc jam.
TR. Capitalis cædis facta est. TH. quid est? non intellego.
TR. Scelus, inquam, factum'st jamdiu antiquom & vetus.
Antiquom id adeo nos nunc factum invenimus.
TH. Quid istuc est, sceleste? aut quis id fecit? cedo.
TR. Hospes necavit hospitem captum manu;
Iste, ut ego opinor, qui has tibi ædeis vendidit.
TH. Necavit? TR. aurumque ei ademit hospiti,
Eumque hic defodit hospitem ibidem in ædibus.
TH. Quapropter id vos factum suspicamini?
TR. Ego dicam, auscultа. Ut foris cœnaverat
Tuus gnatus, postquam rediit à cœna domum,
Abimus omnes cubitum. condormivimus.
Lucernam forte oblitus fueram extinguere;
Atque ille exclamat derepente maxumum.
TH. Quis homo? an gnatus meus? TR. 'st, tace: auscultа modo.

Ait

Digitized by Google

Ait veniſſe illum in ſomnis ad ſe mortuum.
TH. Nempe ergo in ſomnis. TR. ita. ſed auſculta modo.
Ait illum hoc pacto, ſibi dixiſſe mortuum.
TH. In ſomnis? TR. mirum quin vigilanti diceret,
Qui abhinc ſexaginta annis occiſus foret.
Interdum inepte ſtultus es.
TH. Taceo. TR. ſed ecce quæ ille inquit:
Ego tranſmarinus hoſpes ſum Diapontius.
Hic habito. hæc mihi dedita eſt habitatio.
Nam me Acheruntem recipere Orcus noluit,
Quia præmature vita careo. perfidem
Deceptus ſum, hoſpes hic me necavit, iſque me
Defodit inſepultum clam ſibidem in hiſce ædibus,
Sceleſtus auri cauſſa. nunc tu hinc emigra:
Sceleſtæ hæ ſunt ædes, impia eſt habitatio.
Quæ hic monſtra fiunt, anno vix poſſum eloqui.
St, ſt! TH. quid obſecro hercle factum eſt? TR. concrepuit foris.
Hiccine percuſſit? TH. guttam haud habeo ſanguinis:
Vivom me arceſſunt ad Acheruntem mortui.
TR. Perii! illiſce hodie hanc conturbabunt fabulam,
Nimis quam formido, ne manifeſto hic me oppri-
TH. Quid tute tecum loquere? TR. abſcede ab janua.
Fuge, obſecro hercle! TH. quo fugiam? etiam tu
TR. Nihil ego formido: pax mihi eſt cum mortuis.
TH. Heus, Tranio. TR. non me appellabis, ſi ſapis.
Nihil ego commerui, neque iſtas percuſſi foreis.
TH. Quæſo quid ægre eſt? quæ res te agitat, Tranio?
Qui cum iſtæc loquere? TH. an quæſo tu appellaveſta me dî amabunt, mortuum illum credidi
Expoſtulare, quia percuſſiſſes foreis.
Sed tu etiamne aſtas; nec quæ dico obtemperas?
TH. Quid faciam? TR. cave reſpexis: fuge, atque operi caput.
TH. Cur non fugis tu? TR. pax mihi eſt cum mor-
TH. Scio. quid modo igitur? cur tantopere exti-mueras?
TR. Nihil me curaſſis, inquam: ego mihi proviſo.
Tu, ut occœpiſti, tantum quantum quis, fugies,

Atque

Atque Herculem invocabis. TH. Hercules, te invoco.
TR. Et ego, tibi hodie ut det, senex, magnum malum.
Prôdi immortales, obsecro vostram fidem,
Quid ego hodie negotii confeci, malum!

ACTUS III. SCENA I.

DANISTA, THEUROPIDES *senex*, TRANIO *servus*.

SCelestiorem ego annum argento fœnori
Nunquam ullum vidi, quam hic mihi annus obtigit.
A mane ad noctem usque in foro dego diem,
Locare argenti nemini nummum queo. (dum.
TR. Nunc pol ego perii plane in perpetuum modum.
Danista adest, qui dedit *argentum fœneri*,
Qui amica est empta, quoque *opus in sumptus fuit*.
Manifesta res est. nisi quod occurro prius,
Ne hoc senex resciscat. ibo huic obviam.
Sed quidnam hic sese tam cito recipit domum?
Metuo ne de hac re quippiam hic inaudiverit.
Accedam atque appellabo. hei quam timeo miser?
NIHIL EST MISERIUS, quam animus hominis conscius,
Sicut me habet. verum ut ut res hæc sese habet,
Pergam turbare porro. ita hæc res postulat.
Unde is? TH. convenii illum, unde hasce ædes emeram.
TR. Nunquid dixisti de illo, quod dixi tibi?
TR. Dixi hercle vero, omnia. TR. væ misero mihi!
Etiam fatetur de hospite? TH. imo pernegat.
TR. Cape hercle, te obsecro, cum eo una judicem.
Sed eum videto ut capias qui credat mihi.
Tam facile vinces, quam pirum volpes comest.
Metuo ne technæ meæ perpetuo perierint.
TH. Quid tute tecum? TR. nihil enim. sed die mihi,
Dixtin' quæso? TH. dixi, inquam, ordine omnia.
TR. Etiam fatetur de hospite? TH. imo pernegat.
TR. Negat? TH. negat, inquam. TR, perii oppido cum cogito.

Digitized by Google

Non confitetur? TH. dicam, si confessus sit.
Quid nunc faciundum censes? TR. egon', quid censeam?
Cape, obsecro hercle, cum eo una judicem.
Sed eum videto ut capias, qui credat mihi:
Tam facile vinces, quam pirum volpes comest.
D. Sed Philolachetis eccum servum Tranium,
Qui mihi neque fœnus, neque sortem argenti dare nunt.
TH. Quo te agis? TR. nec quoquam abeo. næ ego sum miser,
Sceleſtus natus diis inimicis omnibus!
Jam illo præsente adibit. næ ego homo sum miser!
Ita & hinc & illinc mihi exhibent negotium.
Sed occupabo adire. D. hic ad me it, salvos sum,
Spes est de argento. TR. hilarus est frustra istic homo.
Salvere jubeo te, Misargyrides, bene.
D. Salve & tu. quid de argento? TR. abi sis belua.
Continuo adveniens pilum injecisti mihi.
D. Hic homo est inanis. TR. hic homo est certe ariolus. (cedo?
D. Quin tu istas mittis tricas? TR. quin quid vis
D. Ubi Philolaches est? TR. nunquam potuisti mihi
Magis opportunus advenire quam advenis.
D. Quid est? TR. concede huc. D. quin mihi argentum redditur?
TR. Scio te bona esse voce; ne clama nimis.
D. Ego hercle vero clamo. TR. ah. gere morem mihi.
D. Quid tibi ego morem vis geram? TR. abi quæso hinc domum.
C. Abeam? TR. redito huc circiter meridie.
D. Reddeturne igitur fœnus? TR. reddetur: nunc abi.
D. Quid ego huc recursem, aut operam sumam, aut conteram,
Quid, si hic manebo potius ad meridiem,
TR. Imo abi domum, verum hercle dico: abi modo.
D. Quin vos mihi fœnus date; quid nugamini;
TR. Eu, hercle, næ tu abi modo: ausculta mihi.
D. Jam, hercle, ego illinc nominabo. TR. eugæ strenue:

Beatus vero es nunc, cum clamas. D. meum peto.
Multos me hoc pacto jam dies frustramini.
Molestus si sum, reddite argentum; abiero.
Responsiones omnes hoc verbo eripite.
TR. Sortem accipe. D. imo fœnus, id primum volo.
TR. Quid tu, homo hominum omnium teterrime,
Venisti huc te extentatum? agas quod in manu est.
Non dat, non debet. D. non debet? TR. nec erit quidem.
Ferre hoc potes; an mavis ut aliquo abeat foras?
Urbem exul linquat factus hic caussa tui,
Cui sortem vix dare licebit, D. quin non peto.
TH. Eja, mastigia, ad me redi. TR. jam istic ero.
Molestus ne sis, nemo dat, age quid lubet.
Tu solus, credo, fœnore argentum datas.
D. Cedo fœnus. redde fœnus. fœnus reddite.
Daturin' estis fœnus actutum mihi,
Date mihi fœnus. TR. fœnus illic, fœnus hic.
Nescit quidem nisi fœnus fabularier.
Veterator. neque ego terriorem beluam
Vidisse me unquam quenquam, quam te, censeo.
D. Non edepol nunc me tu istis verbis territas.
Calidum hoc est, etsi procul abest, urit male.
TH. Quod illud est fœnus obsecro, quod illic petit,
TR. Pater eccum advenit peregre non multo prius
Illius, is tibi & fœnus & sortem dabit.
Ne inconciliare quid nos porro postules.
Vide num moratur, D. quin feram, si quid datur.
TH. Quid ais tu, TR. quid vis, TH. quis illic est, quid illic petit,
Quid Philolachetem gnatum compellat,
Sic, & præsenti tibi facit convicium,
Quid illi debetur, TR. obsecro hercle, jube
Objici argentum huic ob os impuræ beluæ.
TH. Jubeam, TR. jube homini argento os verberarier.
C. Perfacile ego ictus perpetior argenteos,
TH. Quod illud argentum est, TR. huic debet Philolaches
Paulum. TH. quantillum, TR. quasi quadraginta minas. (est.
D. Ne sane id multum censeas, paulum id quidem
TR. Audin', videturne obsecro hercle idoneus,

Digitized by Google

Daniſta qui ſit? genus quod improbiſſimum eſt.
TH. Non ego iſtuc curo, quis ſit, unde ſit:
Illud volo mihi dici, id me ſcire expeto,
Adeo etiam argenti fœnus creditum audio.
TR. Quatuor quadraginta illi debentur minæ.
Dic te daturum, ut abeat. TH. egon' dicam dare?
TR. Dic. TH. egone? TR. tu ipſus dic modo, auſcultа mihi.
Promitte: age, inquam: ego jubeo. TH. reſponde mihi,
Quid eo eſt argento factum? TR. ſalvum eſt. TH. ſolvite
Voſmet igitur, ſi ſalvum eſt. TR. ædeis filius
Tuus emit. TH. ædeis? TR. ædeis. TH. euge Philolaches.
Patriſſat. jam homo in mercatura vortitur.
Ain' tu, ædeis? TR. ædeis, inquam. ſed ſcin' cujuſmodi?
TH. Qui ſcire poſſim? TR. vah! TH. quid eſt? TR. ne me roga.
TH. Nam quid ita? TR. ſpeculo claras clarorem merum.
TH. Bene hercle factum. quid? eas quanti deſtinat.
TR. Talentis magnis totidem, quot ego & tu ſumus
Sed arrhaboni has dedit quadraginta minas.
Hinc ſumpſit quas ei dedimus. ſatin' intelligis?
Nam poſtquam hæce ædes ita erant, ut dixi tibi,
Continuo eſt alias ædes mercatus ſibi.
TH. Bene hercle factum. D. heus, jam appetit meridies.
TR. Abſolve hunc quæſo vomitum, ne hic nos enecet.
Quatuor quadraginta illi debentur minæ,
Et ſors & fœnus. D. tantum eſt: nihilo plus peto.
TR. Velim quidem hercle, ut uno nummo plus petas.
TR. Adoleſcens, mecum rem habe. D. nempe abs te petam.
TH. Retito cras. D. abeo, ſat habeo, ſi cras fero.
TR. Malum quod iſti dî deæque omnes duint!
Ita mea conſilia perturbat pæniſſime.
Nullum edepol hodie genus eſt hominum tetrius,
Nec minus bono cum jure, quam Daniſticum.
TH. Qua in regione iſtas ædes emit filius?
TR. Ecce

TR. Ecce autem perii! TH. dicisne hoc, quod te rogo?
TR. Dicam: sed nomen domini quæro quid siet.
TH. Age, comminiscere ergo. TR. quid ego nunc agam?
Nisi, ut in vicinum hunc proximum mendacium
Eas emisse ædes hujus dicam filium.
Calidum hercle audivi esse optimum mendacium:
Quicquid Dei dicunt, id rectum est dicere.
TR. Quid igitur? jam commentu's? TR. dii istum perduint,
Imo istunc potius de vicino hoc proximo
Tuus emit ædes filius. TR. bonan' fide?
TR. Siquidem es argentum redditurus, tum bona:
Si redditurus non es, non emit bona.
TH. Non in loco emit perbono has. TR. imo optimo.
TH. Cupio hercle inspicere has ædes. pultadum fores,
Atque evocato aliquem intus ad te, Tranio.
TR. Ecce autem iterum nunc quid ego dicam nescio,
Iterum jam ad unum saxum me fluctus ferunt.
Quid nunc? non hercle, quid nunc faciam, reperio:
Manifesto teneor. TH evocadum aliquem foras,
Roga circumducat. TR. heus tu, at hic sunt mulieres:
Videndum est primum, utrum eæ velint ne, an non velint.
TH. Bonum æquomque oras. percontare & roga.
Ego hic tantisper, dum exis, te opperiar foris.
TR. Dii te deæque omnes funditus perdant, senex:
Ita mea consilia undique oppugnas mala.
Euge, optime: eccum dominus ædium foras
Simo progreditur ipsus. huc concessero,
Dum mihi senatum consilii in cos convoco.
Igitur dum accedam hunc, quando quid agam invenero.

ACTUS III. SCENA II.

SIMO, THEUROPIDES *senes*, TRANIO *servus*.

MElius anno hoc mihi non fuit domi,
Nec quando esca una meruerit magis.
Prandium mihi uxor perbonum dedit.
Nunc dormitum jubet me ire. minime.

Non mihi forte visum illico fuit,
Melius quom prandium, quam solitum, dedit.
Voluit in cubiculum abducere me anus.
NON BONUS SOMNUS est de prandio: apage:
Clanculum ex ædibus me edidi foras.
Tota turget mihi uxor nunc, scio, domi.
TR. Res parata est mala in vesperum huic seni,
Nam & cœnandum & cubandum est intus male.
S. Quo magis cogito ego cum meo animo,
Si quis dotatam uxorem habet,
Neminem solicitat sopor:
Ire dormitum odio est. nunu vero mihi
Exsequi certa res est, ut abeam
Potius hinc ad forum, quam domi cubem.
Atque pol nescio, ut moribus sient
Vostræ: hoc sat scio quam me habeat male;
Pejusque posthac fore, quam fuit mihi.
TR. Si abitus tuus tibi, senex, fecerit male,
Nihil erit quod deorum ullum accusites:
Te ipse jure optimo merito incuses licet.
Tempus nunc est senem hunc alloqui mihi.
Hoc habet: reperi, qui senem ducerem:
Quo dolo à me dolorem procul pellerem.
Accedam. dii te ament plurimum, Simo.
S. Salvos sis Tranio. TR. ut vales? S. non male.
Quid agis? TR. hominem optimum teneo. S. amice facis,
Cum me laudas. TR. decet certe. S. hercle. at ego te (mo?
Haud bonum teneo servom. TR. quid ita vero, Si-
S. Quid nunc, quam mox? TR. quid est? S. quod solet fieri.
TR. Dic *igitur*; *quod solet fieri*, quid id est?
S. *Quid facitis vos, sed, ut verum, Tranio*, loquar,
Sic decet, UT HOMINES SUNT, ita morem geras.
VITA QUAM SIT brevis, simul cogita.
TR. Quid? ehem, vix tandem
Percepi super his rebus nostris te loqui,
S. Musice hercle agitis ætatem: ita ut vos decet:
Vino & victu, piscatu probo, electili,
Vitam colitis. TR. imo vita antehac erat:
Nunc nobis omnia hæc exciderunt,
S. Quidum? TR. ita oppido occidimus omnes, Simo.

S. Non

S. Non taces? prospere vobis cuncta usque adhuc
Processerunt. TR. ita ut dicis, facta haud nego.
Nos profecto probe, ut voluimus, vivimus.
Sed, Simo, ita nunc ventus navem
Deseruit. S. quid est? quomodo, pessume
Quæ ne subducta erat tuto in terra?
TR. Hei! S. quid est? TR. me miserum, occidi.
S. qui? TR. quia
Venit navis, nostræ navi quæ frangat ratem.
S. Velim ut velles, Tranio. sed quid est negotii?
Eloquere. TR. herus peregre venit. S. tunc tibi
Chorda tenditur: inde in territerium:
Postea *in crucem recta.* TR, *nunc te ego per* genua
Obsecro; ne indicium hero facias meo. S. è me,
Ne quid metuas, nihil sciet. TR. patrone salve.
S. Nihil moror mihi istiusmodi clientes.
TR. Nunc hoc, quod ad te noster me misit senex.
S. Hoc mihi responde primum, quod ego te rogo:
Jam de istis rebus vester quid sensit senex?
TR. Nihil quicquam. S. nunquid increpavit filium?
TR. Tam liquidus est, quam liquida esse tempestas solet.
Nunc te hoc orare jussit opere maxumo,
Ut sibi liceret inspicere has ædes tuas.
S. Non sunt venales. TR. scio equidem istuc. sed senex
Gynæceum ædificare volt hic in suis,
Et balneas & ambulacrum & porticum.
S. Quid consomniavit? TR. ego dicam tibi.
Dare volt uxorem filio quantum potest:
Ad eam rem facere volt novum gynæceum.
Nam sibi laudasse hasce ait architectonem
Nescio quem, esse ædificatas has sane bene.
Nunc hinc exemplum capere volt, nisi tu nevis.
S. Næ ille malo quidem ab opere sibi exemplum pe-
TR. Quia hic *audivit* esse æstatem perbonam. (tit.
Subdiu coli *absque Sole* perpetuum diem.
S. Imo edepol vero, cum usquequaque est umbra, tamen
Sol semper hic est usque à mani ad vesperum,
Quasi flagitator astat usque ad ostium.
Nec mihi umbra usquam est, nisi si in puteo quæpiam est.

Digitized by Google

TR. Quid, Sarsinatis ecqua est? si Umbram non habes
S. Molestus ne sis: hæc sunt sicut prædico.
TR. Attamen inspicere volt. S. inspiciat, si lubet.
Si quid erit, quod illi placeat, de exemplo meo
Ipse ædificato. TR. eon'? voco huc hominem?
S. i, voca.
TR. Alexandrum magnum, atque Agathoclem
ajunt maximas
Duo res gessisse, quid mihi fiet tertio,
Qui solus facio facinora immortalia?
Vehit hic clitellas, vehit hic autem alter senex,
Novitium mihi quæstum institui non malum:
Nam muliones mulos clitellarios
Habent: ego habeo homines clitellarios.
Magni sunt oneris: quicquid imponas, vehunt.
Nunc hunc haud scio an colloquar. congrediar.
Heus Theuropides. TH. quis nominat me?
TR. Hero servos multum suo fidelis.
Quo me miseras, affero omne impetratum.
TR. Quid illic obsecro tam diu restitisti?
TR. Seni non otium erat, id sum opperitus.
TH. Antiquum hoc obtines tuum, tardus ut sis.
TR. Heus tu, si voles verbum hoc cogitare,
SIMUL FLARE sorbereque haud facile
Est: ego hic esse & illic simul haud potui.
TH. Quid nunc? TR. vise, specta tuo arbitratu.
TH. Age, duc me. TR. num moror? TH. subsequor te.
TR. Senex ipse te ante ostium eccum operitur.
Sed mœstus est sese hasce vendidisse.
TH. Quid tandem? TR. orat ut suadeam Philolacheti,
Ut istas remittat sibi. TH. haud opinor.
Sibi quisque ruri metit. si male emptæ
Forent, nobis istas redhibere haud liceret.
LUCRI quicquid est, id domum trahere oportet,
Misericordias *jam habere haud* hominem oportet.
TR. Morare hercle, *cum verba* facis. subsequere.
TH. Fiat do tibi ego operam. TR. senex illic est.
hem adduxi tibi hominem. (des.
S. Salvom te advenisse peregre gaudeo, Theuropi-
Dii te ament. S. inspicere hic ædes te has velle
ajebat mihi.

TH. Nisi

Digitized by Google

TH. Niſi tibi incommodum eſt. S. imo commodum. i intro, atque aſpice.
TR. At enim mulieres. S. cave tu illam floccifacias mulierem.
Qualibet perambula ædes oppido tanquam tuas.
TH. Tanquam? TR. ah cave tu illi objectes nunc in ægritudine,
Te has emiſſe. non tu vides hunc, vulta ut triſti eſt ſenex?
TH. Video. TR. ergo irridere ne videare & geſtire admodum,
Noli facere mentionem te emiſſe. TH. intellego.
Et bene monitum duco, atque te exiſtumo humano ingenio.
Quid nunc? S. quin tu is intro, atque otioſe perſpectas, ut lubet?
TH. Bene benigneque arbitror te facere. S. factum edepol volo.
Vin' qui perducat? TH. apage iſtum perductorem; non placet.
S. Quid? quid eſt TR. errabo potius, quam perducat quiſpiam
TR. Viden' veſtibulum ante ædis hoc? & ambulacrum quojuſmodi!
TH. Luculentum edepol profecto. TR. age ſpecta, poſtes cujuſmodi!
Quanta firmitate facti, & quanta craſſitudine!
TH. Non videor vidiſſe poſtes pulchriores. S. pol mihi
Eo pretio empti fuerant olim. TH. audin', Fuerant. dicere? (emeras?
Vix videtur continere lacrumas. TH. quanti hos
S. Tres minas pro iſtis duobus, præter vecturam, dedi.
TH. Hercle quin multum improbiores ſunt quam à primo credidi.
TR. Quapropter? TH. quia edepol ambo ab infimo tarmes ſecat. (cet:
TR. Intempeſtivos exciſcos credo, id eis vitium no-
Atque etiam nunc ſatis boni ſunt, ſi ſint inducti pice.
Non enim hæc pultifagus opifex opera fecit barbarus.

Viden' coagmenta in foribus è TH. video. TR. ſpecta, quam arcte dormiunt.
TH. Dormiunt? TR. illud quidem, ut connivent, volui dicere.
Satin' habes? TH. ut quidque magis contemplor, tanto magis placet.
TR. Viden' pictum, ubi ludificatur cornix una volturios duo?
Cornix aſtat, ea volturios duo viciſſim vellicat.
Quæſo huc ad me ſpecta, cornicem ut conſpicere poſſies.
Jam vides? TH. profecto nullam equidem illic cornicem intuor.
TR. At tu iſto ad vos obtuere, quoniam cornicem nequis
Conſpicari, ſi valturios forte poſſis contui,
TH. Omnino, ut te abſolvam, nullam pictam conſpicio hic avem.
TR. Age, jam mitto, ignoſco: ætate non quis obtuerier.
TH. Hæc, quæ poſſum, ea mihi profecto cuncta vehementer placent.
S. Latius demum eſt operæ pretium iviſſe. TH. recte edepol mones.
S. Ebo iſtum, puer, circumduce haſce ædes, & conclavia.
Nam egomet ductarem, niſi mihi eſſet ad forum negotium.
TH. Apage iſtum à me perductorem: nihil moror ductarier.
S. Quid? quid eſt? TH. errabo potius, quam perductet quiſpiam.
S. Ædes dico. TH. ergo intro eo ſine perductore. S. i, licet.
TH. Ibo intro igitur. TR. mane ſis: videamne canis. TH. agedum vide.
TR. Eſt. TH. ubi canis eſt, TR. abi dierecta. 'ſt! abin' hinc in malam crucem(
At etiam reſtas; 'ſt! abi iſtinc. S. nihil periclieſt; age.
Tam placida eſt, quam eſt aqua: viſe. ire intro audacter licet. (ambula.
Eo ego hinc ad forum. TH. feciſti commode, bene

Trans

Tranio age, canem iſtam à foribus abducat face.
Etſi non metuenda eſt. TR. quin tu illam aſpice;
ut placide accubat!
Niſi moleſtum vis videri te, atque ignavum.
TH. jam ut lubet.
Sequere hac igitur. TR. equidem haud uſquam à
pedibus abſcedam tuis.

ACTUS III. SCENA III.

TRANIO *ſervus*, THEUROPIDES *ſenex*.

QUid tibi viſum eſt hoc mercimonii? TH. totus
gaudeo.
TR. Num nimio emptæ tibi videntur? TH. nun-
quam edepol me ſcio
Vidiſſe uſquam abjectas ædes, niſi modo haſce.
TR. ecquid placent?
TH. Ecquid placeant, me rogas? imo hercle vero
perplacent.
TH. Cujuſmodi gynæceum? quid porticum? TH. in-
ſanum bonam.
Non equidem ullam in publico eſſe majorem hac
exiſtimo.
TR. Quin ego ipſe & Philolaches in publico omnes
porticus
Sumus commenſi. TH. quid igitur? TR. longe
omnium longiſſima eſt.
TH. Dii immortales, mercimonii lepidi! ſi hercle
nunc ferat
Sex talenta magna argenti pro iſtis præſentaria,
Nunquam accipiam. TR. ſi, here, te accipere cupias,
ego nunquam ſinam.
TH. Bene res noſtra collocata eſt iſtoc mercimonio.
TR. Me ſuaſore atque impulſore id factum audacter
dicito: (ret,
Qui ſubegi, fœnore argentum ab Daniſta ut ſume-
Quod iſti dedimus arrhaboni. TH. ſervaviſti omnem
ratem.
Nempe octoginta debentur huic minæ. TR. haud
nummo amplius.
TH. Hodie accipiat. TR. ita enimvero, ne qua
cauſſa ſubſiet, (ro.
Vel mihi denumerato; ego illi porro denumerave-

TH. At

TH. At enim, ne quid captioni mihi ſit, ſi dederim tibi.
TR. Egone te joculo modo anſim, dicto aut facto fallere?
TH. Egon' abs te anſim non cavere, ne quid committam tibi?
TR. Quia tibi nunquam quicquam, poſtquam tuus ſum, verborum dedi.
TH. Ego enim cavi recte. eam mihi debeo gratiam atque animo meo. (ſentio.
Sat ſapio, ſi abs te modo uno caveo. TR. tecum
TH. Nunc abi, i rus. dic me adveniſſe filio. TR. faciam ut voles.
TH. Curriculo abi, jube in urbem veniat jam ſimul tecum. TR. licet.
Nunc ego me illa per poſticum ad congerrones conferam.
Dicam ut hic res ſint quietæ, atque ut hunc hinc amoverim.

ACTUS IV. SCENA I.

PHANISCUS *adverſitor.*

SERVI, QUI CUM culpa carint, tamen malum Metuunt, hi ſolent eſſe heris utibiles,
Nam illi, qui nihil metuunt, poſtquam ſunt malum Meriti, ſtulta ſibi expetunt conſilia.
Exercent ſeſe ad curſuram, fugiunt. ſed
Hi, ſi reprehenſi ſunt, faciunt à malo
Peculium quod nequeunt *facere de ſuo*:
Augent ex pauxillo, *theſaurum inde* parant,
Mihi, in pectore conſilii *quod eſt*,
Lubet cavere malam rem prius,
Quam ut meum *tergum exſinceratum fiat.*
Ut adhuc fuit, mihi corium eſſe oportet
Sincerum, atque uti vetem verberari.
Si huic imperabo, probe tectum habebo:
Malum cum impluit cæteros, non impluat mihi.
Nam UT SERVI volunt eſſe herum, ita ſolet.
Bonis boni ſunt: improbi, qui malus fuit,
Nam nunc domi noſtræ tot peſſimi vivont,
Peculi ſui prodigi, plagigeruli: ubi advorſum ut Sunt vocantur heros: Non eo, moleſtus ne ſis. Sci-

Scio quo properas: gestis aliquo jam hercle;
Ire vis, mala, foras pastum bene merens
Hoc pretium inde abstuli. ita abii foras. solus
Nunc eo advorsum hero ex plurimis servis.
Hoc die crastini cum herus resciverit,
Mane castigabit eos bubulis exuviis.
Postremo minoris pendo tergum illorum, quam meum.

ACTUS IV. SCENA II.

PHANISCUS *adversitor*, SERVUS *alius*, THEUROPIDES *senex*.

ILli erunt bucædæ multo potius, quam ego
Sim restio. S. mane tu, atque assiste illico:
Phanisce etiam respice. P. mihi molestus ne sis.
S. Vide ut fastidit simia.
P. Mihi sum, libet esse. quid id curas?
S. Manesne illico impure parasite?
P. Qui parasitus sum? S. ego enim
Dicam: cibo perduci poteris quovis.
Ferocem facis, quia te herus tam amat. P. vah!
Oculi dolent. S. cur? P. quia fumus molestus.
S. Tace sis faber, qui cudere soles plumbeos
Nummos. P. non potes tu cogere me, ut tibi
Maledicam. novit herus me. S. suam
Quidem pol culcitullam oportet. P. si sobrius sis,
Male non dicas. S. tibi obtemperem, cum tu mihi
Nequeas? P. at tu mecum, pessime, i adversus.
S. Quæso hercle, Phanisce, abstine jam sermonem
De istis rebus. P. faciam, & pultabo fores.
Heus, ecquis hic est, maximam qui his injuriam
Foribus defendat? ecquis, ecquis huc exit, atque aperit?
Nemo hinc quidem foras exit: ut esse addecet
Nequam homines, ita sunt: sed eo magis cauto 'st
Opus, ne huc exeat, qui male me mulcet
Hic quidem neque convivarum sonitus, itidem ut antehac fuit, (audio.
Neque tibicinam cantantem, neque alium quenquam
T. Quæ illæc res est? quid illi homines quærunt apud ædes meas?
Quid volunt? quid introspectant? P. pergam pultare ostium.

Heus

Heus reclude: heus, Tranio, etiam aperis? T. quæ hæc est fabula!

P. Etiamne aperis? Caliidamati nostro advorsum venimus.

T. Heus, vos pueri, quid istic agitis? quid istas ædes frangitis?

P. Herus hic noster potat. T. herus hic vester potat? P. ita loquor.

T. Puer nimium es delicatus. P. ei advorsum venimus.

T. Quoi homini? P. hero nostro. quæso, quoties dicendum est tibi?

T. Puer, hic nemo habitat, nam te esse arbitror puerum probum.

P. Non hic Philolaches adolescens habitat hisce ædibus?

S. Senex hic cerebrosus est certe. P. erras perverse, pater.

Nam nisi hinc hodie emigravit, aut heri, certo scio

Hic habitare. T. quin sex menses jam hic nemo habitat. S. somnias.

T. Egone? S. tu. T. tu molestus: sine me cum puero loqui.

P. Nemo habitat? hem! T. ita profecto. P. nam heri & nudius tertius,

Quartus, quintus, sextus usque, postquam hinc peregre ejus pater

Abiit, nunquam hic triduum in unum desitum est esse & bibi.

T. Quid ais? P. triduum in unum est haud intermissum hic esse & bibi,

Scorta duci, pergræcari, fidicinas, tibicinas

Ducere. T. quis istæc faciebat? P. Philolaches. T. qui Philolaches?

P. Cui patrem Theuropidem esse opinor. T. hei, hei, occidi,

Si hæc hic vera memorat. pergam porro percontarier.

Ain, tu istic potare solitum Philolachem istum quisquis est,

Cum hero vestro? P. hic, inquam. T. puere, præter speciem stultus es.

Vide sis ne forte ad merendam quopiam devorteris

Atque

Atque ibi meliuſcule, quam ſatis fuerit, biberis. P. quid eſt?
T. Ita dico, ne ad alias ædes perperam deveneris.
P. Scio quam me ire oportet: & quo venerim novi loqui.
Philolaches hic habitat, quoius eſt pater Theuropides.
Qui, poſtquam pater ad mercatum abivit hinc, tibicinam
Liberavit. T. Philolaches ergo? P. ita, Philematium quidem.
T. Quanti? S. triginta talentis. P. μὰ τὸν ἀπόλλω! ſed nimis.
T. Ain', minis triginta amicam deſtinatam Philolachi?
P. Aio. T. atque eam manu emiſiſſe? P. ajo. T. & poſtquam ejus hinc pater
Sit profectus peregre, perpotaſſe aſſidue
Tuo cum domino? P. ajo. T. quid? is ædes emit hic proximas?
P. Non ajo. T. quadraginta etiam dedit huic quæ eſſent pignori?
P Neque illud ajo. T. hei perdis. P. imo ſuum patrem illic perdidit.
T. Vera cantas. vana vellem! P. patris amicus videlicet.
T. Heu edepol patrem eum miſerum prædicas. P. nihil hoc quidem eſt,
Triginta minæ, præ quam alios dapſiles ſumptus facit.
Perdidit patrem. unus iſtic ſervos eſt ſacerrimus
Tranio: is vel Herculi conterere quæſtum poſſiet.
Edepol me ejus patris miſeret: qui cum iſtæc ſciet
Facta ita, amburet miſero ei corculum carbunculus.
T. Siquidem iſta vera ſunt. P. quid merear, quamobrem mentiar?
Heus vos, ecquis haſce aperit? T. quid iſtac pultas, ubi nemo intus?
P. Alio credo comeſſatum abiſſe. abeamus nunc jam.
T. Puere, jamne abis? libertas pænula eſt tergo tuo.
P. Mihi, niſi herum metuam & curem, nihil eſt quí tergum tegam.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA III.

THEUROPIDES, SIMO, *senes duo.*

Perii hercle; quid opus est verbis? ut verba audio,
Non equidem in Ægyptum hinc modo vectas fui,
Sed etiam in terras solas, oraſque ultimas,
Sum circumvectus. ita ubi nunc sim nescio.
Verum jam scibo: nam eccum, unde ædes filius
Meus emit. quid ais tu? S. à foro incedo domum.
T. Nunquid processit ad forum hodie novi?
S. Etiam. T. quid tandem? S. vidi efferri mortuum. T. hem
Novum! S. unum vidi mortuum efferri foras:
Modo eum vixisse ajebant. T. væ capiti tuo.
S. Quid tu ut ociosus res novas requiritas?
T. Quia hodie adveni peregre. S. promisi foras,
Ad cœnam ne me te vocare censeas.
T. Haud postulo edepol. S. verum cras, nisi quis prius
Vocaverit me, vel apud te cœnavero.
T. Ne istuc quidem edepol postulo; nisi quid magis
Es occupatus, operam mihi da. S. maxime.
T. Minas quadraginta accepisti, quas sciam,
A Philolachete? S. nunquam nummum, quod sciam.
T. Quid? à Tranione, servo meo? S. multo id minus.
T. Quas ille arrhaboni tibi dedit? S. quid somnias?
T. Egone? at quidem tu, qui istoc te speras modo
Potesse dissimulando infectum hoc reddere.
S. Quid autem? T. quod me absente tecum hic filius
Negotii gessit. S. mecum ut ille hic gesserit,
Dum tu hic abes, negotii? quidnam? aut quo die?
T. Minas tibi octoginta argenti debeo.
S. Non mihi quidem hercle. verum, si debes, cedo.
Fides servanda est, ne ire inficias postules.
T. Profecto non negabo debere, & dabo.
Tu cave quadraginta accepisse hinc ne neges.
S. Quæso edepol hoc me aspecta, & responde mihi,
Te velle uxorem ajebat tuo nato dare,
Ideo ædificare hoc velle ajebat in tuis.
T. Hic ædificare volui? S. sic dixit mihi.
T. Hei mihi, disperii! vocis non habeo satis.

Vici-

Digitized by Google

Vicini, interii, perii! S. nunquid Tranio
Turbavit? T. imo exturbavit omnia.
Te ludificatus est & me hodie indignis modis.
S. Quid tu ais? T. hæc res sic est, ut narro tibi.
Te ludificatus & me hodie in perpetuum modum.
Nunc te obsecro, ut me bene juves, operamque des.
S. Quid vis? T. i mecum, obsecro, una simul.
S. Fiat. T. servorumque operam & lora mihi cedo.
S. Sume. T. eadem ego opera hæc tibi narravero,
Quis me exemplis hodie eludificatus est.

ACTUS V. SCENA I.

TRANIO *servus*, THEUROPIDES *senex*.

QUi homo timidus erit in rebus dubiis, nunci non erit.
Atque equidem quid id esse dicam verbum nauci, nescio.
Nam herus me postquam rus misit, ut filium suum arcesserem,
Abii illa per angiportum ad hortum nostrum clanculum
Ostiam quod in angiportu est horti, patefeci fores,
Eaque eduxi omnem legionem, & mares & fœminas:
Postquam ex obsidione in tutum eduxi maniplares meos,
Capio consilium, ut senatum congerronum convocem;
Quem cum convocavi, atque illi me è senatu segregant, (test, re
Ubi ego video rem vorti in meo foro, quantum po-
Facio idem quod plurimi alii, QUIBUS RES timida aut turbida est:
Pergunt turbare usque ut ne quid possit conquiescere.
Nam scio equidem nullo pacto jam esse posse clam senem.
Sed quid hoc est quod foris concrepuit proxima vicinia?
Herus meus hic quidem est, gustare ego ejus sermonem volo.

TH. Illico intra limen aſtate illic: ut, cum extemplo vocem,
Continuo exiliatis: manicas celeriter connectite.
Ego illum ante ædes præſtolabor ludificatorem meum:
Quoius ego hic ludificabo corium, ſi vivo, probe.
TR. Res palam eſt. nunc te videre melius eſt, quid agas, Tranio.
TH. Docte atque aſtute mihi captandum eſt cum illo, ubi illoc advenerit.
Non ego illi extemplo ita meum oſtendam ſenſum: mittam lineam.
Diſſimulabo me horum quicquam ſcire. TR. ô mortalem malum!
Alter hoc Athenis nemo doctior dici poteſt.
Verba dare illi non magis hodie quiſquam, quam lapidi, poteſt.
Aggrediar hominem: appellabo. TH. nunc ego ille huc veniat velim.
TR. Siquidem pol me quæris, aſſum præſens præſenti tibi.
TH. Euge Tranio, quid agitur? TR. veniunt ruri ruſtici.
Philolaches jam hic aderit. TH. edepol mihi opportune advenit.
Noſtrum ego hunc vicinum opinor eſſe hominem audacem & malum.
TR. Qui dum? TH. qui negat noviſſe vos. TR. negat? TH. nec vos ſibi
Nummum unquam argenti dediſſe. TR. abi, ludis me, credo: haud negat.
TH. Quid jam? TR. ſcio, jocaris nunc tu: nam ille quidem haud negat.
TH. Imo edepol negat profecto: neque ſe has ædes Philolachi
Vendidiſſe. TR. eho, an negavit ſibi datum argentum, obſecro?
TH. Quin jusjurandum pollicitus eſt dare, ſi vellem, mihi:
Neque ſe haſce ædes vendidiſſe, neque ſibi eſſe argentum datum.
Dixi ego iſtuc idem illi. TR. quid ait? TH. ſetvos pollicitus eſt dare

Suos

Suos mihi omnes quæstioni. TR. nugas, nunquam edepol dabit.
TH. Dat profecto. TR. quin & illum in jus jube ire. TH. jam mane.
Experiar, ut opinor: certum est. TR. mihi hominem cedo.
TH. Quid si igitur ego arcessam homines? TR. factum jam esse oportuit:
Vel hominem jube ædes mancipio poscere. TH. imo hoc primum volo,
Quæstioni accipere servos. TR. faciundum edepol censeo. ego
Interim hanc aram occupabo. TH. quid ita? TR. nullam rem sapis.
Ne enim illi huc confugere possit quæstioni quos dabit.
Hic ego tibi præsidebo, ne interbitat quæstio.
TH. Surge. TR. minime. TH. ne occupassis, obsecro, aram. TR. cur? TH. scies:
Quia id enim maxime volo, ut illi istoc confugiant: sine.
Tanto apud judicem hunc argenti condemnabo facilius.
TR. Quod agis, id agas. quid tu porro vis serere negotium?
NESCIS TU QUAM meticulosa res sit ire ad judicem.
TH. Surge dum huc. est consulere igitur quiddam quod tecum volo.
TR. Sic tamen hinc consilium dedero. nimio plus sapio sedens.
Tum CONSILIA firmiora sunt de divinis locis.
TH. Surge, nec nugare: aspice dum contra me TR. aspexi. TH. vides? (me.
TR. Video. huc si quis intercedat tertius, pereat fa-
TH. Quî dum? TR. quia nihil quæsti fiet. mali hercle ambo sumus.
TH. Perii. TR. quid tibi est? TH. dedisti verba. TR. quotandem? TH. probe
Me emunxti. TR. vide sis, sati'ne recte? num mucci fluunt?
TH. Imo etiam cerebrum quoque omnem è capite emunxisti meum.

Nam omnia malefacta vestra repperi radicitus.
Non radicitus quidem hercle, verum etiam eradicitus.
Nunquam edepol hodie inultus destinaverim tibi.
Jam jubebo ignem & sarmenta, carnifex, circumdari.
TR. Ne faxis: nam elixus esse, quam assus, soleo suavior.
TH. Exempla edepol faciam ego in te. TR, quia placeo, exemplum expetis.
TH. Loquere, cujusmodi reliqui, quom hinc abibam, filium?
TH. Cum pedibus, manibus, cum digitis, auribus, oculis, labris.
TH. Aliud te rogo. TR. aliud ergo nunc tibi respondeo.
Sed eccum tui gnati sodalem video huc incedere Callidamatem: illo præsente mecum agito si quid voles.

ACTUS V. SCENA II.

CALLIDAMATES *adolescens*, THEUROPIDES *senex*, TRANIO *servus*.

UBi somnum sepelivi omnem, atque edormivi crapulam,
Philolaches venisse mihi suum narravit peregre huc patrem,
Quoque modo hominem advenientem servos ludificatus siet.
Ait sese metuere in conspectum illius occedere,
Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus,
Qui à patre ejus conciliarem pacem; atque eccum (des,
optime.
Jubeo te salvere: & salvus cum advenis, Theuropi-
Peregre, gaudeo. hic apud nos hodie cœnes. TH. sic
talem,
Callidamate, dei te ament; de cœna facio gratiam.
C. Quin venis? TR. promitte: ego ibo pro te, si
tibi non libet,
TH. Verbero, etiam irrides? TR. quian me pro
te ire ad cœnam autumo?
TH. Non enim ibis. ego ferare faxo, ut meruisti, in
crucem.

C. Age

C. Age mitte iſta, & ito ad me ad cœnam. TR. die venturum. quid taces?
C. Sed tu iſtuc quid confugiſti in aram inſcitiſſimus?
TR. Adveniens perterruit me. loquere nunc, quid fecerim:
Nunc utriuſque deſceptator eccum adeſt: age diſpu-
TH. Filium corrupiſſe ajo te meum. TR. auſcultа modo.
Fateor peccaviſſe, amicam liberaſſe, abſente te
Cœnori argentum ſumpſiſſe, id eſſe abſumptum, prædico.
Nunquid aliud fecit, niſi quod faciunt ſummis gnati generibus?
TH. Hercle mihi tecum cavendum eſt: nimis quam es orator catus,
C. Sine me dum iſtuc judicare: ſurge, ego iſtic aſſedero.
TH. Maxime: accipito hanc ad te litem. TR. enim iſtic captio eſt.
Fac, ego ne metuam igitur, & ut tu meam timeas vicem.
TH. Jam minoris omnia facio, præquam quibus modis
Me ludificatus eſt. TR. bene hercle factum, & factum gaudeo.
SAPERE ISTAC ætate oportet, qui ſunt capite candido,
TH. Quid ego nunc faciam, ſi amicus Demipho, aut Philonides?
TR. Dicito iis, quo pacto tuus te ſervus ludificaverit:
Optimas fruſtrationes dederis in Comœdiis.
C. Tace paramper: ſine viciſſim me loqui: auſcultа. TR. licet.
C. Omnium primum ſodalem me eſſe ſcis gnato tuo.
Is adiit me. nam illum prodire pudet in conſpectum tuum,
Propter ea quæ fecit, quia te ſcire ſcit. nunc te obſecro,
Stultitiæ adoleſcentiæque ejus ignoſcas. tuus eſt.
Scis ſolere illanc ætatem tali ludo ludere.
Quicquid fecit, nobiſcum una fecit, nos deliquimus.
Tuus, ſortem, ſumptumque omnem qui amica eſt, omnia

Digitized by Google

Nos dabimus, nos conferemus, noſtro ſumptu, non tuo.

TH. Non potuit venire orator magis ad me impetrabilis,

Quam tu; neque illi ſum iratus, neque quicquam ſuccenſeo.

Imo me præſente amato, bibito, facito quod lubet.

Si hoc pudet, feciſſe ſumptum; ſupplicii habeo ſatis. (jam?

C. Diſpudet TR. *Dat* iſtam veniam. quid me fiet nunc

TH. Verberibus cædere, lutum, pendens. TR, tamen etſi me pudet!

TH. Interimam hercle ego, ſi vivo. C. fac iſtam cunctam gratiam:

Tranioni remitte quæſo hanc noxiam cauſſa mea.

TH. Aliud quidvis impetrari à me facilius perferam,

Quam ut non ego iſtum pro ſuis factis peſſumis peſſum premam.

C. Mitte quæſo iſtunc. TH, hem, viden' ut reſtat furcifer?

C. Tranio quieſce, ſi ſapis. TH. tu quieſce hanc rem modo

Petere: ego illum verberibus, ut ſit quietus, ſubegero.

C. Nihil opus eſt profecto: age jam, ſine te exorarier.

TH. Nolo ores. C. quæſo hercle. TH. nolo, inquam, ores. C. nequicquam nevis.

Hanc modo unam noxiam, unam, quæſo, fac cauſſa mea.

TR. Quid gravaris? quaſi non cras jam commeream aliam noxiam:

Ibi utrunque, & hoc & illud, poteris ulciſci probe.

C. Sine te exorem. TH. age abi, abi impune. hem huic habeto gratiam.

Spectatores, Fabula hæc eſt acta: vos plauſum date

FINIS MOSTELLARIÆ.

MI-

Digitized by Google

MENÆCHMI.

Dramatis Perſonæ.

PENICULUS *parasitus.*
MENÆCHMUS *surreptus.*
EROTIUM *meretrix.*
CYLINDRUS *coquus.*
MENÆCHMUS *Sosicles.*
MESSENIO *servus.*
MULIER *uxor.*
SERVOS *alius.*
ANCILLA.
SENEX.
MEDICUS.
LORARII.

ARGUMENTUM.

Mercator Siculus, cui erat gemini filii,
Ei surrepto altero, mors obtigit.
Nomen surrepticii illi indit qui domi est
Avus paternus, facit Menachmum Sosiclem.
Et is germanum, postquam adolevit, quaritat
Circum omnes oras, post Epidamnum devenit:
Hic fuerat auctus ille surreptitius.
Menachmum civem credunt omnes advenam:
Eunque appellant, meretrix, uxor, & socer.
Ii se cognoscunt fratres postremo invicem.

PROLOGUS.

SAlutem primum jam à principio propitiam
Mihi, atque vobis, spectatores, nuncio.
Apporto vobis Plautum lingua, non manu:
Quæso ut benignis accipiatis auribus.
Nunc argumentum accipite atque animum advortite.
Quam potero in verba conferam pauciſſuma.
Atque hoc Poëtæ faciunt in Comœdiis.
Omneis res gestas esse Athenis autumant,
Quo illud vobis Græcum videatur magis,
Ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.
Atque adeo hoc argumentum Græciſſat, tamen
Non Atticiſſat, verum Siculiciſſitat.

Digitized by Google

Huic argumento antelogium quidem hoc fuit.
Nunc argumentum vobis demensum dabo,
Non modio, neque trimodio, verum ipso horreo.
Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.
Mercator quidam fuit Syracusis senex,
Ei sunt nati filii gemini duo,
Ita forma simili pueri, uti mater sua
Non internosse posset, quæ mammam dabat:
Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat,
Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat.
Ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat.
Postquam jam pueri septuennes sunt, pater
Oneravit navem multis mercibus.
Imponit alterum geminum in navem pater.
Tarentum avexit secum ad mercatum simul:
Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludi forte erant, quom illuc venit:
Mortales multi; ut ad ludos, convenerant.
Puer aberravit inter homines à patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit:
Is puerum tollit, avehitque Epidamnium.
Pater ejus autem, postquam puerum perdidit,
Animum despondit, eaque is ægritudine
Paucis diebus post Tarenti emortuus'st.
Postquam Syracusas de re ea nuncius redit.
Ad avom puerorum, puerum subreptum alterum
Patremque pueri Tarenti esse emortuum,
Immutat nomen avos huic gemino alteri:
Ita illum dilexit, qui subreptus est, alterum,
Illius nomen indit illi, qui domi est:
Menæchmo idem quod alteri nomen fuit.
Et ipsus eodem avos est vocatus nomine:
Propterea illius nomen memini facilius,
Quia illum clamore vidi flagitarier.
Ne mox erretis, jam nunc prædico prius.
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi,
Ut hanc rem vobis exanussim disputem.
Si quis quid vostrum Epidamnum curari sibi
Velit, is audacter imperato & dicito:
Sed ita, ut det, unde curari id possit sibi.
Nam nisi qui argentum dederit, nugas egerit.

Qui

Digitized by Google

Qui dederit ; magis majores nugas egerit.
Verum illuc redeo unde, atque uno acto in loco.
Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,
Geminum illum puerum qui surripuit alterum;
Ei liberorum, nisi divitiæ, nihil erat.
Adoptat illum puerum surreptitium
Sibi filium, eique uxorem dotatam dedit:
Eumque hæredem fecit, quam ipse obiit diem.
Nam rus ut ibat forte, ut multum pluverat,
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,
Rapidus raptori pueri subduxit pedes,
Abstraxitq; hominem in maximam malam crucem.
Illi divitiæ evenerunt maximæ.
Is illic habitat geminus surreptitius.
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
Hodie in Epidamnum venit cum servo suo
Hunc quæritatum geminum germanum suum.
Hæc urbs Epidamnus est, dum hæc agitur Fabula:
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum:
Sicut familiæ quoque solent mutarier:
Modo enim idem fit leno, modo adolescens, modo senex,
Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

ACTUS I. SCENA I.

PENICULUS *parasitus.*

JUventus nomen fecit Peniculo mihi,
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.
Homines capteivos qui catenis vinciunt,
Et qui fugitivis servis indunt compedes,
Nimis stulte faciunt, mea quidem sententia.
Namque HOMINI MISERO si ad malum accidit malum,
Major lubido est fugere & facere nequiter.
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo,
Tum compediti januam lima proterunt,
Aut lapide excutiunt clavum: nugæ sunt eæ.
Quem tu asservare recte, ne aufugiat, voles,
Esca atque pozione vinciri decet.
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.
Dum tu illi, quod edat, & quod potet, præbeas,
Suo arbitratu & affatim cotidie,
Nunquam edepol fugiet, tametsi capital fecerit.

Digitized by Google

Facile asservabis, dum eo vinclo vincies.
Ita istæc NIMIS LENTA vincla sunt escaria;
Quam magis extendas, tanto astringunt arctius.
Nam ego ad Menæchmum nunc eo, quo jam diu
Sum judicatus: ultro eo ut me vinciat.
Nam illic homo homines non alit, verum educat
Recreatque: nullus melius medicinam facit.
Ita est adolescens ipsus escæ maxumæ!
Cerealeis cœnas dat, ita mensas extruit:
Tantas struices concinnat patinarias;
Standum est in lecto, si quid de summo petas.
Sed mihi intervallum jam hos dies multos fuit:
Domi domitus fui usque cum caris meis.
Nam neque edo, neque emo, nisi quod est carissimum
Id quoque jam cari qui instruuntur, deserunt.
Nunc ad eum invisо, sed aperitur ostium.
Menæchmum eccum ipsum video; progreditur foras.

ACTUS I. SCENA II.

MENÆCHMUS *surreptus*, PENICULUS *parasitus*.

NI mala, ni stulta sis, ni indomita impoſque animi,
Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas.
Præter hac si mihi tale post hunc diem
Faxis, faxo foris vidua visas patrem.
Nam quoties foras ire volo, me retines, revocas;
Rogitas quo ego eam, quam rem agam, quid negotii geram,
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.
Portitorem domum duxi ita omnem mihi
Rem necesse loqui est quicquid egi atque ago.
Nimium ego te habui delicatam.
Nunc adeo, ut facturus, dicam, quando ego, tibi ancillas, penum,
Lanam, aurum, vestem, purpuram bene præbeo: nec quicquam eges:
Malo cavebis, si sapis: virum observare desines.
Atque adeo, ne me nequicquam serves, ob eam industriam
Hodie ducam scortum, atque ad cœnam aliquo condicam foras.

Digitized by Google

P. Illic homo ſe uxori ſimulat male loqui; loquitur mihi.
Nam ſi foris cœnat, profecto me, haud uxorem, ulciſcitur.
M. Evax, jurgio hercle tandem uxorem abegi ab janua.
Ubi amatores ſunt mariti? dona quia ceſſant mihi
Confere omnes, congratulantes, quia pugnavi fortiter? fero.
Hanc modo uxori intus pallam ſurripui, ad ſcortum
Sic hoc decet dari facete verba cuſtodicatæ,
Hoc facinus pulchrum eſt, hoc probum eſt, hoc lepidum, hoc factum eſt fabre.
Meo malo à mala abſtuli: hoc ad damnum deferetur
Averti prædam ab hoſtibus, noſtrum ſalute ſocium.
P. Heus adoleſcens, ecqua in iſtac pars ineſt præda mihi?
M. Perii, in inſidias deveni. P, imo in præſidium. ne time.
M. Quis homo eſt? P. ego ſum. M. ô mea commoditas, ô mea opportunitas,
Salve. P. ſalve. M. quid ais? P. teneo dextera Genium meum.
M. Non potuiſti magis per tempus mihi advenire, quam advenis. (ſcio.
P. Ita ego ſoleo: commoditatis omneis articulos
M. Vin' tu facinus luculentum inſpicere? P. quis id coxit coquus?
Jam ſciam, ſi quid titubatum eſt, ubi reliquias videro.
M. Dic mihi, nunquam tu vidiſti tabulam pictam in pariete,
Ubi Aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?
P. Sæpe. ſed quid iſtæ picturæ ad me attinent? M. age, me aſpice. (tuus?
Ecquid affimulo ſimiliter? P. quid iſtic eſt ornatus
M. Dic hominem lepidiſſimum eſſe me. P. ubinam eſuri ſumus?
M. Dic modo hoc quod ego te jubeo. P. dico. homo lepidiſſime.
M. Ecquid audes de tuo iſtuc addere? P. atque hilariſſime.

N. Perge.

Digitized by Google

M. Perge. P. non pergo hercle ego, nisi scio quæ gratia.
Litigium est tibi cum uxore. oh, mihi abs te caveo cautius.
M. Clam uxorem ubi sepulchrum habeamus, & hunc comburamus diem.
P. Age sane igitur, quando æquum oras, quam mox incendo rogum. (tuus. 45
Dies quidem jam ad umbilicum est dimidiatus mor-
M. Te morare, mihi quom obloquere. P. oculum effodito persolum
Mihi, Menæchme, si ullum verbum faxo, nisi quod jusseris.
M. Concede huc à foribus. P. fiat. M. etiam concede huc. P. licet.
M. Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.
P. Heu edepol, næ tu, ut ego opinor, esses agitator probus. 50
M. Qui dum? P. ne te uxor sequatur, respectas identidem.
M. Sed quid ais? P. egone? id enim quod tu vis; id ajo, atque id nego.
M. Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfeceris, (gurum.
Facere conjecturam? P. captum sit collegium au-
M. Agedum, odorare hanc quam ego habeo pallam. quid olet? abstines? 55
P. Summum olfactare oportet vestimentum muliebre.
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore illutibili.
M. Olfacta igitur hinc, Penicule lepide. ut fastidis! P. decet.
M. Quid igitur? quid olet? responde. P. furtum, scortum, prandium.
M. Nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium: 60
Mihi, tibi, atque illi jubebo jam apparari prandium. (mus.
Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabi-
P. Expedite fabulatus: jam fores ferio. M. feri: Vel mane etiam. P. mille passum commoratus cantharum. (sient. 65
M. Placide pulta. P. metuis credo, ne fores Samiæ
M. Mane,

Digitized by Google

M. Mane obſecro hercle, ab ſe ecca exit.
P. ô! ſolem vides.
Satin'. ut occæcatu'ſt præ hujus corporis candoribus!

ACTUS I. SCENA III.

EROTIUM *mulier*, PENICULUS *paraſitus*, MENÆCHMUS *ſurreptus*.

ANime mi, Menæchme, ſalve. P. quid ego? E. extra numerum es mihi. (lec.
P. Idem iſtuc aliis aſcriptivis ad legionem fieri ſo-
M. Ego iſtic mihi hodie apparari juſſi apud te prælium, (mus.
E. Hodie id fiet. M. in eo uterque pro illo potabi-
Uter ibi melior bellator erit inventus cantharo, 5
Tua eſt legio: adjudicato, cum utro hanc noctem ſies. (male!
Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aſpicio, odi
E. Interim nequis, quin ejus aliquid indutus ſies.
Quid hoc eſt? M. induviæ tuæ, atque uxoris exuviæ, roſa.
E. Superas facile ut ſuperior ſis mihi, quam quiſquam qui impetrant. 10
P. MERETRIX tantiſper blanditur, dum illud quod rapiat videt.
Nam ſi amabas, jam oportebat naſum abreptum mordicus.
M. Suſtine hoc, Penicule: exuvias facere, quas vovi, volo. (poſtea.
P. Cedo. ſed obſecro hercle, ſalta ſic cum palla
M. Ego ſaltabo? ſanus hercle non es. P. egone, an tu magis? (culo 15
Si non ſaltas, exue igitur. M. nimio ego hanc peri-
Surripui hodie. meo quidem animo, ab Hippolyta ſuccingulum (culo.
Hercules haud æque magno unquam abſtulit peri-
Cape tibi hanc: quando una vivis meis morigera moribus.
Hoc animo decet animatos eſſe amatores probos. 20
P. Qui quidem ad mendicitatem ſe [illegible] detrudere.
M. Quatuor minis ego emi iſtanc amo uxori meæ.
P. Quatuor minæ periere pl[illegible] ut ratio redditur.
M. Scin'

BIBLIOTECA
Digitized by Google

M. Scin' quid volo ego te accurare? E. scio. cu-
rabo quæ voles, (rarier, 25
M. Jube igitur nobis tribus apud te prandium accu-
Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier,
Glandionidam suillam, laridum, peronidem, aut
Synciput, aut polimenta porcina, aut aliquid ad eam
modum:
Madida quæ mihi apposita in mensam, milvinam
suggerant.
Atque actutum. E. licet ecastor. M. nos prodi-
mus ad forum. 30
Jam nos hic erimus: dum coquitur, interim pota-
bimus. (modo.
E. Quando vis veni, parata res erit. M. propera
Sequere tu. P. ego hercle vero te & servabo, & te
sequar: (mihi.
Neque hodie ut te perdam, meream deûm divitias
E. Evocate intus Cylindrum mihi coquum actutum
foras.

ACTUS I. SCENA IV.

EROTIUM *meretrix*, CYLINDRUS *coquus*.

S Portulam cape atque argentum. eccos treis nummos habes.
C. Habeo. E. abi, atque obsonium affer; tribus
vide quod sit satis.
Neque desiat, neque supersit. C. cujusmodi hi homines erunt?
E. Ego, & Menæchmus, & Parasitus ejus. C. jam
isti sunt decem. (tur. 5
Nam parasitus octo hominum munus facile fungi-
E. Elocuta sum convivas: cæterum cura.
C. licet.
Cocta sunt, jube ire accubitum. E. redi cito. C. jam
ego hic ero.

ACTUS II. SCENA I.

MENÆCHMUS *sosicles*, MESSENIO *servus*.

NUlla est voluptas navitis, Messenio,
Major, meo animo, quam quom ex alto procul

T eram

Terram conſpiciunt. MES. major, non dicam dolo,
Si adveniens terram videas quæ fuerit tua.
Sed quæſo quamobrem nunc Epidamnum venimus?
An, quaſi mare, omneis circumimus inſulas?
ME. Fratrem quæſitum geminum germanum meum.
MES. Nam quid modi futurum eſt illum quærere?
Hic annus ſextus, poſtquam ei rei operam damus.
Iſtros, Hiſpanos, Maſilienſes, Illurios,
Mare ſuperum omne, Græciamque exoticam,
Oraſque Italicas omneis, qua adgreditur mare,
Sumus circumvecti. ſi acum credo quæreres,
Acum inveniſſes, ſi appareret. jamdiu
Hominem inter vivos quæritamus mortuum:
Nam inveniſſemus jam diu, ſi viveret.
ME. Ergo iſtuc quæro certum qui faciat mihi,
Qui ſeſe dicat ſcire, eum eſſe mortuum.
Operam præterea nunquam ſumam quærere.
Verum aliter vivus nunquam deſiſtam exequi,
Ego illum ſcio, quam cordi ſit carus meo.
MES. IN SCIRPO nodum quæris. quin nos hinc domum
Redimus, niſi ſi hiſtoriam ſcripturi ſumus?
ME. Dictum faceſſas doctum, & diſcaveas malo.
Moleſtus ne ſis, non tuo hoc fiet modo. MES. hem,
Illoc enim verbo eſſe me ſervom ſcio.
Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verum tamen nequeo me continere, quin loquar.
Audi, Menæchme: quom inſpicio marſupium,
Viaticati hercle admodum æſtive ſumus.
Næ tu hercle, opinor, niſi domum revorteris,
Ubi nihil habebis, geminum dum quæris, gemes.
Nam ita eſt hæc hominum natio hic Epidamnia,
Voluptarii atque potatores maxumi:
Tum ſycophantæ & palpatores plurimi
In urbe hac habitant: tum meretrices mulieres
Nuſquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbi nomen Epidamno inditum eſt,
Quia nemo ferme huc ſine damno divortitur.
ME. Ego iſtuc cavebo: cedo dum mihi huc marſupium.
MES. Quid eo vis? ME. jam abs te metuo de verbis tuis.

MES. Quid

MES. Quid metuis? ME. ne mihi damnum in Epi-
damno dnis.
Tu magnus amator mulierum es, Meſſenio:
Ego autem homo iracundus, animi perditi.
Id utrunque, argentum quando habebo, cavero,
Ne tu delinquas neve ego iraſcar tibi.
MES. Cape atque ſerva, me lubente feceris.

ACTUS II. SCENA II.

CYLINDRUS, MENÆCHMUS ſervus, MESSENIO.

BEne obſonavi, atque ex mea ſententia
Bonum anteponam prandium pranſoribus,
Sed eccum Menæchmum video. væ tergo meo!
Prius jam convivæ ambulant ante oſtium,
Quam ego obſonatu redeo. adibo atque alloquar.
Menæchme ſalve. MES. di te ament. ſcis quis ego
ſum?
C. Non hercle vero! ubi convivæ cæteri?
ME. Quos tu convivas quæris? C. paraſitum tuum.
ME. Meum paraſitum? certe hic inſanus eſt homo.
MES. Dixn' tibi eſſe hic ſycophantas plurimos?
ME. Quem tu paraſitum quæris, adoleſcens, meum?
Ci Peniculum. MES. eccum hunc in vidulo ſalvum
fero.
C. Menæchme, numero huc advenis ad prandium.
Nunc obſonatu redeo. ME. reſponde mihi,
Adoleſcens: quibus hic pretiis porci veneunt
Sacres ſinceri? C. nummo. ME. eum à me accipe.
Jube te piari de mea pecunia.
Nam ego quidem inſanum eſſe te certo ſcio,
Qui mihi moleſtus homini ignoto, quiſquis es.
C. Cylindrus ego ſum. non noſti nomen meum?
ME. Seu tu Cylindrus, ſeu Coriendrus, perieris.
Ego te non novi, neque noviſſe adeo volo.
C. Eſt tibi Menæchmo nomen tantum, quod ſciam.
ME. Proſano loqueris, cum me appellas nomine
Sed ubi noviſti tu me? C. ubi ego te noverim?
Qui amicam habeas heram meam hanc Erotium.
ME. Neque hercle habeo, neque te qui ſis homo
ſcio.
C. Non ſcis quis ego ſum? qui tibi ſæpiſſime
Cyathi ſto apud hos quando potas MES, hei mihi!

Cum

Cum nihil eſt, illi qui homini diminuam caput.
ME. Tun' cyathiſſare mihi ſoles, qui ante hunc diem
Epidamnum nunquam vidi, neque veni? C. negas:
ME. Nego hercle vero. C. non tu in illiſce ædibus
Habitas? ME. dii illos homines, qui illic habitant, perduint.
C. Inſanit hic equidem, qui ipſe maledicit ſibi.
Audin' Menæchme? ME. quid vis? C. ſi me conſulas.
Nummum illum, quem mihi dudum pollicitus dare,
Jubeas, ſi ſapias, porculum aſſerri tibi.
Nam tu quidem hercle certo non ſanus ſatis,
Menæchme, qui nunc ipſus maledicas tibi.
MES. Heu hercle hominem multum & odioſum mihi!
C. Solet jocari ſæpe mecum illo modo.
Quamvis ridiculus eſt, ubi uxor non adeſt.
ME. Quid agis tu? C. quid vis, inquam? ſatin' hoc, quod vides,
Tribus vobis obſonatum eſt? an obſono amplius,
Tibi & paraſito, & mulieri? ME. quas tu mulieres,
Quos tu paraſitos loquere? MES. quod te urget ſcelus,
Qui huic ſic moleſtus? C. quid tibi mecum eſt rei?
Ego te non novi! cum hoc quem novi fabulor.
ME. Non edepol tu homo ſanus es, certo ſcio.
C. Jam ergo hæc madebunt faxo. nihil morabitur.
Proin' tu ne quo abeas longius ab ædibus.
Nunquid vis? ME. ut eas maximam in malam crucem.
C. Ire hercle melius eſt te interim, atque accumbere,
Dum ego hæc apponoad Vulcani violentiam.
Ibo intro, & dicam te hic aſtare Erotio:
Ut te hinc abducat potius quam hic aſtes foris.
ME. Jamne ille abiit? edepol haud mendacia
Tua verba experior eſſe. MES. obſervato modo.
Nam iſtic meretricem credo habitare mulierem,
Ut quidem ille inſanus dixit, qui hinc abiit modo.
ME. Sed miror, qui ille noverit nomen meum.
MES. Minime hercle mirum. morem hunc meretrices habent:
Ad portum mittunt ſervulos, ancillulas:
Si qua peregrina navis in portum advenit,
Rogant cujatis ſit, quid ei nomen ſiet.
Poſt illæ extemplo ſe applicant, agglutinant:

Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Nunc in istoc portu stat navis prædatoria,
Abs qua cavendum nobis sane censeo.
ME. Mones quidem hercle recte. MES, tum demum sciam
Recte monuisse, si tu recte caveris.
ME. Tace dum parumper: nam concrepuit ostium.
Videamus qui hinc egreditur. MES. hoc ponam interim.
Asservatote hoc sultis, navales pedes.

ACTUS II. SCENA III.

EROTIUM, CYLINDRUS, MENÆCHMUS *Sosicles*, MESSENIO.

SIne fores sic: abi, nolo operiri.
Intus para, cura: vide quod opus est ut
Fiat: sternite lectos, incendite odores.
MUNDITIA illecebra animo est amantum.
Amanti amœnitas malo est, nobis lucro est.
Sed ubi ille est, quem coquus ante ædes esse ait?
Atque eccum video, qui mihi est usui &
Plurimum prodest: item huic ultro fit, ut
Meret, potitissimus nostræ domi ut sit.
Nunc eum adibo, alloquar ultro.
Animule mi, mihi mira videntur,
Hic te stare foris, fores quoi pateant
Magis, quam domus tua, domus cum hæc tua sit.
Omne paratum est,
Ut jussisti atque ut voluisti: neque tibi est
Ulla mora intus, prandium, ut jussisti, hic
Curatum est: ubi lubet, ire licet accubitum.
ME. Quicum hæc mulier loquitur? E. equidem tecum. ME. quid mecum tibi
Fuit unquam, aut nunc est negotii? E, quia pol te unum ex omnibus
Venus voluit me magnificare, atque id haud immerito tuo.
Nam ecastor solus benefactis tuis me florentem facis.
ME. Certo hæc mulier aut insana, aut ebria est, Messenio,
Quæ hominem ignotum compellet me tam familiariter.

MES. Dixin'

Digitized by Google

MES. Dixin' ego istæc hic solere fieri? folia nunc cadunt:
Præut si frigidum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent. (tariæ. 26
Nam ita sunt hic meretrices omnes elecebræ argen-
Sed sine me dum hanc compellare. Heus mulier! tibi dico. E. quid est?
MES. Ubi tu hunc hominem novisti? E. ibidem, ubi hic me jam diu;
In Epidamno. MES. in Epidamno? qui huc in hanc urbem pedem, (facis, 30
Nisi hodie, nunquam intro tetulit. E. eja, delicias
Mi Menæchme. quin, amabo, is intro? hic tibi erit rectius.
ME. Hæc quidem edepol recte appellat meo me mulier nomine. (marsupium
Nimis miror quid hoc sit negotii. MES. obolum
Huic istuc quod habes. Me. atque edepol tu me monuisti probe.
Accipe dum hoc. jam scibo utrum hæc me mage amet, an marsupium. 35
E. Eamus intro, ut prandeamus. ME. bene vocas: tam gratia est. dium?
E. Cur igitur tibi me jussisti coquere dudum pran-
ME. Egone te jussi coquere? E. certo tibi & parasito tuo.
ME. Quoi, malum, parasito? certo hæc mulier non sana est satis.
E. Periculo. ME. quis iste est Periculus? qui extergentur baxeæ? (mihi 40
E. Scilicet qui dudum tecum venit, quom pallam
Detulisti, quam ab uxore tua surripuisti. ME. quid? est? (es?
Tibi pallam dedi, quam uxori meæ surripui? sanan'
Certe hæc mulier cantherino ritu astans somniat. (mihi, 45
E. Quî lubet ludibrio habere me, atque ire inficias
Facta quæ sunt? ME. dic quid est id, quod negem, quod fecerim? (nunc nego.
E. Pallam te hodie mihi dedisse uxoris. ME. etiam
Ego quidem neque unquam uxorem habui, neque habeo: neque huc (vi pedem.
Unquam, postquam natus sum, intra portam penetra-

Prandi in navi. inde huc egreſſus ſum. te conveni
E. eccere,
Perii miſera! quam tu nunc mihi navem narras!
ME. ligneam,
Sæpe tritam, ſæpe fixam, ſæpe excuſſam malleo;
Quaſi lupellex pellionis, palus palo proxumus eſt.
E. Jam me, amabo, deſine ludos facere, atque i hac mecum ſimul.
ME. Neſcio quem, mulier, alium hominem, non me, quæritas. (tum patre? 56
E. Non ego te novi Menæchmum, Moſcho progna-
Qui Syracuſis perhibere natus eſſe in Sicilia,
Ubi rex Agathocles regnator fuit, & iterum Pin-
thia: (didit.
Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tra-
Nunc Hiero eſt. ME. haud falſo, mulier, prædicas.
MES. prò Juppiter! (te? 61
Num iſtæc mulier illinc venit, quæ te novit tam ca-
ME. Hercle opinor pernegari non poteſt. MES. ne feceris.
Periſti, ſi intraſſis intra limen. ME. Quin tace modo:
Bene res geritur: aſſentabor, quicquid dicet, mulieri:
Si poſſum hoſpitium nanciſci. Jamdudum, mulier, tibi (meæ 66
Non imprudens advorſabor: hunc metuebam, ne
Uxori renunciaret de palla & de prandio.
Nunc, quando vis, eamus intro. E. etiam Para-
ſitum manes?
ME. Neque ego illum maneo, neque floccifacio: neque ſi venerit,
Eum volo intromitti. E. ecaſtor haud invita fecero.
Sed ſcin' quid te amabo ut facias? ME. impera quid vis modo 71
E. Pallam illam, quam dudum dederas, ad Phry-
gionem ut deferas, (lo,
Ut reconcinnetur, atque ut opera addantur, quæ vo-
ME. Hercle quin tu recte dicis: eadem ignorabitur:
Ne uxor cogniſcat te habere, ſi in via conſpexerit.
E. Ergo mox auferto tecum, quando abibis. ME, maxume. colloqui, 77
E. Eamus intro. ME. jam ſequar te, hunc volo etiam
Ubo Meſſenio, accede huc. MES. quid negotii eſt?
ME. ſi ſcire vis?

MES. Qui

MES. Quid ergo? ME. opu'ſt. MES. quid opu'ſt? ME. ſcio, ut me dices. MES. tanto nequior es.
ME. Habeo prædam, tantum incepi operis: i quantum poteſt,
Abduc iſtos in tabernam actutum diverſoriam.
Tum facito ante Solis occaſum, ut venias advorſum mihi,
MES. Non tu iſtas meretrices noviſti, here? ME. tace, inquam,
Mihi dolebit, non tibi, ſi quid ego ſtulte fecero.
Mulier hæc ſtulta atque inſcita eſt, quantum perſpexi modo.
Eſt hic præda nobis. MES. perſi! ME. jamne abiit? MES. periit probe.
Ducit lembum directum navis prædatoria.
Sed EGO INSCITUS, qui me hero poſtulem moderarier;
Dicto me emit audientem, haud imperatorem ſibi.
Sequimini, ut quod imperatum eſt, veniam advorſum tempori.

ACTUS III. SCENA I.

PENICULUS *paraſitus*

PLus triginta natus annis ſum, quom interea loci
Nunquam quicquam facinus feci pejus, neque ſceleſtius,
Quam hodie, quom in concionem mediam me immerſi miſer. (hi,
Ubi ego dum hieto, Menæchmus ſe ſubterduxit mi-
Atque abiit ad amicam, credo, neque me voluit ducere. (tus eſt
Qui illum dii omnes perduint, qui primus commen-
Concionem, hac reque homines occupatos occupat.
Non ad eam rem otioſos homines decuit deligi?
Qui niſi aſſint, cum citentur, cenſus capiant illico.
Aſſatim eſt hominum, indies qui ſingulas eſcas edunt: (neque vocant.
Quibus negotii nihil eſt: qui eſum neque vocantur,
Eos oportet concioni dare operam atque comitiis.
Si id ita eſſet, non ego hodie perdidiſſem prandium.
Cui tam credo datum volui ſſe, quam me video vivere. (meum.
Ibo: etiamnum reliquiarum ſpes animum oblectat

Digitized by Google

ed quid ego video Menæchmum? cum corona exit foras.

Sublamm est convivium: edepol venio advorsum tempori.

ACTUS III. SCENA II.

MENÆCHMUS *Sosicles*, PENICULUS.

POtin' ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe
Lepideque concinnatam referam tempori?
Non faxo eam esse dices: ita ignorabitur.
P. Pallam ad Phrygionem fert, confecto prandio
Vinoque epoto, parasito exclusо foras.
Non hercle is sum, qui sum, nisi hanc injuriam
Meque ultus pulchre fuero. observabo, quid agat,
Hominem. post adibo ego atque alloquar.
M. Prô dii immortales, cui homini unquam uno die
Boni dedistis plus, qui minus speraverit?
Prandi, potavi, scortum accubui, abstuli
Hanc, cujus hæres nunquam erit post hunc diem.
P. Nequeo, quæ loquitur, exaudire, cranculum:
Satur nunc loquitur de me & de parti mea.
M. Ait hanc dedisse me sibi, atque eam meæ
Uxori surripuisse. quoniam sentio
Errare; extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
Cœpi assentari. mulier quicquid dixerat,
Idem ego dicebam. quid multis verbis opu'st?
Minore nusquam bene fui dispendio.
P. Adibo ad hominem: nam turbare gestio.
M. Quis hic est, qui advorsum sit mihi? P. quid ais, homo
Levior quam pluma, pessume & nequissume,
Flagitium hominis, subdole, ac minimi pretii?
Quid de te merui, qua me caussa perderes?
Ut surripuisti te mihi dudum de foro!
Feciſti funus absenti me prandio.
Cur ausu's facere, quoi ego æque ac hæres eram?
M. Adolescens, quæso, quid tibi mecum est rei,
Qui mihi male dicas homini ignoto insciens?
An tibi malam rem vis pro maledictis dari
Postea? P. eam quidem edepol te dedisse intellego.
M. Responde, adolescens, quæso quid tibi nomen est?

P. Etiam

P. Etiam derides, quasi nomen non noveris?
M. Non edepol ego te, quod sciam, unquam ante hunc diem
Vidi, neque novi. verum certo, quisquis es,
Æquum si facias, mihi odiosus ne sies.
P. Non me novisti? M. non negem, si noverim.
P. Menæchme, vigila. M. vigilo hercle equidem, quod sciam.
P. Tuum parasitum non novisti? M. non tibi
Sanum est adolescens, synciput, ut intellego?
P. Responde, surripuistin' uxori tuæ
Pallam istanc hodie, atque dedisti Erotio?
M. Neque hercle ego uxorem habeo, neque ego Erotio
Dedi, nec pallam surripui. P. satin' sanus es?
Occisa est hæc res, non nego te indutum foras
Exire vidi palla? M. væ capiti tuo!
Omnes cinædos esse censes, tu quia es.
Tun' me indutum fuisse pallam prædicas?
P. Ego hercle vero. M. non tu abis quo dignus es?
Aut te piari jubes, homo insaniissume?
P. Nunquam edepol me quisquam exorabit, quin tuæ
Uxori rem omnem jam, uti sit gesta, eloquar.
Omnes in te istæc recident contumeliæ:
Faxo haud inultum prandium comederis.
M. Quid hoc negotii est? satin' ut quenquam conspicor,
Ita me ludificant? sed concrepuit ostium.

ACTUS III. SCENA III.

ANCILLA, MENÆCHMUS Sosicles.

MEnæchme, amare ait te multum Erotium,
Ut hoc nunc una opera ad aurificem deferas,
Atque huic ut addas auri pondo unciam,
Jubeasque spinther novum reconcinnarier.
M. Et istud, & aliud, si quid curari volet,
Me curaturum dicito, quicquid volet.
A. Scin' quod hoc sit spinther? M. nescio, nisi aureum.
A. Hoc est, quod olim clanculum ex armario
Te surripuisse ajebas uxori tuæ.
M. Nunquam hercle factum est. A. non meminisli, obsecro?

Digitized by Google

Redde igitur ſpinther, ſi non meminiſti. M. mane.
Imo equidem memini. nempe hoc eſt quod illi dedi.
A. Iſtuc? M. ubi illæ armillæ ſunt, quas una dedi?
A. Nunquam dediſti. M. nam pol hoc una dedi.
A. Dicam curare? M. dicito: accurabitur.
Et palla & ſpinther faxo referantur ſimul.
A. Amabo, mi Menæchme, inaureis da mihi
Faciundas pondo duûm nummûm ſtalagmia,
Ut te libenter videam, cum ad nos veneris.
M. Fiat, cedo aurum, ego manu pretium dabo.
A. Da ſodes abs te, poſt ego reddidero tibi.
M. Imo cedo abs te. A. ego poſt tibi reddam duplex.
M. Non habeo. A. at tu, quando habebis, tum dato.
Nunquid me vis? M. hæc me curaturum dicito,
Ut, quantum poſſint, qui que liceant, veneant.
Jamne abiit intro? abivit, operuit fores.
Di me equidem omnes adjuvant, augent, amant.
Sed quid ego ceſſo, dum datur mihi occaſio
Tempuſque, abire ab his locis lenoniis?
Propera, Menæchme, fer pedem, conſer gradum.
Demam coronam, atque abjiciam ad lævam manum,
Ut ſi qui ſequantur, hac me abiiſſe cenſeant.
Ibo & conveniam ſervum, ſi potero, meum,
Ut hæc, quæ bona dant dii mihi, ex me ſciat.

ACTUS IV. SCENA I.

MULIER *uxor*, PENICULUS *paraſitus*.

EGone hîc me patiar in matrimonio,
Ubi vir compilet clanculum quicquid domi eſt,
Atque ad amicam deferat? P. quin tu taces!
Manifeſto faxo jam opprimes! ſequere hac modo,
Pallam ad phrygionem cum corona ebrius.
Ferebat, hodie tibi quam ſurripuit domo.
Sed eccam, coronam quam habuit. num mentior?
Hem, hac abiit: ſi vis perſequi veſtigiis.
Atque edepol eccum, optime revortitur:
Sed pallam non fert. M. quid ego nunc cum illoc agam?
P. Idem quod ſemper; male habeas. M. ſic cenſeo.
P. Hunc concedamus: ex inſidiis aucupa.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA II.

MENÆCHMUS *surreptus*, MULIER *uxor*. PENICULUS *parasitus*.

UT HOC UTIMUR maxime more moro
Molestoque multum! atque uti quique sunt
Optumi, maxumi, morem habent hunc:
Clienteis sibi omnes volunt esse multos!
Bonine an mali sint, id haud quæritant.
Res magis quæritur, quam clientium
Fides quojusmodi cluear.
Si est pauper, atque haud malus, nequam habetur:
Si dives malus est, is cliens frugi habetur.
Qui neque Leges, neque æquum Bonum usquam colunt, sollicitos patronos habent.
Datum denegant, quod datum est, litium
Pleni, rapaces, viri fraudulenti:
Qui aut fœnore, aut perjuriis habent rem
Partam. Mens est in querelis.
Juris ubi dicitur dies, simul
Patronis dicitur: quippe qui pro illis
Loquantur, male quæ fecerint: aut ad
Populum, aut in Jure, aut ad judicem res est.
Sicut me hodie nimis sollicitum cliens
Quidam habuit: neque quod volui agere quicquam
Licitum est: ita me attinuit, ita me detinuit.
Apud ædiles præliis factis plurimisque
Pessimisque dixi causam, conditiones
Detuli tortas, confragosas: aut plus
Aut minus, quam opus erat multo, dixeram
Controversiam, uti sponsio fieret.
Quid ille? quid? prædem dedit. nec magis
Manifestum ego hominem unquam ullum teneri vidi
Omnibus malefactis testes tres aderant acerrumi.
Di illum omnes perdant, (ita mihi hunc hodie corrupit diem) (spexi meis.
Meque adeo, qui hodie forum unquam oculis in-
Diem corrupi, optimum jussi apparari prandium.
Amica exspecta me, scio. ubi primum est licitum, illico
Properavi abire de foro. irata est, credo, nunc mihi
Placabit palla, quam dedi, quam hodie uxori abstuli, atque huic

Digitized by Google

Detuli Erotio. P. quid ais? Mu. viro me malo male
Nuptam. P. ſatin' audis, quæ illic loquitur? Mu. ſatis. ME. ſi ſapiam,
Hinc intro abeam, ubi mihi bene ſit. Mu. mane: male potius erit.
Næ illam mecaſtor fœnerato abſtuliſti. c datur.
Clanculum te iſtæc flagitia facere cenſebas poteſſe?
ME. Quid illuc eſt uxor negotii? Mu. men' rogas? ME. vin' hunc rogem? (mihi
P. Aufer hinc palpationes. perge tu. ME. quid tu
Triſtis es? Mu. te ſcire oportet. P. ſcit, ſed diſſimulat malus.
ME. Quid negotii eſt? Mu. pallam. ME. pallam? Mu. quidam pallam. P. quid paves?
ME. Nihil equidem paveo: niſi unum: pallam pallorem incutit.
P. At tu ne clam me comeſſes prandium! perge in virum. (loquar.
ME. Non taces? P. non hercle vero taceo. nutat, ne
ME. Non hercle ego quidem uſquam quicquam nuto, neque nicto tibi.
Mu. Næ ego mecaſtor mulier miſera! ME. quî tu miſera es? mihi expedi. (gat.
P. Nihil hoc confidentius, qui, quæ vides, ea perne-
ME. Per Jovem deoſq; omnes adjuro, uxor, (ſatin' hoc eſt tibi?) (redi.
Me iſti non nutaſſe. P. credit jam tibi de iſtis: illuc
ME. Quo ego redeam? P. equidem ad Phrygionem, cenſeo. i, pallam refer.
ME. Quæ. iſtæc palla eſt? Mu. taceo jam, quando hic rem non meminit ſuam.
ME. Nunquis ſervorum deliquit? num ancillæ, aut ſervi tibi (agis.
Reſponſant? eloquere. impune non erit. P. nugas
ME. Triſtis admodum es: non mihi iſtuc ſatis placet. P. nugas agis. (agis.
ME. Cæterum familiarium alicui irata es. P. nugas
ME. Num mihi es irata ſaltem? P. nunc tu non nugas agis.
ME. Non edepol deliqui quicquam. P. hem rurſum nunc nugas agis.
ME. Dic, mea uxor, quid tibi ægre eſt? P. bellus blanditur tibi.

ME. Be-

ME. Potin' ut mihi molestus ne sis? num te appel-
lo? Mu. aufer manum. (dum:
P. Sic datur. properato absente me comesse pran-
Post ante ædes cum corona me derideto ebrius. 65
ME. Neque edepol ego prandi, neque hodie huc
intro tetuli pedem.
P. Tun' negas? ME. nego hercle vero. P. nihil
hoc homine audacius.
Non ego te modo hic ante ædes cum corona flore-
Vidi astare? cum negabas mihi esse sanum synciput:
Et negabas me noviſſe: peregrinum ajebas esse te.
ME. Quin ut dudum divorti abs te, redeo nunc de-
mum domum. (ciscerer. 72
P. Novi ego te. non mihi censebas esse, qui te ni-
Omnia hercle uxori dixi. ME. quid dixisti? P. nescio.
Eam ipsus roga. ME. quid hoc est, uxor? quidnam
hic narravit tibi?
Quid id est? quid taces? quin dicis, quid sit?
Mu. quasi tu nescias. (tibi? 76
Palla mihi est domo surrepta. ME. palla surrepta est
Mu. Me rogas? ME. pol haud rogem te, si sciam.
P. ô hominem malum!
Ut dissimulat! non potes celare: rem novi probe:
Omnia hercle ego edictavi. ME. quid id est?
Mu. quando nihil pudet, (ades: 80
Neque vis tua voluntate ipse profiteri, audi atque
Et quid tristis, & quid hic mihi dixerit, faxo scias.
Palla est mihi domo surrepta. ME. palla surrepta
est tibi? (tibi.
P. Viden' uti sceleſtus captat! huic surrepta est, non
Nam profecto tibi surrepta si esset, salva nunc foret.
ME. Nihil mihi tecum est. sed quid tu ais? Mu. pal-
la, inquam, perit domo. 85
ME. Quis eam surripuit? Mu. pol istuc ille scit, qui
illam abstulit.
ME. Quis hic homo est? Mu. Menæchmus quidam.
ME. edepol factum nequiter.
Quis is Menæchmus est? Mu. tu istic, inquam.
ME. egone? Mu. tu. ME. quis arguit?
V, Egomet. P. & ego. atque huic amicæ detulisti
Erotio.
ME. Egon' dedi? P. tu, tu istic, inquam, vin' afferri
noctuam. 92

Quæ.

Digitized by Google

Quæ, Tu, Tu, usque dicat tibi? nam nos jam defessi sumus.
ME. Per Jovem deosque omnes adjuro, uxor; satin' hoc est tibi? (dicere.
Non dedisse. P. imo hercle vero, nos non falsum
ME. Sed ego illam non condonavi, sed sic utendam dedi. (nec pallium
Ux. Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras.
Quoiquam utendum. MULIEREM æquum est vestimentum muliebre
Dare foras, virum virile. quin refers pallam domum?
ME. Ego faxo referetur. Ux. ex re tua, ut opinor, feceris. (mul.
Nam domum nunquam introibis, nisi fers pallam si-
ME. Ego domum? P. quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi?
Ux. Opera reddetur, quando quid tibi erit surreptum domo.
P. Id quidem edepol nunquam erit. nam nihil est, quod perdam, domi.
Cum virum, cum uxorem, dii vos perdant. properabo ad forum:
Nam ex hac familia me plane excidisse intellego.
ME. Male mihi uxor sese fecisse censet, quom excludit foras; (rem locum.
Quasi non habeam, quo intromittar, alium melio-
Si tibi displiceo, patiundum: at placuero huic Erotio, (domi.
Quæ me non excludet ab se, sed apud se occludet
Nunc ibo, orabo, ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi. (janitor?
Aliam illi redimam meliorem. heus! ecquis hic est
Aperite, atque Erotium aliquis evocate ante ostium.

ACTUS IV. SCENA III.

ERotium, MENÆCHMUS *surreptus.*

QUis hic me quærit? ME. sibi inimicus magis quam ætati tuæ
ER. Mi Menæchme, cur ante ædeis astas? sequere intro. ME. mane.
Scin' quid est, quod ego ad te venio? ER. scio, ut tibi ex me sit volup,
ME. Imo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi, Mihi

Mihi eam redde. uxor reſcivit rem omnem, ut
factum eſt, ordine. (les. 6.
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam vo-
ER. Tibi dedi equidem illam, ad phrygionem ut
ferres, paulo prius: (novom.
Et illud ſpinther, ut ad aurificem ferres, ut fieret
ME. Mihi ut tu dederis pallam, & ſpinther? nun-
quam factum reperies.
Nam ego quidem poſtquam illam dudum tibi dedi,
atque abii ad forum, 10
Nunc redeo, nunc te poſtilla video. ER. video
quam rem agis. (viam.
Quia commiſi, ut me defraudes: ad eam rem affectas
ME. Neque edepol te defraudandi cauſſa poſco:
quin tibi (dares,
Dico, uxorem reſciviſſe. ER. nec te ultro oravi ut
Tute ultro ad me detuliſti, dediſti eam dono mihi:
Eandem nunc repoſcis. patiar, tibi habe, aufer,
utere, (gite. 17
Vel tu, vel tua, vel etiam uxor in oculos compin-
Tu huc, poſt hunc diem, pedem intro non feres, ne
fruſtra ſis, (rui.
Quando tu me bene merentem tibi habes deſpica-
Niſi feres argentum, fruſtra me ductare non potes.
Aliam poſthac invenito, quam tu habeas fruſtratui.
ME. Nimis iracunde hercle tandem. heus tu, tibi
dico, mane: (gratia? 23
Redi. ER. Etiamne aſtas? etiam audes mea revorti-
ME. Abiit intro, occluſit ædeis. nunc ego ſum ex-
cluſiſſumus:
Neque domi, neque apud amicam mihi jam quic-
quam creditur.
Ibo, & conſulam hanc rem amicos, quid faciun-
dum cenſeant.

ACTUS V. SCENA I.

MENÆCHMUS *Seſicles*, MULIER.

NImis ſtulte dudum feci, cum marſupium
Meſſenioni cum argento concredidi.
Immerſit aliquo ſeſe credo in ganeum.
Mu. Proviſam, quam mox vir meus redeat domum.
Sed ecccum video: ſalva ſum, pallam refert.
ME. Demiror, ubi nunc ambulet Meſſenio.

Mu. Ad-

MU. Adibo, atque hominem accipiam, quibus dictis meret.
Non te pudet prodire in conſpectum meum,
Flagitium hominis, cum iſtoc ornatu? ME. quid eſt?
Quæ res agitat te, mulier? MU. etiamne impudens
Mutire unum verbum audes, aut mecum loqui?
ME. Quid tandem admiſi in te, ut loqui non audeam?
MU. Rogas me? ô hominis impudentem audaciam!
ME. Non tu ſcis mulier, Hecubam quapropter canem
Graji eſſe prædicabant? Mu. non equidem ſcio.
ME. Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis:
Omnia mala ingerebat, quemquem aſpexerat.
Itaque adeo jure cœpta appellari eſt Canis.
MU. Non iſtæc ego flagitia poſſum perpeti.
Nam med ætatem viduam eſſe mavelim,
Quam iſtæc flagitia tua pati, quæ tu facis.
ME. Quid id ad me, tute nuptam poſſis perpeti,
An ſis abitura à tuo viro? an mos eſt ita hic,
Peregrino ut advenienti narrent fabulas?
MU. Quas fabulas? non, inquam, patiar præter hac,
Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.
ME. Mea quidem hercle cauſſa vidua vivito,
Vel uſque dum regnum obtinebit Juppiter.
Mu. At mihi negabas dudum ſurripuiſſe te.
Nunc eandem ante oculos attines. non te pudet?
ME. Heu, hercle, mulier, multum & audax & mala es.
Tun' tibi hanc ſurreptam dicere audes, quam mihi
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?
MV. Næ iſtuc mecaſtor jam patrem arceſſam meum.
Atque ei narrabo tua flagitia, quæ facis.
I, Decio, quære meum patrem, tecum ſimul
Ut veniat ad me: ita rem eſſe dicito.
Jam ego aperiam iſtæc tua flagitia. ME. ſanan' es?
Quæ mea flagitia? Mu. cum pallam atque aurum meum
Domo ſuppilas uxori tuæ, & tuæ
Degeris amicæ. ſatin' hæc recte fabulor?
ME. Quæſo hercle, mulier, ſi ſcis, monſtra quod bibam,
Tuam qui poſſim perpeti petulantiam.
Quem tu hominem me arbitrare, neſcio.
Ego te ſimitu novi cum Parthaone.
Mu. Si me derides, at pol illum non potes

Patrem

Digitized by Google

Patrem meum, qui huc advenit, quin respicis?
Novistin' tu illum? NE. novi cum Calcha simul:
Eodem die vidi illum, quo te ante hunc diem.
MV. Negas novisse me? negas patrem meum?
ME. Idem hercle dicam, si avum vis adducere.
MV. Ecastor pariter hoc, atque alias res soles.

ACTUS V. SCENA II.

SENEX, MULIER, MENÆCHMUS *Sosicles.*

UT ætas mea est, atque ut hoc usus facto est,
Gradum proferam, progredi properabo.
Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus.
Nam pernicitas deserit: consitus sum
Senectute: onustum gero corpus, vires
Reliquere. ut ætas mala merx mala est tergo?
Nam res plurimas pessumas, cum advenit, affert:
Quas si autumem omneis, nimis longus sermo sit.
Sed hæc res mihi in pectore & corde dura est,
Quidnam hoc sit negotii, quod filia sic
Repente expetit me, ut ad sese irem,
Nec, quid id sit, mihi certius facit,
Quid velit, quid me arcessat.
Verum propemodum jam scio quid siet rei:
Credo cum viro litigium natum esse aliquod.
Ita istæc solent, quæ viros subservire
Sibi postulant, dote fretæ, feroces.
Et illi quoque haud abstinent sæpe culpa.
Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.
Nec pol filia umquam patrem arcessit ad se,
Nisi aut quid commissi, aut jurgii est causa.
Sed quicquid id est, jam sciam; atque eccam eampse
Ante ædeis, & ejus tristem virum video.
Id est, quod suspicabar.
Appellabo hanc. MU. ibo advorsum. salve multum, mi pater.
S. Salva sis. salven' advenio? salven' arcessi jubes?
Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?
Nescio quid vos velitati estis inter vos duos.
Loquere, uter meruistis culpam, paucis; non longos logos.

MU. Nul-

Digitized by Google

Mu. Nuſquam equidem quicquam deliqui: hoc primum te abſolvo, pater. (modo.
Verum vivere hic non poſſum, neque durare ullo
Proin tu me hinc abducas. S. quid iſtuc autem eſt? Mu. ludibrio, pater, (meo viro.
Habeor. S. unde? Mu. ab illo, cui me mandaviſti.
S. Ecce autem litigium. quoties edixi tandem tibi,
Ut caveres, neuter ad me iretis cum querimonia?
Mu. Qui ego iſtuc, mi pater, cavere poſſum? S. men' interrogas?
Mu. Niſi non vis. S. quoties monſtravi tibi, viro ut morem geras? (rum gerat.
Quid ille faciat, ne id obſerves: quo eat: quid re-
Mu. At enim ille hinc amat meretricem ex proximo. S. ſane ſapit, (plius.
Atque ob iſtanc induſtriam etiam faxo amabit am-
Mu. Atque ibi potat. S. tuan' quidem ille cauſſa potabit minus,
Sive illic, ſive alibi libebit? quæ hæc, malum, impudentia eſt? (ſtules:
Una opera prohibere, ad cœnam ne promittat, po-
Neve quenquam accipiat alienum apud te. ſerviren' tibi
Poſtulas viros? dare una opera penſum poſtules,
Inter ancillas ſedere jubeas, lanam carere.
Mu. Non equidem mihi te advocatum pater adduxi, ſed viro. (querit,
Hinc ſtas. illinc cauſſam dicis. S. ſi ille quid deli-
Multo tanto illum accuſabo, quam te accuſavi, amplius.
Quando te auratam & veſtitam bene habet: ancillas, penum,
Recte prohibet: melius ſanam eſt, mulier, mentem ſumere. (modo:
Mu. At ille ſuppilat mihi aurum & pallam ex arcis-
Me deſpoliat, mea ornamenta clam me ad meretrices degerit. (facis,
S. Male facit, ſi iſtuc facit: ſi non facit, tu male
Quæ inſontem ſimules. Mu. quin etiam nunc habet pallam, pater, ſcivi, refert,
Et ſpinther, quod ad hanc detulerat: nunc, quia re-
S. Jam ego ex hoc ut factum eſt ſcibo: ibo ad hominem atque alloquar.

Digitized by Google

Dic mihi istuc, Menæchme, quod vos dissertatis, ut sciam. (destituis?
Quid tu tristis es? quid illam autem iratam abs te
ME. Quisquis es, quicquid tibi nomen est, senex, summum Jovem (omnium? 62
Deosque detestor. S. qua de re, aut quojus rei rerum
ME. Me neque isti male feciſſe mulieri, quæ me arguit
Hanc domo ab se surripuisse, atque abstulisse dejerat.
Si ego intra ædeis hujus unquam, ubi habitat, penetravi *pedem*, (ferrimus. 66
Omnium hominum exopto ut fiam miserorum mi-
S. Sanun'es, qui istuc exoptes, aut neges te unquam pedem
In eas ædes intuliſſe, ubi habitas, insaniſſume?
ME. Tun' senex ais habitare me hic in hisce adibus?
S. Tu negas? ME. nego hercle vero. Mu. *nimio hac impudenter* negas, (70
Nisi quo nocte hac emigrasti. S. concede hac, filia.
Quid tu ais? num hinc emigrasti? ME. quem in locum, aut ob rem, obsecro?
S. Non edepol scio. Mu. profecto ludit te hic
S. non tu te tenes? (rem age,
Jam vero, Menæchme, satis jocatus es: nunc hanc
ME. Quæso quid mihi tecum est? unde, aut quis tu homo es? *quid feci ego*
Tibi, aut adeo isti, quæ mihi molesta est quoque modo? (colos 76
Mu. Viden' tu illi oculos virere? ut viridis exeritur
Ex temporibus atque fronte! ut oculi scintillant, vide.
ME. Quid mihi melius est, quam quando illi me insanire prædicant,
Ego me assimulem insanire, ut illos à me absterream? (pater? 80
Mu. Ut pandiculans oscitatur! quid nunc faciam, mi
S. Concede huc, mea nata, ab istoc quam potes longissume. (vocas?
M. Evoe, Evie, Bromie, quo me in silvam venatum
Audio: sed non abire possum ab his regionibus:
Ita illa ab læva rabiosa fœmina adservat canis,
Post autem illic hircus alius, qui sæpe ætate in sua
Perdidit civem innocentem falso testimonio. 86

S. Væ capiti tuo. ME. ecce, Apollo mihi ex oraculo imperat,
Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.
Mu. Perii, mi pater: minatur mihi oculos exurere.
ME. Hei mihi, insanire me ajunt, ultro cum ipsi insaniunt.
S. Filia, heus. Mu. quid est? quid agimus? S. quid si ego huc servos cito?
Ibo, adducam, qui hunc hinc tollant, & domi devinciant,
Prinsquam turbarum quid faciat amplius. ME. enimvero, nisi (anferent.
Occupo aliquod mihi consilium, hi domum me ad se
Pugnis me vetas in hujus ore quicquam parcere?
Ni jam ex meis oculis abscedat in malam magnam crucem,
Faciam, quod jubes, Apollo. S. fuge domum quantum pote 'st,
Ne hic te obtundat. Mu. fugio, amabo, observa istunc, mi pater,
Ne quo hinc abeat. sumne ego mulier misera, quæ illæc audio!
ME. Haud male illanc amovi. nunc hunc impurissimam, (patre:
Barbatum, tremulum, Titanum, Cygno prognatum
Ita mihi imperas, ut ego hujus membra, atque ossa, atque artua
Comminuam illo scipione, quem ipse habet. S. dabitur malum, (ris.
Me quidem si attigeris, aut si propius ad me accesse-
ME. Faciam quod jubes. securim capiam ancipitem, atque hunc senem
Exossabo, dein' dedolabo assulatim viscera.
S. Enimvero illud præcavendum est, atque accurandum mihi: (faxit mihi.
Sane ego illum metuo, ut minatur, ne quid male
ME. Multa mihi imperas, Apollo: nunc equos junctos jubes (scendere,
Capere me indomitos, feroces: atque in currum in-
Ut ego hunc proteram leonem Getulum, olentem, edentulum.
Jam adstiti in currum: jam lora teneo: jam stimulum in manu est.

Agi-

Digitized by Google

Agite equi: facitote ſonitus ungularum appareant
Curſu celeri: facite inflexa ſit pedum pernicitas.
S. Mihin' equis junctis minare? ME. ecce Apollo denuo
Me jubes facere impetum in eum qui ſtat atque occidere.
Sed quis hic eſt, qui me capillo hinc de curru deripit?
Imperium tuum demurat atque dictum Apollinis.
S. Heu hercle morbum acrem ac durum! dii voſtram fidem!
Vel hic qui inſanit, quam valuit paulo prius!
Ei derepente tantus morbus incidit.
Ibo atque arceſſam medicum jam quantum poteſt.

ACTUS V. SCENA III.

MENÆCHMUS, SENEX.

JAmne iſti abierunt, quæſo, ex conſpectu meo,
Qui me vi cogunt, ut validus inſaniam?
Quid ceſſo abire ad navem, dum ſalvo licet?
Voſque omnes quæſo, ſi ſenex revenerit,
Ne me indicetis, qua platea hinc aufugerim.
S. Lumbi ſedendo, oculique ſpectando dolent,
Manendo medicum, dum ſe ex opere recipiat.
Odioſus tandem vix ab ægrotis venit.
Ait ſe obligaſſe crus fractum Æſculapio,
Apollini autem brachium. nunc cogito,
Utrum me dicam ducere medicum, an fabrum.
Atque eccum incedit. move formicinum gradum.

ACTUS V. SCENA IV.

MEDICUS, SENEX.

QUid eſſe illi morbi dixeras? narra ſenex.
Num larvatus, aut cerritus? fac ſciam.
Num eum veternus, aut aqua intercus tenet?
S. Quin ea te cauſſa duco, ut id dicas mihi,
Atque illum ut ſanum facias. M. perfacile id quidem eſt.
Sanum futurum, mea ego id promitto fide.
S. Magna cum cura ego illum curari volo.
M. Quin ſuſpirabo plus ſexcenties in die:
Ita ego illum cum cura magna curabo tibi.
S. Atque eccum ipſum hominem. M. obſervemus,
quam rem agat.

Digitized by Google

ACTUS V. SCENA I.

MENÆCHMUS *ſurreptus*, SENEX, MEDICUS.

E Depol næ hic dies pervorſus atque advorſus mihi obtigit: (lam
Quæ me clam ratus ſum facere, ea omnia fecit pa-
Paraſitus, qui me complevit flagitii & formidinis
Meus Ulyſſes, ſuo qui regi tantum concivit mali.
Quem ego hominem, ſi quidem vivo, vita devolvam ſua.
Sed ego ſtultus ſum, qui illius eſſe dico; quæ mea ſit,
Meo cibo & ſumptu educatus eſt: anima privabo (retricius.
virum.
Condigne autem hæc meretrix fecit, ut mos eſt me-
Quia rogo pallam, ut referatur rurſum ad uxorem (miſer!
meam,
Mihi ſe ait dediſſe. heu edepol! næ ego homo vivo
S. Audin' quæ loquitur? ME. ſe miſerum prædicat. S. adeas velim.
ME. Salvus ſis, Menæchme, quæſo cur apertas brachium? (li.
Non tu ſcis, quantum iſti morbo nunc tuo facias ma-
MEN. Quin tu te ſuſpendis? ME. ecquid ſentis?
MEN. quid ni ſentiam?
ME. Non poteſt hæc res ellebori jugere obtinerier.
Sed quid ais, Menæchme? MEN. quid vis? ME. dic
mihi hoc, quod te rogo:
Album, an atrum vinum potas? MEN. quin tu is in
malam crucem.
S. Jam hercle occœptat inſanire primulum.
MEN. quin tu me interrogas,
Purpureum panem, an puniceum ſoleam ego eſſe,
an luteum? (pæ!
Soleamne eſſe avis ſquamoſas, piſcis pennatos? S. pa-
Audin' tu, ut deliramenta loquitur? quid ceſſas dare
Potionis aliquid, priuſquam percipit inſania?
ME. Mane modo: etiam percontabor. S. alia occidis fabula.
ME. Dic mihi hoc etiam: ſolent tibi unquam oculi
duri fieri? (viſſume?
MEN. Quid? tu me locuſtam cenſes eſſe, homo igna-
ME. Dic mihi an unquam tibi inteſtina crepant, quod
ſentias
MEN. Ubi

Digitized by Google

MEN. Ubi ſatur ſum, nulla crepitant: quando eſurio.
tum crepant.
ME. Hoc quidem edepol haud pro inſano verbum
reſpondit mihi. (cubans?
Perdormiſcin' uſque ad lucem? facilen' tu dormis
MEN. Perdormiſco, ſi reſolvi argentum, quoi debeo.
Quin te Juppiter dique omnes, percontator, perduint
ME. Nunc homo inſanire occœptat. de illis verbis
cave tibi. 32
S. Imo modeſtior nunc quidem eſt de verbis, præut
dudum fuit, (nem.
Nam dudum uxorem ſuam eſſe ajebat rabioſam ca-
MEN. Quid ego dixi? S. inſanis, inquam. MEN. ego-
ne? S. tu iſtic, qui mihi
Etiam me junctis quadrigis minitatu's proſternere.
Egomet hæc te vidi facere, egomet hæc te arguo.
MEN. At ego te ſacram coronam ſurripuiſſe ſcio
Jovi. 38
Et ob eam rem in carcerem te eſſe compactum ſcio.
Et poſtquam es emiſſus, cæſum virgis ſub furca ſcio.
Tum patrem occidiſſe, & matrem vendidiſſe, etiam
ſcio. (deo?
Satin' hæc pro ſano maledicta maledictis reſpon-
S. Obſecro hercle, medice, propere, quicquid fac-
rus, face.
Non vides hominem inſanire? ME. ſcin' quid facias
optumum? (pe ni? 45
Ad me face ut deferatur. S. itan' cenſes? ME. quip-
Ibi meo arbitratu potero curare hominem. S, age
ut lubet.
ME. Elleborum potabis faxo aliquos viginti dies.
MEN. At ego te pendentem fodiam ſtimulis trigin-
ta dies.
ME. I, arceſſe homines, qui illunc ad me deferant.
S. quot ſunt ſatis? (nus. 50
ME. Proinde, ut inſanire video, quatuor: nihilomi
S. Jam hic erunt. aſſerva tu iſthunc, medice. ME.
imo ego ibo domum, hunc
Ut parentur, quibus paratis opus eſt. tu ſervos jube
Ad me ferant. S. jam ego illic faxo erit. ME. abeo.
S. vale.
MEN. Abiit ſocerus: abiit medicus, nunc ſolus ſum.
prò Juppiter,

Digitized by Google

Quid illuc eſt, quod me hic homines inſanire prædi-
cant!
Nam equidem poſtquam gnatus ſum, nunquam
ægrotavi unum diem. (cœpio.
Neque ego inſanio, neque ego pugnas neque lites
Salvus ſalvos alios video: novi homines, alloquor.
An qui perperam inſanire me ajunt, ipſi inſaniunt?
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio: at uxor
non ſinit. (nequiter.
Hue autem nemo intromittit. nimis proventum eſt
Hic ergo uſque ad noctem: ſaltem, credo, intro-
mittar domum.

ACTUS VI. SCENA VI.

MESSENIO *ſervus.*

SPectamen bono ſervo id eſt, qui rem herilem
Procurat, videt, collocat, cogitatque,
Ut abſente hero rem heri diligenter
Tutetur, quam ſi ipſe aſſit, aut rectius.
Tergum quam gulam, crura quam ventrem oportet
Potiora eſſe, quoi cor modeſte ſitum eſt.
Recordetur id, qui nihili ſunt, quid iis pretii
Detur abſuis heris, ignavis, improbis
Viris; verbera, compedes, molæ, magna
Laſſitudo, fames, friguſque durum.
Hæc pretia ſunt ignaviæ.
Id ego male malum metuo; propterea bonum
Eſſe certum eſt, potius quam malum: nam magis
multo
Patior facilius verba. verbera ego odi.
Nimioque edo libentius molitum, quam
Molitum præhibeo. propterea heri imperium
Exſequor bene, & ſedate ſervio;
Atque id mihi prodeſt. alii ſeſe ita ut in rem
Eſſe ducunt, ſint: ego ita ero, ut me eſſe oportet:
Metum ut mihi adhibeam; culpam abſtineam:
Heroque ut omnibus in locis ſim præſto.
SERVI, qui culpa carent, & metuunt, ii
Solent eſſe heris utibiles. nam illi, qui nihil
Metuunt, poſtquam malum promeritum eſt, me-
tuunt. (do
Metuam ego haud multum quidem. prope eſt, quan-
Herus, quod ſtrenue faciam, pretium exſolvet.

Digitized by Google

Ego hoc exemplo ſervio, tergi ut in rem eſſe arbi-
tror. (juſſerit
Poſtquam in tabernam vaſa & ſervos collocavi, ut
Ita venio advorſum. nunc fores pultabo, adeſſe ut
me ſciat. (foras.
Neque utrum ex hoc ſaltu damni ſalvom ſcio eliciam
Sed metuo, ne ſero veniam, depugnato prælio.

ACTUS V. SCENA VII.

SENEX, MENÆCHMUS *ſurreptus*, LORARII, MESSENIO *ſervus*.

PEr ego vobis deos atque homines dico, ut impe-
rium meum (pero,
Sapienter habeatis curæ, quæque imperavi atque im-
Facite illic homo jam in medicinam ablatus ſubli-
mis ſiet, (ditis;
Niſi quidem vos voſtra crura aut latera nihili pen-
Cave quiſquam, quod illic minitetur, voſtrum ſoc-
cifecerit.
Quid ſtatis? quid dubitatis? jam ſublimem raptum
oportuit.
Ego ibo ad medicum: præſto ero illic, cum venie-
tis. ME. occidi.
Quid hoc eſt negotii? quid illic homines ad me
currunt, obſecro? (ſiſtitis?
Quid vultis vos? quid quæritatis? quid me circum-
Quo rapitis me? quo fertis me? perii! obſecro
voſtram fidem:
Epidamnienſes ſubvenite cives. quin me mittitis?
MES. Prô dî immortales, obſecro, quid ego oculis
aſpicio meis? (runt.
Herum meum indigniſſume neſcio qui ſublimem fe-
ME. Ecquis ſuppetias mihi audet afferre? MES. ego,
here, audaciſſume. (rum
O facinus indignum & malum, Epidamni cives be-
Meum hic inpacato oppido
Luci deripier in via, qui liber ad vos venerit!
Mittite iſtunc. ME. obſecro te, quiſquis es, operam
ut des mihi,
Neu ſinas in me inſignite fieri tantam injuriam.
MES. Imo & operam dabo, & defendam, & ſubve-
nibo ſedulo:
Nunquam te patiar perire: me perire eſt æquius.

Digitized by Google

Eripe oculum isti, ab humero qui te tenet, here, te obsecro.
Misce ego jam sementem in ore faciam, pugnosque obseram.
Maxumo hodie malo hercle vostro istunc sertis. mittite.
ME. Teneo ego huic oculum. MES. face ut oculi locus in capite appareat.
Vos sceleste, vos rapaces, vos prædones. L. periimus.
Obsecro hercle. MES. mittite ergo. ME. quid me vobis tactio est?
Recte pugnis. MES. agite, abite, fugite hinc in malam crucem. (feres.
Hem tibi etiam, quia postremus cedis, hoc præmii
Nimis autem bene ora commentavi, atque ex mea sententia. (do.
Edepol, here, næ tibi suppetias tempore adveni mo-
ME. At tibi di semper, adolescens, quisquis es, faciant bene.
Nam absque te si esset, hodie nunquam ad Solem occasum viverem. (manu.
MES. Ergo edepol, si recte facias, here, me mittas
ME. Liberem ego te? MES. verum. quandoquidem, here, te servavi. ME. quid est?
Adolescens, erras MES. quid? erro? ME. per Jovem adjuro patrem,
Me herum tuum non esse. MES. non taces? ME. non mentior.
Nec meus servos unquam tale fecit, quale tu mihi.
MES. Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.
ME. Mea quidem hercle causa liber esto, atque ito quo voles.
MES. Nempe jubes? ME. jubeo hercle, si quid imperii est in te mihi.
MES. Salve mi patrone. SERVUS ALIUS. cum tu liber es, Messenio,
Gaudeo. MES. credo hercle vobis. sed, patrone, te obsecro,
Ne minus imperes mihi, quam cum tuus servos fui.
Apud te habitabo, & quando ibis, una tecum ibo domum.

ME.

ME. Minime. MES. nunc ibo in tabernam: vasa & argentum tibi
Referam. recte est obsignatum in vidulo marsupium
Cum viatico, id tibi jam huc asferam. ME. asser strenue.
MES. Salvum tibi item ut mihi dedisti, redhibebo. hic me mane.
ME. Nimia mira mihi quidem hodie exorta miris modis. (foras. 51
Alii me negant eum esse qui sum, atque excludunt
Etiam hic servum esse se meum ajebat, quem ego emisi manu.
Is ait se mihi allaturum cum argento marsupium:
Id si attulerit, dicam ut à me abeat liber quo volet:
Ne tum, quando suus factus sit, à me argentum petat.
Socer & medicus me insanire dicebant. quid sit, mira sunt. 56
Hæc nihilo mihi esse videntur secius, quam somnia
Nunc ibo intro ad hanc meretricem: quanquam succensset mihi?
Si possum exorare ut pallam reddat, quam referam domum.

ACTUS V. SCENA VIII.

MENÆCHMUS *Sosicles*, MESSENIO *servus*.

MEn' hodie usquam conveniisse te audax audes dicere,
Postquam advorsum mihi imperavi, ut huc venires? MES. qui modo
Eripui homines qui te ferebant sublimem quattuor,
Apud hasce ædeis. tu clamabas deûm fidem atque hominum omnium,
Quum ego accurro, teque eripio, vi pugnando, ingratiis. 5
Ob eam rem, quia te servavi, me amisisti liberum.
Quom argentum dixi me petere, & vasa: tu, quantum pote'st,
Præcucurristi obviam, ut quæ feci, inficias eas.
ME. Liberum ego te jussi abire? MES. certo. ME. quoi certissimum 'st,
Mepte potius fieri servom, quam te unquam emittam manu. 10

ACTUS V. SCENA IX.

MENÆCHMUS *surreptus*, MESSENIO., MENÆCHMUS *Sosicles*.

SI voltis per oculos jurare, nihilo hercle ea causſa magis
Facietis, ut ego hodie abſtulerim pallam & Spinther, peſſumæ.
ME. Pro dii immortales, quid ego video? M. So. quid vides? M. ſpeculum tuum.
M. So. Quid negotii eſt? M. tua eſt imago: tam conſimilis eſt, quam poteſt.
M. So. Pol profecto haud eſt diſſimilis, meam cum formam noſcito. qaises. 6
M, Su, O adoleſcens, ſalve, qui me ſervaviſti, quis-
M. Adoleſcens, quæſo hercle loquere tuum mihi nomen, ni piget.
M. Su. Non edepol ita promeruiſti de me, ut pigeat quæ velis. (pol mihi.
Mihi eſt Menæchmo nomen. M. So. imo ede-
M. Su. Siculus ſum Syracuſanus. M. So. ea domus & patria eſt mihi. 10
M. Sv. Quid ego ex te audio? M. So. hoc quod res eſt. M. novi equidem hunc. herus eſt meus.
Ego equidem hujus ſervus ſum, ſed me eſſe hujus credidi. (gotium.
Ego hunc cenſebam eſſe te, huic etiam exhibui ne-
Quæſo ignoſcas, ſi quid ſtulte dixi, atque imprudens, tibi. (mul 15
M. So. Delirare mihi videre. non commeminiſti ſi-
Te hodie mecum exire è navi? M. enimvero æquum poſtulas. (vale.
Tu herus es: tu ſervum quære: ſalveto tu: tu
Hunc ego eſſe ajo Menæchmum. M. Su. at ego me. M. So. quæ hæc eſt fabula?
Tu es Menæchmus? M. Su. me eſſe dico, Moſcho prognatum patre.
M. So. Tun' meo patre es prognatus? M. Sv. imo equidem, adoleſcens, meo. tuum 20
Tibi neque occupare patrem, neque præripere poſtulo.
M. Dii immortales, ſpem inſperatam date mihi, quam ſuſpicor.

Nam

Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo.
Nam & patrem & matrem commemorant pariter, qui fuerint sibi.
Sevocabo herum. Menæchme. MEN. AMBO. quid vis? M. non ambos volo,
Sed uter vostrum est advectus navi mecum. M. Su. non ego.
M. So. At ego. M. te volo igitur: huc concede. M, So. concessi. quid est?
M. Illic homo aut sycophanta, aut geminus est frater tuus.
Namque ego hominem homini similiorem nunquam vidi alterum.
Neque aqua aquæ, neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius,
Quam hic tui est, tuque hujus. postea autem eandem patriam ac patrem (tarier.
Memorat. melius est nos adire, atque hunc percon-
M. So. Hercle quin tu me admonuisti recte, & habeo gratiam. (invenis
Perge operam dare, obsecro, hercle. liber esto, si
Hunc meum fratrem esse. M. spero. M. So. & ego idem spero, (dixeras.
M. Quid ais tu? Menæchmum, opinor, te vocari
M. Su. Ita vero. M. huic item Menæchmo nomen est. in Sicilia
Te Syracusis natum esse dixisti: hic natus est ibi.
Moschum tibi patrem fuisse dixti: huic itidem fuit.
Nunc operam potestis ambo mihi dare, & vobis simul. (impetres.
M. Su. Promeruisti, ut ne quid ores, quod velis, quin
Tanquam si emeris me argento, liber servibo tibi.
M. Spes mihi est, vos inventuros fratres germanos duos
Geminos, una matre natos, & patre uno, uno die.
M. Su. Mira memoras. utinam efficere, quod pollicitus, possies!
M. Possum: sed nunc coite. uterque id, quod rogabo, dicite. (quod sciam.
M. Su. Ubi lubet, roga: respondebo, nihil reticebo.
M. Est tibi nomen Menæchmo? M. Su. fateor.
M. est itidem tibi?

M. So.

Digitized by Google

M. So. Eſt. patrem fuiſſe Moſchum tibi ais?
M. Su. ita vero. M. So. & mihi.
M. Eſne tu Syracuſanus? M. Su. certo. M. quid tu? M. So. quippini?
M. Optume uſque adhuc conveniunt ſigna. porro operam date.
Quid longiſſume meminiſti, dic mihi, in patria tua?
M. Su. Cum patre ut abii Tarentum ad mercatum, tum poſtea
Inter homines me deerrare à patre, atque inde avehi.
M. So. Juppiter ſupreme, ſerva me. M. quid clamas? quin taces? (hit?
Quot eras annos gnatus, cum te pater à patria ave-
M. Su. Septuennis: nam tum dentes mihi cadebant primulum.
Neque patrem unquam poſtilla ego vidi. S. quid? voſtrum patri (duo.
Filii quot eratis? M. Su. ut nunc maxime memini,
M. Uter eratis, tun'an ille major? M. Su. æque ambo pares.
M. Qui id poteſt? M. Su. gemini ambo eramus. M. So. dime ſervatum volunt.
M. Si interpellas, ego tacebo. M. So. potius taceo. M. dic mihi,
Uno nomine ambo eratis? M. Su. minime. nam mihi hoc erat,
Quod nunc eſt, Menæchmus: illum tum vocabant Soſiclem.
M. So. Signa agnovi: contineri, quin complectar, non queo.
Mi germane, gemine frater, ſalve, ego ſum Soſicles.
M. Su. Quomodo igitur poſt Menæchmo nomen eſt factum tibi?
M. So. Poſtquam ad nos renunciatum eſt, te & patrem eſſe mortuum, (mihi.
Avus noſter mutavit: quod tibi nomen eſt, fecit
M Su. Credo ita eſſe factum, ut dicis. ſed mihi hoc reſponde. M. S. roga.
M. Su. Quid erat nomen noſtræ matri? M. So. Theuſimarche M. Su. convenit.
O ſalve inſperate, multis annis poſt quem conſpicor, Frater. M. So. & tu, quem ego multis miſeris laboribus,

Uſque

Usque adhuc quæsivi, quemque ego esse inventum
gaudeo.
M. Hoc erat, quod hæc te meretrix hujus vocabat
nomine. (dium. 76
Hunc censebat te esse, credo, cum vocat te ad pran-
M. Su. Namque edepol hic mihi hodie jussi pran-
dium apparari, (mo.
Clam meam uxorem, cui pallam surripui dudum do-
Eam dedi huic. M. So. hancne dicis, frater, pallam,
quam ego habeo?
M. Su. Quomodo hæc ad te pervenit? M. So. me-
retrix huc ad prandium 80
Me abduxit, me sibi dedisse ajebat. prandi perbene:
Potavi, atque accubui scortum: pallam, & aurum
hoc *mihi dedit*. (nit boni.
M. Su. Gaudeo edepol, si quid propter me tibi eve-
Nam illa cum te ad se vocabat, me esse credidit.
M. Nonquid me morare, quin ego liber, ut jussisti,
eam? 85
M. Su. Optumum atque æquissumum orat, frater:
fac causa mea.
M. So. Liber esto. M. Su. cum tu es liber, gaudeo,
Messenio. (siem.
M. Sed meliore est opus auspicio, liber perpetuo ut
M. So. Quoniam hæc evenerunt, frater, nostra ex
sententia,
In patriam redeamus ambo. M. Su. frater, faciam.
ut tu voles. (interim 91
Auctionem hic faciam, & vendam quicquid est nunc
Eamus intro, frater. M. So. fiat. M. scitin' quid
ego vos rogo?
M. Su. Quid? M mihi ut præconium detis. M Su.
dabitur. M. ergo nunc jam
Vis conclamari auctionem fore? quo die? M. Su. die
septimi.
M. Auctio fiet Menæchmi mane sane septimi. 95
Venibunt servi, supellex, fundi, ædeis, omnia
Venibunt, quiqui licebunt, præsenti pecunia.
Venibit uxor quoque etiam, si quis emptor venerit.
Vix credo tota auctione capiet quinquagesies.
Nunc spectatores valete, & nobis clare applaudite.

FINIS MENÆCHMORUM.

MILES

MILES GLORIOSUS.

Dramatis Personæ.

PYRGOPOLINICES *miles.*
ARTOTROGUS *parasitus.*
PALÆSTRIO *servus.*
PERIPLECTOMENES *senex.*
SCELEDRUS *servus.*
PHILOCOMASIUM *meretrix.*
PLEUSIDES *adolescens.*
LUCRIO *puer.*
MILPHIDIPPA *ancilla.*
ACROTELEUTIUM *meretrix.*
PUER.
CARIO *coquus.*

ARGUMENTUM.

Meretricem Athenis Ephesum miles avehit.
Id hero dum amanti servus nuntiare vult,
Legato peregre captu'st ipsus in mari,
Et illi eidem militi dono datu'st.
Suum arcessit herum Athenis, & forat
Geminis communem clam parietem in ædibus,
Lisere ut quiret convenire amantibus.
Obhærentes custos hos vidit de tegulis.
Ridiculus autem, quasi sit alia, luditur.
Itemque impellit militem Palæstrio,
Omissam faciat concubinam, quando ei
Senis vicini cupiat uxor nubere:
Ultro abeat, orat, donat multa. ipse in domo
Senis prehensus, pœnas pro mœcho luit.

ALTERUM ARGUMENTUM.

Meretricem ingenuam deperibat mutuo
Athenienſis juvenis. Nanpactum is domo
Legatus abiit; miles in eandem incidit.
Deportat Ephesum invitam. servus Atticè
Ut nunciaret domino factum, navigat,
Capitur, donatur illic captus militi.
Adhernus ut veniret Ephesum, scribit. advolat

Digitized by Google

Adoleſcens, atque in proximo divertitur
Apud hoſpitem paternum. medium parietem
Perfodit ſervos, commeatus clanculum
Qua foret amantum; geminam fingit: mulieris
Sororem ait eſſe, mox ei dominus edium
Suam clientam ſolicitandum ad militem
Subornat. capiturille, ſperat nuptias.
Demittit concubinam, & machus vapulat.

ACTUS I. SCENA I.

PYRGOPOLYNICES, ARTOTROGUS.

CUrate, ut ſplendor meo ſit clypeo clarior
Quam ſolis radii eſſe olim, cum ſudum eſt, ſolent;
Ut, ubi uſus veniat, contra conſerta manu
Oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus.
Nam ego hanc machæram mihi conſolari volo.
Ne lamentetur, neve animum deſpondeat,
Quia ſe jampridem feriatam geſtitem,
Quæ miſera geſtit & fratrem facere ex hoſtibus.
Sed ubi Artotrogus? A. hic eſt, ſtat propter virum
Fortem, atque fortunatum, & forma regia,
Tum bellatorem. Mars haud auſit dicere,
Neque æquiparare ſuas virtutes ad tuas.
P. Quemne ego ſervaviin campis Gurguſtidoniis,
Ubi Bombomachides Cluminſtaridyſarchides
Erat imperator ſummus, Neptuni nepos?
A. Memini, nempe illum dicis cum armis aureis,
Quojus tu legiones diffluviſti ſpiritu,
Quaſi ventus folia, aut panniculam rectoriam.
P. Iſtuc quidem edepol nihil eſt. A. nihil hercle quidem hoc,
Præ ut alia dicam, tu quæ nunquam feceris.
Perjuriorem hoc homine ſi quis viderit
Aut gloriarum pleniorem, quam illic eſt,
Me ſibi habeto, & ego me mancupio dabo
Epityro ut apud illum eſuriem inſane bene.
P. Ubi tu es? A. eccum, edepol vel elephanto in India
Quo pacto pugno perfregiſti brachium;
P. Quid; brachium; A. illud dicere volui, femur.

P. At

P. At indiligenter hic eram. A. pol si quidem
Connisus esses, per corium, per viscera,
Perque os elephanto brachium transmitteres.
P. Nolo istæc hic nunc. A. ne hercle operæ pretium quidem
Mihi te enarrare, tuas qui virtutes sciam.
Venter creat omnes has ærumnas. auribus
Peraudienda sunt, ne dentes dentiant.
Et assentandum est, quicquid hic mentibitur.
P. Quid illud quod dico? A. hem, scio jam quid vis dicere.
Factum est hercle? memini fieri. P. quid id est? A. quicquid est.
P. Habes tabellas? A. vis rogare? habeo & stylum.
P. Facete advortis animum tuum ad animum meum.
A. Noviſſe mores me tuos meditate decet,
Curamque adhibere ut prævelim mihi quod tu velis.
P. Ecquid meministi? A. memini, centum in Cilicia,
Et quinquaginta centum Sycolatronidæ,
Triginta Sardi, sexaginta Macedones,
Sunt homines, tu quos occidisti uno die.
P. Quanta istæc hominum summa est? A. septem millia.
P. Tantum esse oportet. recte rationem tenes.
A. At nullos habeo scriptos, sic memini tamen.
P. Edepol memoria est optuma. A. ossa me monet.
P. Dum talem facies, qualem adhuc assiduo edis,
Communicabo te semper mensa mea.
A. Quid in Cappadocia, ubi tu quingentos simul,
Ni hebes machæra foret, uno ictu occideres.
At peditatus reliquiæ erant, si viverent.
Quid tibi ego dicam, quod omnes mortales sciunt?
Pyrgopolinicem te unum in terra vivere
Virtute & forma, & factis invictissumis.
Amant te omnes mulieres, neque hercle injuria,
Qui sis tam pulcer: ut vel illæ, quæ here pallio
Me reprehenderunt. P. quid here dixerunt tibi?
A. Rogitabant hiccine Achilles est, inquit, tibi?
Immo ejus frater, inquam, innuit illarum altera;
Ergo mecastor pulcer est, inquit, mihi,
Et liberalis visus. cæsaries quam decet!
Næ illæ sunt fortunatæ, quæ cum isto cubant.

P. Itaq

Digitized by Google

P. Itane ajebat tandem? A. quæ me ambæ obsecraverint,
Ut te hodie quasi pompam illa præterducerem.
P. Nimia est miseria, pulchrum esse hominem nimis.
A. Molestæ sunt mihi, orant, ambiunt, obsecrant,
Vivere ut liceat: ad sese arcessi jubent,
Ut tuo non liceat operam dare negotio.
P. Videtur tempus esse, ut eamus ad forum.
Ut in tabellis, quos consignavi hic heri
Latrones, ibus dinumerem stipendium.
Nam rex Seleucus me opere oravit maxumo,
Ut sibi latrones cogerem & conscriberem.
Regi hunc diem mihi operam decretum est dare.
A. Age eamus ergo. P. sequimini satellites.

ACTUS II. SCENA I.

PALESTRIO.

Mihi ad enarrandum hoc argumentum est comitas,
Si ad auscultandum vostra erit benignitas.
Qui autem auscultare nolit, exurgat foras,
Ut sit ubi sedeat ille, qui auscultare volt.
Nunc, qua assedistis causa in festivo loco,
Comœdiæ, quam modo acturi sumus,
Et argumentum & nomen vobis eloquar.
Alazon Græce huic nomen est Comœdiæ,
Id nos Latine glorioſum dicimus.
Hoc oppidum Epheſu'st. inde est miles meus herus,
Qui hinc ad forum abiit, glorioſus, impudens,
Stercoreus, plenus perjurii atque adulterii.
Ait sese ultro omnes mulieres sectarier.
Is deridiculu'st quaque incedit, omnibus.
Itaque hic meretrices labiis dum ductant eum,
Majorem partem videas valgis saviis.
Nam ego haud diu apud hunc servitutem, servio.
Id volo vos scire, quomodo ad hunc devenerim
In servitutem, ab eo quoi servivi prius.
Date operam? nam nunc argumentum exordiar.
Erat herus Athenis mihi adolescens optumus:
Is amabat meretricem matre Athenis Atticis,
Et illa illum contra, qui est amor cultu optumus.
Is publice legatus Naupactum hinc fuit,
Magnaï reipublicaï gratia.

Interibi ut hic miles forte Athenas advenit,
Insinuat sese ad illam amicam heri mei.
Occœpit ejus matri suppalparier
Vino, ornamentis, opiparisque obsoniis.
Itaque intimum ibi se miles apud lænam facit.
Ubi primum venit militi huic occasio.
Sublinit os illi lenæ & matri mulieris,
Quam herus meus amabat, nam is illius familiam
Conjicit in navem miles, clam matrem suam.
Eamque invitam hanc mulierem in Ephesum advehit,
Ego, quantum vivus possum, mihi navem paro,
Ubi amicam herilem Athenis avectam scio:
Inscendo, ut eam rem Naupactam ad herum nuntiem.
Ubi sumus provecti in altum, id quod volunt,
Capiunt prædones navem illam, ubi vectus fui.
Prius perii, quam ad herum veni, quo ire occœperam.
Ille, qui me cepit, dat me huic dono militi.
Hic postquam in ædis me ad se deduxit domum,
Video illum amicam herilem, Athenis quæ fuit:
Ubi contra aspexit me, oculis mihi signum dedit,
Ne se appellarem: deinde postquam occasio est,
Conqueritur mecum mulier fortunas suas.
Ait sese Athenas fugere cupere ex hac domu,
Sese illum amare meum herum, Athenis qui fuit,
Neque pejus quenquam odisse, quam istum militem.
Ego, quoniam inspexi mulieris sententiam,
Cepi tabellas, consignavi clanculum:
Dedi mercatori, qui ad illum deferat
Meum herum, qui Athenis fuerat, qui hanc amaverat,
Ut is huc veniret. is non sprevit nuncium.
Nam & venit, & is in proximo hic divortitur
Apud suum paternum hospitem, lepidum senem.
Itaque ille amanti suo hospiti morem gerit.
Nosque opera consilioque adhortatur, juvat.
Itaque ego paravi hic intus magnas machinas,
Qui amantis una inter se faceremus convenas.
Nam unum conclave, concubinæ quod dedit
Miles, quo nemo nisi ipse inferret pedem,
In eo conclavi ego perfodi parietem.
Qua commeatus esset hinc huic mulieri.

Et

Et ſene ſciente hoc feci, is conſilium dedit.
Nam meus conſervos eſt homo haud magni pretii,
Quem concubinæ miles cuſtodem addidit.
Ei nos facetis fabricis, & doctis dolis,
Glaucomam ob oculos objiciemus: eumque ita
Faciemus, ut, quod viderit, non viderit.
Et mox, ne erretis, hæc duarum hodie vicem
Et hic & illic mulier feret imaginem:
Atque eadem erit, verum alia eſſe aſſimulabitur.
Ita ſublinitum eſt os cuſtodi mulieris.
Sed foris concrepuit hinc à vicino ſene.
Ipſe exit. hic illi eſt lepidus, quem dixi, ſenex

ACTUS II. SCENA II.

PERIPLECTOMENES, PALÆSTRIO.

Niſi hercle defregeritis talos, poſthac quemque in tegulis
Videritis alienum, ego veſtra faciam latera lorea.
Mihi quidem jam arbitri vicini ſunt, meæ quid fiat domi. (omnibus,
Ita per impluvium introſpectant. nunc adeo edico
Quemquem à milite hoc videritis hominem in noſtris tegulis, (viam.
Extra unum Palæſtrionem, hunc deturbatote in
Quod ille galiinam aut columbam ſe ſectari aut ſimiam (ſitis.
Dicat, diſperiſtis neſque ad mortem male multaſ-
Atque adeo, ut ne legi fraudem faciant Talariæ,
Accuratote, ut ſine talis domi agitent convivium.
PA. Neſcio quid malefactum à noſtra huic familia eſt, quantum audio,
Ita hic ſenex talos elidi juſſit conſervis meis.
Sed me excepit. nihili facio quid illis faciat cæteris.
Aggrediar hominem: eſtne advorſum? eſt, quaſi *collaturus pedem.*
Quid agis, Periplectomene? PE. haud multos homines, ſi optandum fuerit,
Nunc videre & convenire, quam te, mavellem.
PA. quid eſt?
Quid negotii? PE. res palam eſt. PA. quæ res palam eſt? PE. de tegulis
Modo neſcio quis inſpectavit veſtrorum familiarium

Per noſtrum impluviam intus apud nos Philocomaſium atque hoſpitem
Oſculanteis. PA. quis homo vidit? PE. tuus conſervos eſt. PA. quis is homo eſt?
PE. Neſcio, ita abripuit repente ſeſe ſubito. PA. ſuſpicor
Me periiſſe. PE. ubi abiit, conclamo: heus quid agis tu inquam, *in tegulis?*
Ille mihi abiens ita reſpondit, ſe ſectari ſimiam.
PA. Væ mihi miſero, cui pereundum eſt propter nihili beſtiam.
Sed Philocomaſium hiccine etiam nunc eſt? PE. cum exibam, hic erat.
PA. Sis, jube tranſire huc quantum poſſit, ſe ut videant domi (mus,
Familiares: niſi quidem illa nos vult, qui ſervi ſu-
Propter amorem ſuum omneis crucibus contubernaleis dari.
PE. Dixi ego iſtuc, niſi quid aliud vis. PA. volo: hoc dicito:
Paret artem & diſciplinam: obtineat colorem. PE. quemadmodum? (derit.
PA. Ut eum, qui hic ſe vidit, vero vincat, ut ne viſi
Si quidem centies hic viſa ſit, tamen inficias eat.
Os habet, linguam, perfidiam, malitiam atque audaciam,
Confidentiam, confirmitatem, fraudulentiam:
Qui arguer ſe, eum contra vincat jurejurando ſuo.
Domi habet animum falſiloquum, falſificum, falſijurium.
Domi dolos, domi delenifica facta, domi fallacias:
Nam mulier olitori nunquam ſupplicat, ſi qua eſt mala.
Domi habet hortum & condimenta ad omnes mores maleficos.
P. Ego iſtæc, ſi erit hic, nunciabo. ſed quid eſt, Palæſtrio, (tace,
Quod volutas tute tecum in corde? PA. pauliſper
Dum ego mihi conſilia in animum convoco, & dum conſulo (parem,
Quid agam, quem dolum doloſo contra conſervo
Qui illam hic vidit oſculantem: id viſum ut ne viſum fiet.

PE. Quæ-

PE. Quære; ego hinc abſceſſero abs te hunc interim. illuc ſis vide, (tans. 46
Quem admodum abſtitit, ſevera fronte curas cogi-
Pectus digitis pultat, cor credo evocatur n'ſt foras.
Ecce autem avortit, niſus læva, in femine habet lævam manum,
Dextera digitis rationem computat. feriens femur
Dexterum ita vehementer, quod tactu ægre ſuppetit. 50
Concrepuit digitis, laborat, crebro commutat ſtatus.
Eccere autem capite nutat, non placet quod reperit. (dabit
Quicquid eſt incoctum, non expromit, bene coctum
Ecce autem ædificat, columnam mento ſuffulſit ſuo.
Apage, non placet profecto mihi illa inædificatio. 55
Nam os columnatum poëtæ ineſſe audivi barbaro,
Quoi bini cuſtodes ſemper totis horis accubant.
Euge, euge, euſcheme hercle aſtitit: & dulice & comœdice,
Nunquam hodie quieſcet, priuſquam id, quod petiit, perfecerit.
Habet. opinor. age, ſi quid agis, vigila, ne ſomno ſtude. (la: 60
Niſi quidem hic agitari mavis varius virgis. vigi-
Tibi ego dico, au! feriatus ne ſis. heus te alloquor, Palæſtrio,
Vigila, inquam, expergiſcere, inquam, lucet hoc, inquam. PA. Audio.
PE. Viden' hoſtis tibi adeſſe? tuoque tergo obſidium? conſule.
Arripe opem auxiliumque ad hanc rem propere, hoc non placide decet. 65
Ante venito aliqua aliquos, aut tu circumduce exercitum. (ra:
Curre in obſidium perduellis, noſtris præſidium pa-
Intercludito inimicis commeatum, tibi muni viam,
Qua cibatus commeatuſque ad te & legiones tuas
Tuto poſſit pervenire. hanc rem age. res ſubitaria eſt. 70
Reperi, comminiſcere, cedo calidum conſilium cito.
Quæ hic ſunt viſa, ut viſa ne ſint: facta infecta fiant. (mœnia.
Magnam illic homo rem incipiſſis, magna munis Tute

Digitized by Google

Tute unus si recipere hoc ad te dicis, confidentia est,
Nos inimicos profligare posse. PA. dico & recipio
Ad me. PE. & ego impetraturum dico, id quod
petis. PA. at te Juppiter.
Bene amet. PE. at imperti, amice, me, quod com-
mentu's. PA, tace,
Dum in regionem astutiarum mearum te induco,
ut scias (dem.
Juxta mecum mea consilia. PE. salva sumes indi-
PA. Herus meus elephanti corio circumtectus est,
non suo:
Neque habet plus sapientiæ, quam lapis. PE. ego-
met istuc scio.
PA. Nunc sic rationem incipissam, hanc insti-
tuam astutiam:
Ut Philocomasio hanc sororem geminam germa-
nam alteram
Dicam Athenis advenisse cum amatore aliquo suo;
Tam similem, quam lacte lacti est. & apud te eos
hic divortier
Dicam hospitio. PE. euge, euge, lepide, laudo com-
mentum tuum.
PA. Ut si illic concriminatus sit adversum militem
Hic meus conservos, eam vidisse cum alieno oscu-
larier, (meum
Tum arguam vidisse apud te contra conservum
Cum suo amatore amplexantem atque osculantem.
PE. immo ita optime.
Idem ego dicam, si me exquiret miles. PA. sed si-
millimas
Dicito esse: & Philocomasio id præcipiendum est
ut sciat,
Ne titubet, si quæret ex ea miles. PE. nimis do-
ctum dolum!
Sed si ambos videre in uno miles concilio volet,
Quid agimus? PA. facile est, trecentæ possunt caus-
sæ colligi:
Non domi est, abiit ambulatum, dormit, ornatur,
lavat,
Prandet, potat, occupata'st, operæ non est. non
potest, (via
Quantumvis prolationum, dum modo nunc prima
Inducamus, vera ut esse credat quæ mentibitur.

PE. Pla-

Digitized by Google

PE. Placet ut dicis. PA. intro abi ergo, & si istic est mulier, eam jube (cipe,
Cito domum transire, atque hæc ei monstra: præ-
Ut teneat consilia nostra, quemadmodum exorsi sumus (dabo.
De gemina sorore. PE. docte tibi illam perdoctam
Nunquid aliud? PA. intro ut abeas. PE. abeo. PA. & quidem ego ibo domum,
Atque hominem investigando famam operam: hinc dissimula vero,
Qui fuerit conservus, qui hodie fiet sectatus simiam.
Nam ille non potuit, quin sermoni suo aliquem familiarem
Participaverit de amica heri, vidisse sese eam
Hic in proximo osculantem cum alieno adolescentulo.
Novi morem ego, & tacere nostrorum solus scio.
Si invenio qui vidit, ad eum vineas plateosque agam.
Res parata est, vi pugnandoque hominem capere certa res est,
Si ita non reperio, ibo odorans quasi canis venaticus,
Usque donec persecutus volpem ero vestigiis.
Sed fores concrepuerunt nostræ. Ego voci moderabo me,
Nam illic est Philocomasio custos meus conservus, atque it foras.

ACTUS II. SCENA III.

SCELEDRUS, PALÆSTRIO.

NIsi quidem ego hodie ambulavi dormiens in tegulis,
Certo edepol scio, me vidisse hic proximæ vicinæ
Philocomasium, herilem amicam sibi alium quærere.
P. Hic illam vidit osculantem, quantum hunc audivi loqui.
S. Quis hic est? P. tuus conservos. quid agis Sceledre? S. te, Palæstrio,
Volupe'st convenisse. P. quid jam? aut quid negotii, fac sciam.
S. Metuo. P. quid metuis? S. ne hercle hodie, quantum hic familiarium est, (sal
Maxumum in malum cruciatumq; insilimus. P. tu

Digitized by Google

Solus, nam ego istam insulturam & desulturam nihil hic moror.
S. Nescis tu fortasse, apud nos facinus est quod natum hic novum.
P. Quod id est facinus? S. impudicum. P. tute scis solite tibi,
Mihi ne dixis; scire nolo. S. non faciam enim, quin scias.
Siniam hodiesum sectatus nostram in horum tegu-(tis.
P. Edepol, Sceledre, homo sectatu's nihili nequam bestiam.
S. Dii te perdant. P. te istuc æquum, quoniam occœpisti eloqui.
S. Forte fortuna per impluvium huc despexi in proximum,
Atque ego illam aspicio osculantem Philocomasium cum altero
Nescio quo adolescente. P. quod ego, Sceledre, scelus ex te audio?
S. Profecto vidi. P. tuten'? S. egomet duobus his oculis meis.
P. Abi, non verisimile dicis, neque vidisti. S. num (tibi
Lippus videor? P. medicum istuc tibi melius percontarier.
Verum enim tu istam, si te dii ament, temere haud tollas fabulam.
Tuis nunc cruribus capitique frandem capitalem hinc creas.
Nam tibi jam, ut pereas, paratum est duplicit er, nisi supprimis
Tuum stultiloquium. S. qui vero dupliciter? . id dicam tibi.
Primum dum, si falso insimulas Philocomasium, hoc perieris.
Iterum si id verum est, tu ei custos additus perieris.
S. Quid fuat me, nescio, hæc me vidisse ego certo scio.
P. Pergin' infelix? S. quid tibi vis dicam, nisi quod viderim?
Quinetiam nunc intus hic in proximo est. P. eho, an non domi est?
S. Vise, abi intro tute; nam ego nihil credi postulo.

P. Cer-

Digitized by Google

P. Certum eſt facere id. S. hic te opperiar; eadem illi inſidias dabo.
Quam mox horſum ad ſtabulum junix recipiat ſe è pabulo.
Quid ego nunc faciam? cuſtodem me illi miles tradidit.
Nunc ſi indicium facio, interii: ſi taceo, *interii tamen*, (cius? 36
Si hoc palam fuerit. *quid pejus* muliere atque audaDum ego in tegulis ſum, illac hæc ſe hoſpitio edit foras.
Edepol facinus fecit audax. hoccine ſi miles ſciat?
Credo hercle has ſuſtollat ædes totas, atque hinc in crucem.
Hercle quicquid eſt, muſſitabo potius, quam inteream male. 40
NON EGO POSSUM, quæ ipſa ſeſe venditat, tutariet
P. Sceledre, Sceledre. S. quis homo interminat? P. eſt te alter audacior?
Quis magis diis inimicis natus, quam tu, atque iratis? S. quid eſt?
P. Juben' tibi oculos effodiri, quibus id, quod nuſquam eſt, vides?
S. Quid nuſquam? P. non ego nunc emam vitam tuam vitioſa nuce. 45
S. Quid negotii eſt? quid negotii ſit, rogas? S. cur non rogem?
P. Nonne tibi iſtam prætruncari linguam largiloquam jubes?
S. Quamobrem jubeam? P. Philocomaſium eccam domi, quam in proxumo
Vidiſſe ajebas te oſculantem atque amplexantem cum altero.
S. Mirum eſt lolio victitare te, tam vili tritico. 50
P. Quid jam? S. quia luſcitioſus. P. væ verbero, edepol tu quidem (domi.
Cœcus, non luſcitioſus. nam illam eccam quidem
S. Quid? domi? P. domi hercle vero. S. abi, ludis me, Palæſtrio.
P. Tum mihi ſunt manus inquinatæ. S. qui dum? P. quia ludo luto.
S. Væ capiti tuo. P. tuo iſtuc, Sceledre, promitto fore, 55

Digitized by Google

Niſi oculos orationemque aliam commutas tibi.
Sed fores concrepuerunt noſtræ. S. at ego illas obſervo fores.
Nam nihil eſt qua hinc huc tranſire ea poſſit, niſi recto oſtio.
P. Quin domi eccam. neſcio, quæ te, Sceledre, ſcelera ſuſcitant.
S. Mihi ego video, mihi ego ſapio, mihi ego credo plurimum:
Me homo nemo deterruerit, quin ea ſit in his ædibus.
Hic obſiſtam, ne imprudenti huc ea ſe ſurrepſit mihi.
P. Meus illic homo eſt: deturbabo jam ego illum de pugnaculis.
Vin' jam faciam, ut ſtultividum te fatearis? S. age face.
P. Neque te quicquam ſapere corde, neque oculis uti? S. volo.
P. Nempe tu iſtic ais eſſe herilem concubinam? S. atque arguo
Eam me vidiſſe oſculantem hic intus cum alieno viro
P. Scin' tu nullum commeatum hinc eſſe à nobis? S. ſcio.
P. Neque ſolarium, neque hortum, niſi per impluvium? S. ſcio.
P. Quid nunc, ſi ea domi eſt, ſi faciam ut eam exire hinc videas domo.
Dignus es verberibus multis? S. dignus. P. ſerva iſtas fores,
Ne tibi clam ſe ſubterducat iſtinc, atq; huc tranſeat.
S. Conſilium eſt ita facere. P. pedes ego jam illam huc tibi ſiſtam in viam.
S. Agedum ergo, face. volo ſcire utrum ego id, quod vidi, viderim:
An illic faciat, quod facturum dicit, ut ea ſit domi.
Nam ego quidem meos oculos habeo, nec rogo utendos foris.
Sed hic illi ſupparaſitatur ſemper, hic ei proximus eſt.
Primus ad cibum vocatur, primo pulmentum datur:
Nam illic noſter eſt fortaſſe circiter triennium,
Neque cuiquam, quam illi in noſtra melius eſt familia.

Sed ego hoc quod ago, id me agere oportet, hoc obſervare oſtium.
Hic obſiſtam, hac quidem pol certo verba mihi nunquam dabunt.

ACTUS II. SCENA IV.

PALÆSTRIO, PHILOCOMASIUM, SCELEDRUS.

PRæcepta facito ut memineris. PH. toties monere mirum eſt.
PA. At metuo, ut ſatis ſis ſubdola. PH. cedo, vel doctas docebo:
Memini malas, ut ſint malæ, mihi ſolæ è quo ſuperſit.
PA. Age jam nunc, inſiſte in dolos, ego abs te procul recedam.
Quid aſtas, Sceledre? S. hanc rem gero, habeo auris, loquere quid vis.
PA. Credo ego, iſtoc exemplo tibi eſſe eundum actutum extra portam.
Diſpeſſis manibus patibulum cum habebis. S. quamnam ob rem?
PA. Reſpice dum ad lævam: quis illæc eſt mulier? S. proh dii immortales!
Heri concubina eſt hæc quidem. PA. mihi quoque pol ita videtur.
Age nunc jam, quando lubet. S. quid agam? PA. peri, perpropere.
PH. Ubi iſti bonus ſervos, qui propudii me maxime innocentem
Falſo inſimulavit? PA. hem tibi. hic mihi id dixit. PH. tibi? PH. quem dixti
Tu te vidiſſe in proximo hic, ſceleſte, me oſculantem?
PA. Atque cum alieno adoleſcentulo dixit. S. dixi hercle vero.
PH. Tun' me vidiſti? S. atque his quidem oculis PH. carebis credo,
Qui plus vident, quam quod vident. S. nunquam hercle deterrebor,
Quin viderim id quod viderim. PH. ego ſtulta & mora multum,
Quæ cum hoc inſano fabulem: quem pol ego capitis perdam.

S. Noli

Digitized by Google

S. Noli minitari. ſcio crucem futuram mihi ſepulcrum:
Ibi mei majores ſunt ſiti, pater, avos, proavos, abavos.
Non poſſunt mihi minaciis tuis hiſce oculi fodiri.
Sed paucis verbis te volo, Palæſtrio: obſecro unde
Hæc exit huc? PA. unde, niſi domo? S. domo? PA. me vidente. S. video.
Nimis mirum eſt facinus, quomodo hæc hinc potuerit tranſire:
Nam certo neque ſolarium eſt apud nos, neque hortus ullus,
Neque feneſtra, niſi clatrata: nam certo ego te hic intus vidi.
PA. Pergin' ſceleſte intendere, atque hanc arguere? PH. ecaſtor ergo
Mihi haud falſum eveniat ſomnium, quod nocte hac ſomniavi.
PA. Quid ſomniaſti? PH. ego eloquar. ſed amabo advorſito animum.
Hac nocte in ſomnis mea ſoror gemina germana viſa
Veniſſe Athenis in Epheſum cum ſuo amatore quodam:
Hi ambo hoſpitio huc in proximum mihi divorti ſunt viſi.
S, Palæſtrionis ſomnium narratur. PA. perge porro
PH. Ego læta viſa, quia ſoror veniſſet, propter eandem
Suſpicionem maxumam ſum viſa ſuſtinere.
Nam arguere in ſomnis me familiaris meus mihi viſu'ſt,
Pe cum alieno adoleſcentulo, quaſi nunc eſt, eſſe oſculatam,
Cum illa oſculata mea ſoror gemina eſſet ſuumpte amicum.
Ita me inſimulatam perperam falſum eſſe ſomniavi.
PA. Satin' eadem invigilantes expetunt, quæ in ſomnis viſa memoras?
Heus hercle præſentia omnia! abi intro, & comprecare.
Narrandum ego iſtuc militi cenſebo. PH. facere certum.
Neque me quidem patiar probri falſo impune inſimulatam.

S. Ti-

Digitized by Google

S. Timeo quid rerum gesserim hic, ita dorsus totus prurit.
PA. Scin' te periisse? nunc quidem domi certo?
S. certa res est
Nunc nostrum observare ostium, ubi ubi sit. PA. at Sceledre, quæso,
Ut ad id exemplum somnium quam simile somniavit,
Atque ut tu suspicatus es eam vidisse te osculantem!
S. Me eam non vidisse arbitraris? PA. næ tu hercle, opinor, obsecro.
Resipisce. si ad herum hæc res pervenerit, peristi pulchre.
S. Nunc demum experior, prius ob oculos mihi caliginem obstitisse.
PA. Dudum edepol hoc planum quidem, quæ hic usque fuerit intus.
S. Nihil habeo certi quid loquar: non vidi eam, etsi vidi.
PA. Næ tu edepol stultitia tua nos pæne perdidisti.
Dum te fidelem facere hero voluisti, absumtus es pæne.
Sed fores vicini proximi crepuerunt; conticiscam.

ACTUS II. SCENA V.

PHILOCOMASIUM, PALÆSTRIO, SCELEDRUS.

INde ignem in aram, ut Ephesiæ Dianæ lauta laudes
Grateſque agam, eique ut Arabico fumificem odore amœne.
Quæ me in locis Neptuniis templisque turbulentis
Servavit sævis fluctibus, ubi sum afflictata multum.
S. Palæstrio, ô Palæstrio. PA. ô Sceledre, Sceledre, quid vis?
S. Hæc mulier, quæ hinc exit modo, estne herilis concubina
Philocomasium? an non est ea? PA. hercle opinor, ea videtur.
Sed facinus mirum est, quomodo hæc hinc nunc potuerit transire,
Siquidem ea est, S. an dubium tibi est eam esse hanc? PA. ea videtur.

Adea-

Digitized by Google

Adeamus, appellemus. S. heus, quid istuc est, Philocomasium?
Quid tibi istic hisce in ædibus debetur, quid negotii est?
Quid nunc taces? tecum loquor. PA. imo edepol tute tecum:
Nam hæc nihil respondet. S. te alloquor, vitii probrique plena,
Quæ circum vicinos vaga es. PH. qui cum tu fabulare?
S. Qui cum nisi tecum? PH. quis tu homo es, aut mecum quid negotii est?
S. Men' rogas, hem, qui sim? PH. quin ego hoc rogem, quod nescian?
PA. Quis ego sum igitur, si tu hinc ignoras? PH. mihi odiosus, quisquis es,
Et tu & hic. S. nos non novisti? PH. neutrum. S. metuo maxime.
PA. Quid metuis? S. enim ne nosmet perdiderimus uspiam.
Nam neque te, neque me novisse ait hæc. PA. perserutari hic volo,
Sceledre, nos nostri an alieni simus, ne dum quispiam
Nos vicinorum imprudenteis aliquis immutavetit.
S. Certe equidem noster sum. PA. & pol ego, quæris tu, mulier, malum.
Tibi dico, heus Philocomasium. PH. que te intemperiæ tenent, (eho,
Qui me perperam perplexo nomine appellas? PA.
Quis igitur vocare? PH. Glyceræ nomen est. S. injuria est.
Falsum nomen possidere, Philocomasium, postulas,
At istuc non decet. & meo adeo hero facis injuriam.
PH. Egone? PA. tute. PH. quæ heri Athenis Ephesum adveni vesperi
Cum meo amatore, adolescente Athenienti. PA. dic mihi,
Quid hic tibi in Epheso est negotii? PH. geminam germanam meam
Hic sororem esse inaudivi, eam veni quæsitum. PA. mala es.
PH. Immo ecastor stulta multum, quæ vobiscum fabuler.

Abeo,

Abeo. S. abire non ſinam te. PH. mitte. S. manifeſtaria
Res eſt, non mitto. PH. at jam crepabunt manu malæ tibi,
Niſi me omittis. S. quid, malum, aſtas? quin retines altrinſecus?
PA. Nihil moror negotioſum mihi eſſe tergum, qui ſcio (lis ſit?
An iſta non ſit Philocomaſium, atque ejus alia ſimi-
PH. Mittis me, an non mittis? S. immo vi atque invitam, ingratiis,
Niſi voluntate ibis, rapiam te domum. PH. oſtium hoc mihi
Domicilium eſt, Athenis domus ac herus, ego iſtam domum
Neque moror, neque vos, qui homines ſitis, novi, neque ſcio.
S. Lege agito: te nuſquam mittam, niſi das firmatam fidem;
Te huc, ſi omiſero, intro ituram. PH. vi me cogis, quiſquis es. (bes.
Do fidem, ſi omittis, iſtoc me intro ituram, quo ju-
S. Ecce omitto. PH. at ego abeo miſſa. S. muliebri feciſti fide.
PA. Sceledre, manibus amiſiſti prædam. tam ea eſt, quam potis,
Noſtra herilis concubina, vin' tu facere hoc ſtrenue?
S. Quid faciam? PA. affer mihi machæram huc intus. S. quid facies ea?
PA. Introrumpam recta in ædes, quemque hic intus videro
Cum Philocomaſio oſculantem, eum ego obtruncabo extempulo.
S. Viſane ea eſt eſſe? PA. imo edepol plane ea eſt. S. ſed quomodo
Diſſimulabat? PA. abi, machæram huc effer. S. jam faxo hic erit.
PA. Neque eques neque pedes profecto quiſquam tanta audacia,
Qui æque faciat confidenter quicquam, quam quæ mulieres
Faciunt. ut utrobique orationem docte edidit!
Ut ſublinitur os cuſtodi, cauto conſervo meo!

Nimis

Nimis beat, quod commeatus tranſtinet trans pa-
rietem.
S. Heus Palæſtrio, machæra nihil opus. PA. quid
jam? aut quid opus eſt?
S. Domi eccam herilem concubinam. PA. quid?
domi? S. in lecto cubat.
PA. Edepol næ tu tibi malam rem repperiſti, ut
prædicas,
S. Quinam? PA. quia hanc attingere auſus malie-
rem hic in proxumo.
S. Magis hercle metuo; ſed nunquam quiſquam
faciet, quin ſoror
Iſta ſit germana hujus. PA. eam pol tu hic oſcu-
lantem videras.
Et quidem palam eſt eam eſſe, ut dicis. S. quid
propius fuit,
Quam ut perirem, ſi locutus fuiſſem hero? PA. er-
go ſi ſapis,
Muſſitabis. plus oportet ſcire ſervum, quam loqui.
Ego abeo à te, ne quid tecum conſilii commiſceam,
Atque apud hunc vicinum. tuæ mihi turbæ non
placent.
Heros ſi veniet, ſi me quærit, hic ero: hinc me ar-
ceſſito.

ACTUS II. SCENA VI.

SCELEDRUS, PERIPLECTOMENES.

SAtin' abiit ille, neque herile negotium
Plus curat, quam ſi non ſervitutem ſerviat?
Certo quidem illa hæc noſtra intus eſt in ædibus.
Nam ego cubantem eam modo offendi domi.
Certum eſt nunc obſervationi dare operam.
P. Non hercle hiſce hominem, me marem, ſed fœ-
minam
Vicini rentur eſſe ſervi militis.
Ita me ludificant, meamque hic in via hoſpitam,
Quæ heri huc Athenis cum hoſpite advenit meo,
Tractatam & ludificatam ingenuam & liberam.
S. Perii hercle, hic ad me recta habet rectam viam.
Metuo, illæc mihi res ne magno malo fuat,
Quantum hunc audivi facere verborum ſenem.
P. Accedam ad hominem. tun' Sceledre, hic, ſce-
lerum caput,

Mean

Meam ludificasti hospitam ante ædis modo?
S. Vicine, ausculta quæso. P, ego auscultem tibi?
S. Expurgare volo me. P. tun' te expurges mihi,
Qui facinus tantum, tamque indignum feceris?
An quia latrocinanimi, arbitramini
Quidvis licere facere vobis, verbero?
S. Licetne? P: at ita me di deæque omnes ament,
Nisi mihi supplicium virgarum de te datur
Longum diutinumque, à mane ad vesperum,
Quod meas confregisti imbrices & tegulas,
Ibi dum condignam te sectatus simiam,
Quodq; inde inspectavisti meum apud me hospitem
Amplexum, amicam cum osculabatur suam,
Quodque concubinam herilem insimulare ausus es
Probri, pudicam, meque summi flagitii:
Tum quod tractavisti hospitam ante ædes meas:
Nisi tibi supplicium stimuleum datur,
Dedecoris pleniorem herum faciam tuum,
Quam magno vento plenum est undarum mare.
S. Ita sum coactus, Periplectomene, ut nesciam,
Utrumne postulare prius tecum æquum siet,
An me expurgare hic tibi videatur æquius,
Nisi istæc non est hæc, neque ista sit mihi:
Sicut etiam nunc nescio quid viderim.
Ita est istæc hujus similis nostræ tua,
Siquidem non eadem est. P. vise ad me intro, jam scies.
S. Licetne? P. quin te jubeo. at placide nosci ta.
S. Ita facere certum est. P. heus Philocomasium, cito
Transcurre curriculo ad nos, ita negotium est.
Post quando exierit Sceledrus à nobis, cito
Transcurrito ad vos rursum curriculo domum.
Nunc pol ego metuo, ne quid insuscaverit.
Si hic non videbit mulierem, aperitur dolus.
S. Prô di immortales! simliorem mulierem,
Magisque eandem, utpote quæ non sit eadem, non reor
Deos facere posse. P. quid nunc? S. commeruí malum.
P. Quid igitur? ean' est? S. etsi ea est, non est ea.
P. Vidistin' istam? S. vidi, & illam & hospitem
Complexam atque osculantem. P. ean' ergo est?
S. nescio,

P. Vin' ſcire plane? S. cupio. P. abi intro ad vos domum
Continuo, vide ſitne iſthæc voſtra intus domum.
S. Licet; pulcre admonuiſti: jam ego ad te exibo foras.
P. Nunquam edepol hominem quenquam ludificarier
Magis facete vidi, & magis miris modis.
Sed eccum egreditur. S. Periplectomene, te obſecro
Per deos atque homines, perque ſtultitiam meam,
Perque tua genua. P. quid obſecras me? S. inſcitiæ
Meæ & ſtultitiæ ignoſcas: nunc demum ſcio
Me fuiſſe excordem, cœcum, incogitabilem.
Nam Philocomaſium eccam intus. P. quid nunc, furcifer,
Vidiſtin' ambas? S. vidi. P. herum exhibeas volo.
S. Meruiſſe equidem me maxumum fateor malum,
Et tuæ feciſſe me hoſpitæ ajo injuriam.
Sed meam eſſe herilem concubinam cenſui,
Cui me cuſtodem herus addidit miles meus.
Nam ex uno puteo ſimilior nunquam poteſt
Aqua aquæ ſumi, quam hæc eſt, atque iſta hoſpita.
Et me deſpexe ad te per impluvium tuum
Fateor. P. quid ni fateare, ego quod viderim?
S. Sed Philocomaſium me vidiſſe cenſui.
P. Ratuſne me ſic hominem eſſe omnium minimi pretii,
Si ego me ſciente paterer vicino meo
Eam fieri apud me tam inſignite injuriam?
S. Nunc demum à me inſipienter factum eſſe arbitror,
Cum rem cognoſco: at non malitioſe tamen
Feci. P. immo indigne: namque hominem ſervum ſuos
Domitos habere oportet oculos & manus
Orationemque. S. egone? ſi poſt hunc diem
Mutivero, etiam quod egomet certo ſciam,
Dato excruciatum me: egomet dedam me tibi.
Nunc hoc mihi ignoſcas quæſo. P. vincam animum meum,
Ne malitioſe factum id eſſe abs te arbitrer.
Ignoſcam tibi iſtuc. S. at dii tibi faciant bene.

P. Ne

P. Næ tu hercle, ſi te dii amant, linguam comprimes
Poſthac: etiam illud quod ſcies neſciveris:
Ne videris, quod videris. S. bene me monēs.
Ita facere certum eſt. ſed ſatin' oratus abis?
Nunquid nunc aliud me vis? P. ne me noveris.
S. Dedit hic mihi verba. quam benigne gratiam
Fecit, ne iratus eſſet! ſcio quam rem gerat,
Ut miles, cum extemplo à foro adveniat domum
Domi comprehendat. una hic & Palæſtrio
Me habent venalem; ſenſi, & jamdudum ſcio.
Nunquam hercle ex iſta naſſa ego hodie eſcam petam:
Nam jam aliquo aufugiam, & me occultabo aliquot dies,
Dum hæ conſileſcunt turbæ, atque iræ leniunt.
Nam jam nunc ſatis & plus nimio merui mali.
Veruntamen de me quicquid eſt, ibo hinc domum.
P. Illic hinc abſceſſit. ſat edepol certo ſcio,
Occiſam ſæpe ſapere plus multo ſuem,
Cum manducatur. ne id, quod vidit, viderit!
Nam illius oculi atque auris atque opinio
Transfugere ad nos. uſque adhuc actum eſt probe.
Nimium feſtivam mulier operam præbuit.
Redeo in ſenatum rurſus. nam Palæſtrio
Domi nunc apud me: Sceledrus nunc autem foras.
Frequens Senatus poterit nunc haberier.
Ibo intro, ne, dum abſum, illis ſortito ſuam.

ACTUS III. SCENA I.

PALÆSTRIO, PLEUSIDES, PERIPLECTOMENES.

C Obibete intra limen etiam vos parumper, Pleuſides.
Sinite me prius proſpectare, ne uſpiam inſidiæ fiant
Concilio, quod habere volumus. nam opus eſt nunc tuto loco,
Unde inimicus ne quis noſtris ſpolia capiat conſiliis,
Unde inimicus ne quis noſtra ſpolia capiat auribus:
Nam bene conſultum, inconſultum eſt, ſi inimicis ſit uſui:
Neque poteſt, quin, ſi id inimicis uſui eſt, obſit mihi:
Nam bonum conſilium ſurripitur ſæpiſſume,

Si minus cum cura ea: cate locus loquendi lectus
est:
Quippe si nescierint inimici consilium tuum, 10
Tuopte tibi consilio occludant linguam, & con-
stringunt manus:
Atque eadem, quæ illis voluisti facere, faciunt tibi.
Sed speculabor, ne quis aut hinc à læva, aut à dex-
tera
Nostro consilio venator adsit cum auritis plagis.
Sterilis hinc prospectus usque ad ultimam plateam
est probe. (gredimini. 16
Revocabo. heus Periplectomene & Pleusides, pro-
PE. Ecce nos tibi obedientes. PA. facile est im-
perium in bonos.
Sed volo scire, eodem consilio, quod intus medita-
ti sumus, (utibile,
Si gerimus rem. PE. magis ad rem esse non potest
PA. Imo quid tibi Pleusides? PL. quod ne vobis
placeat, displicea: mihi? 20
PE. Quis homo scit magis usquam, quam tu, loqui
lepide & commode?
PA. Pol ita decet hunc facere. PL. at hoc me fa-
cinus miserum macerat,
Meum cor corpusque cruciat. PE. quid est id, quod
cruciat? cedo.
PL. Me tibi istuc ætatis homini facinora puerilia 25
Objicere, neque te decora, neque tuis virtutibus
Ita te expetere ex opibus summis mei honoris
gratia, (facinora,
Mihique amanti ire opitulatum, atque ea te facere
Quæ illæc ætas fugere facta magis quam sectari so-
let. (nem.
Tam pudet me tibi in senecta objicere solicitudi-
PE. Novo modo tu homo amas: siquidem te quic-
quam, quod faxis, pudet. 30
Nihil amas: umbra es amantum magis, quam ama-
tor, Pleusides. (gratia?
PL. Hancine ætatem exercere me mei amoris
PE. Quid ais tu, itane tibi ego videor oppido Ache-
runticos
Tam capularis, tam te tibi diu videor vita vivere?
Nam equidem haud sum annos natus præter quin-
quaginta & quattuor:

Clare.

Digitized by Google

Clare oculis video, pernix ſum manibus, pedibus mobilis. (eſt ſenex.
PA. Si albus capillus hic videtur, neutiquam ingenio
Ineſt in hoc amuſſitata ſua ſibi ingenua indoles.
PL. Pol id quidem experior ita eſſe, ut prædicas, Palæſtrio, (tuli eſt! 40
Nam benignitas quidem hujus oppido ut adoleſcen-
PE. Immo, hoſpes, magis cum periculum facies, magis noſces meam (noſcere?
Comitatem erga te amantem. PL. quid opus nota
PE. Ut apud te exemplum experiundi habeas, ne petas foris. (inſpicit.
Nam qui ipſe haud amavit, ægre amantis ingenium
Et ego amoris aliquantulum habeo humoriſque meo etiam in corpore. 45
Neque dum exarui ex amœnis rebus & voluptariis:
Vel cavillator facetus, vel conviva commodus
Item ero: neque ego unquam oblocutor ſum alteri in convivio. (modo
Incommoditate abſtinere me apud convivas com-
Commemini, & meæ orationis juſtam partem perſequi: 50
Et meam partem itidem tacere, cum aliena eſt oratio
Minime ſputator, ſcreator ſum, itidem minime muccidus. (Umbria.
Poſt Epheſi ſum natus, non in Apulis, non ſum in
PA. O lepidum ſenicem! ſi quas memorat, virtutes habet: (rio. 55
Atque equidem plane eductum in nutricatu Vene-
PE. Plus dabo, quam prædicabo, ex me venuſtatis tibi. (ges crepo:
Neque ego ad menſam publicas res clamo, neque le-
Neque ego unquam alienum ſcortum ſubigito in convivio, (poculum.
Neque præripio pulpamentum, neque prævorto
Neque per vinum unquam ex me oritur diſſidium in convivio. (grego. 60
Si quis ibi eſt odioſus, abeo domum, ſermonem ſe-
Venerem, amorem, amœnitatemque accubans exerceo. (jugiter.
PL. Tu quidem edepol omnis mores ad venuſtatem
Cedo treis mihi homines aurichalco contra cum iſtis moribus.

Digitized by Google

PA. At quidem illuc ætatis qui ſit, non invenies alterum (magis 66
Lepidiorem ad omnes res, nec qui amicus amico ſit
PE. Tute me ut fateare faciam, eſſe adoleſcentem moribus. (quens.
Ita ad omnes comparebo tibi res benefactis fre-
Opuſne erit tibi advocato triſti, iracundo? ecce me.
Opuſne leni? leniorem dices, quam mutum eſt mare:
Liquidiuſculuſque ero quam ventus eſt Favonius. 71
Vel hilariſſumum convivam hinc indidem expromam tibi. (mum:
Vel primarium parafitum, atque obſonatorem optu-
Tum ad ſaltandum, non cinædus malacus æque eſt atque ego. (bi? 75
PA. Quid ad illa artes optaſſis, ſi optio eveniat ti-
PL. Hujus promeritis ut referri pariter poſſit gratia, (citudini.
Tibique, quibus nunc me eſſe experior ſummæ ſoli-
At tibi tanto ſumptui eſſe mihi moleſtum eſt.
PE. morus es. (ſumtus eſt:
Nam in mala uxore atque inimico ſi quid ſumas,
In bono hoſpite atque amico quæſtus eſt, quod ſumitur:
Et quod in divinis rebus ſumas, ſapienti lucro eſt. 8
Deum virtute, ut tranſeuntem hoſpitio accipiam, eſt apud me comitas.
Es, bibe, animo obſequere mecum, atque onera te hilaritudine: (libere.
Liberæ ſunt ædis, liber ſum autem ego, me uti volo
Nam mihi deum virtute dicam, propter divitias meas
Licuit uxorem dotatam genere ſummo ducere. 86
Sed nolo mihi oblatratricem in ædis intromittere.
PA. Cur non vis? nam procreare liberos, lepidum eſt onus.
PE. Hercle vero, liberum eſſe, id multo eſt lepidius.
PA. Tute homo & alteri ſapienter potis es conſulere & tibi, 80
PE. Nam bona uxor, ſi ea quidem deducta eſt uſquam gentium.
Ubi eam poſſim invenire? verum egone eam ducam domum?
Quæ mihi nunquam hoc dicat: eme mi vir lanam, unde tibi pallium
Malacum & calidum conficiatur, tunicæque hibernæ bonæ, Ne

Ne algeas hac hyeme. hoc nunquam verbum ex uxore audias.
Verum priusquam galli cantent, quæ me somno suscitet, (verit:
Dicat: Da mi vir, calendis meam quod matrem ju-
Da qui farciat; da qui condiat, da quod dem quinquatribus,
Præcantatrici, conjectrici, ariolæ atque haruspicæ.
Flagitium est, si nihil mittetur. quo supercilio spicit! (rem.
Tum piatricem, clementer non potest quin mune-
Jampridem, quia nihil abstulerit, succenset ceraria.
Tum obstetrix expostulavit mecum, parum missum sibi. (alit?
Quid? nutrici non missurus quicquam, quæ vernas
Hæc atque hujus similia alia damna multa mulierum,
Me uxore prohibent, mihi quæ hujus similes sermones ferat. (amiseris
PA. Dii tibi propitii sunt hercle: nam si istam semel
Libertatem, haud facile te in eundem rursus restituës locum.
PL. At illa laus est magno in genere & in divitiis maxumis, (sibi.
Liberos hominem educare, generi monumentum &
PE. Quando habeo multos cognatos, quid opus sit mihi liberis?
Nunc bene vivo & fortunate, atque ut volo, atque animo ut lubet. (tiam.
Mea bona mea morte cognatis dicam, inter eos par-
Illi apud me edunt, me curant, visunt quid agam, ecquid velim. (ceperim.
Priusquam lucet, assunt: rogitant. noctu an somnum
Eos pro liberis habeo: quin mihi mittunt munera;
Sacrificant; dant inde partem mihi majorem, quam sibi: (nam vocant.
Adducunt ad exta: me ad se, ad prandium, ad cæ-
Ille miserrumum se retur, minimum qui misit mihi.
Illi inter se certant donis. ego hæc mecum mussito.
Bona mea inhiant, certatim dona mittunt & munera.
PA. Nimis bona ratione, nimiumque aperta tu multum vides. (filii.
Et tibi sunt gemini, & trigemini, si te bene habes.

Digitized by Google

PE. Pol si habuissem, satis cœpissem miseriarum liberis. (uspiam:
Conserem emori: cecidissetne ebrius, aut de equo
Metuerem, ne ibi defregisset crura aut cervices sibi.
Tum ne uxor mihi insignitos pueros pariat postea,
Aut varum, aut valgum, aut compernem, aut pætum, aut broncum filium.
PA. Huic homini dignum est divitias esse, & diu vitam dari,
Qui & rem servat, & qui bene habet, suisque amicis est volup.
PL. O lepidum caput! ita me dii deæque ament, æquum fuit (rent:
Deos paravisse, uno exemplo ne omnes vitam vivesicuti merci pretium statui pro virtute ut veneat;
Quæ improba est, pro mercis vitio dominum precio panperet. (fuit:
Itidem divos dispertisse vitam humanam æquum
Qui lepide ingeniatus esset, vitam longinquam darent: (cito.
Qui improbi essent & scelesti, iis adimerent animam
Si hoc paravissent, homines essent minus multi mali,
Et minus audacter scelesta facerent facta: & postea
Qui probi homines essent, esset his annona vilior.
PE. Qui deorum consilia culpet, stultus, insciusque sit, (decet.
Quique eos vituperet. nunc jam istis rebus desisti
Nunc volo obsonare, ut, hospes, tua te ex virtute & mea,
Meæ domi accipiam, benigne, lepide, & lepidis victibus. (tibi.
PL, Nihil me pœnitet jam quanto sumtui fuerim
Nam hospes nullus tam in amici hospitium divorti potest, (fiet.
Quin ubi triduum continuum fuerit, jam odiosus
Verum ubi dies decem continuos immorabitur,
Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant. (hi,
PE. Servientes servitute ego servos introduxi mi-
Hospes, non qui mihi imperarent, quibus ego essem obnoxius: (rem gero.
Si illis ægre est, mihi quod volupe est, meo remigio

Tamen

Tamen id quod odio eſt, faciundum eſt cum malo atque ingratiis:
Nunc, quod occœpi, obſonatum pergam. PL. ſi certum eſt tibi, (vis ſat eſt. 155
Commodulum obſona, ne magno ſumtu: mihi quid-
PE. Quin tu iſtanc orationem hinc veterem atque antiquam amoves. (re.
Nam proletario ſermone nunc quidem, hoſpes, ute-
Nam hi ſolent, quando accubuere, ubi cœna appoſita eſt, dicere;
Quid opus fuit hoc, ſumtu tanto noſtra gratia?
Inſaniviſti hercle: nam idem hoc hominibus ſat erat decem. 160
Quod eorum cauſſa obſonatum eſt, culpant, & comedunt tamen.
PA. Fit pol illud ad illud exemplum. ut docte & perſpecte ſapit!
PE. Sed iidem homines nunquam dicunt, quanquam appoſitum eſt ampliter,
Jube illud demi: tolle hanc patinam: remove pernam: nihil moror. (gidus. 165
Aufer illam offam penitam. probus hic conger fri-
Remove, abi, aufer. neminem eorum hæc aſſeverare audias: (appetunt.
Sed procellunt ſe, & procumbunt dimidiati, dum
PA. Bonus bene ut malos deſcripſit mores! PE. haud centeſimam
Partem dixi, atque, otium rei ſi ſit, poſſim expromere. (cet. 170
PA. Igitur id quod agitur hic, primum prævorti de-
Nunc huc animum advortite ambo: mihi opus eſt opera tua, (tiam,
Periplectomene: nam ego inveni lepidam ſycophan-
Quî admutiletur miles uſque cæſariatus, atque utî
Huic amanti ac Philocomaſio hanc efficiamus copiam, (nem volo. 175
Ut hic eam abducat, abeatque. PE. dari iſtanc ratio-
PA. At ego mihi annulum dari iſtum tuum volo.
PE. quam ad rem uſui eſt?
PA. Quando habebo, igitur rationem mearum fabricarum dabo.
PE. Utere, accipe. PA. accipe à me rurſum rationem doli,

Digitized by Google

Quam inſtitui. PL. perpurgatis ambo damus tibi
operam auribus.
PA. Herus meus ita magnus mœchus mulierum eſt,
ut neminem
Fuiſſe adæque, neque futurum credam. PL. credo
ego iſtunc idem. (ſuam.
PA. Itaque Alexandri præſtare prædicat formam
Itaque omnis ſe ultro ſectari in Epheſo memorat
mulieres. (tirier:
PE. Edepol quin te de iſto multi cupiunt non men-
Sed ego ita eſſe, ut dicis, teneo pulcre. proin',
Palæſtrio, (pendium.
Quam potes, tam verba confer maxume ad com-
PA. Ecquam tu potes reperire forma lepida mu-
lierem,
Cui facetiarum corpuſque ſit plenum & doli?
PE. Ingenuamne, an libertinam? PA. æque iſtuc
facio, dummodo (pore,
Eam des, quæ ſit quæſtuoſa, quæ alat corpus cor-
Cuique ſapiat pectus: nam cor non poteſt, quod
nulla habet.
PE. Lautam vis, an quæ nondum ſit lauta? PA. ſic-
cam, ſuccidam, (maxume.
Quam lepidiſſimam potes, quamque adoleſcentam
PE. Habeo eccillam meam clientem, meretricem
adoleſcentulam. (domum,
Sed quid ea uſus eſt? PA. ut ad te eam jam deducas
Utique eam huc ornatam adducas, matronarum
modo: (ſeque ſe
Capite compto: crines vittaſque habeat, aſſimu-
Tuam eſſe uxorem. Ita præcipiendum eſt. PL. er-
ro quam inſiſtas viam.
PA. At ſcietis. ſed ecqua ancilla eſt illi? PE. eſt
primaria.
PA. Ea quoque opus eſt: ita præcipito mulieri at-
que ancillulæ, (militem:
Ut ſimulet ſe tuam eſſe uxorem, & deperire hunc
Quaſique hunc annulum animo ſuæ ancillæ dederit;
ea porro mihi,
Militi ut darem; quaſique ego rei ſim interpres.
PE. audio. (mei.
Ne me ſurdum verbera. PA. tu ſi audis, ego recte
Dabo: à tua mihi uxore dicam delatum & datum,

Ut

Digitized by Google

Ut sese ad eum conciliarem. ille ejusmodi est; cupiet miser.
Qui, nisi adulterio, studiosus rei nullæ aliæ est, improbus.
PE. Non potuit reperire, si ipsi Soli quærendas dares,
Lepidiores duas ad hancce rem, quam ego dabo. habe animum bonum.
PA. Ergo accurato & properato opus est: nunc tu ausculta, Pleusides.
PL. Tibi sum obediens hoc facto. PA. miles domum ubi advenerit,
Memineris ne Philocomasium nomines. PL. quam nominem?
PA. Glyceram. PL. nempe eandem, quæ dudum constituta est. PA. pax? abi
PL. Meminero. sed quid meminisse id refert: ego te tamen.
PA. Ego enim dicam tum, quando usus poscet, interea tace.
Ut nunc etiam hic agit, actutum partes defendas.
PL. Ego eo intro igitur. PA. & præcepta sobrie ut cures, face.

ACTUS III. SCENA II.

PALÆSTRIO, LUCRIO *puer.*

QUantas res turbo! quantas moveo machinas!
Eripiam ego hodie concubinam militi,
Si centuriari bene sunt manipulares mei.
Sed illum vocabo. heus Sceledre, nisi negotium,
Progredere ante ædis! te vocat Palæstrio.
L. Non operæ est Sceledro. P. Quid jam? L. sorbet dormiens.
P. Quid sorbet? L. illud stertit volui dicere.
Sed quia consimile est, quod stertas quasi sorbeas.
P. Eho, an dormit Sceledrus intus? L. non naso quidem.
Nam eo magnum clamat. tetigit calicem clanculum!
Demisit Nardini unam amphoram cellarius.
P. Eho tu sceleste, quî illum suppromus es, eho
L. Quid vis? P. quî lubitum est illi condormiscere?
L. Oculis opinor. P. non te istuc rogito, scelus.
Procede huc. periisti jam nisi verum scio.
Promisisti tu illi vinum? L. non promsi. P. negas?
L. Ne-

Digitized by Google

L. Nego hercle vero: nam ille me vetuit dicere.
Neque equidem heminas octo expromsi in urceum;
Neque ille hic calidum exbibit in prandium.
P. Neque tu bibisti? L. dii me perdant, si bibi;
Si bibere potui. P. qui jam? L. quia enim obsorbui,
Nam nimis calebat, amburebat gutturem.
P. Alii ebrii sunt, alii poscam potitant.
Bono suppromo & promo cellam creditam!
L. Tu hercle idem faceres, si tibi esset credita:
Quoniam æmulari non licet, nunc invides.
P. Eho, an nunquam promsit antehac? responde, scelus;
Atque ut tu scire possis, edico tibi,
Si falsa dixis, loris excruciabere.
L. Ita vero ut tu ipse me dixisse delices,
Postea sagina ego ejiciar cellaria,
Ut tibi qui promat, alium suppromum pares.
P. Non edepol faciam, age loquere audacter mihi.
L. Nunquam edepol vidi promere. verum hoc erat:
Mihi imperabat, ego promebam postea.
P. Hui! illecebrose! capite sistebas cadum?
L. Non hercle tam istoc valide casabant cadi:
Sed in cella est paulum nimis loculi lubrici;
Ibi erat bilibris aqualis, hic propter cados.
Ea sæpe decies complebatur plena die.
Eam plenam atque inanem fieri maxumam
Vidi. bacchabatur hama, casabant cadi.
P. Abi, abi intro jam, vos in cella vinaria
Bacchanal facitis. jam hercle ego herum adducam à foro.
L. Perii! excruciabit me herus, domum si venerit,
Quum hæc facta scibit, quia sibi non dixerim.
Fugiam hercle aliquo, atque hoc in diem extollam malum.
Ne dixeritis, obsecro, huic; vostram fidem.
P. Quo tu agis? L. missus sum alio; jam huc revenero.
P. Quis misit? L. Philocomasium. P. abi, actutum redi.
L. Quæso tamen tu meam partem infortunii,
Si dividetur, me absente occipito tamen.
P. Modo intellexi quam rem mulier gesserit:
Quia Sceledrus dormit, hunc subcustodem suum

Foris

Fŏris oblegavit, dum eapſe huc tranſiret: placet.
Sed Periplectomenes, quam ei mandavi, mulierem
Nimis lepida forma ducit: dii hercle hanc rem adjuvant. 58
Quàm digne ornata incedit, haud meretricie!
Lepide hoc ſuccedit ſub manus negotium.

ACTUS III. SCENA III.

PERIPLECT. MILPHIDIPPA, ACROTELEUTIUM, PALÆSTRIO.

REm omnem Acroteleutium tibi, tibique meæ Milphidippæ, (que
Domi demonſtravi ordine: hanc fabricam fallaciæ-
Minus ſi tenetis, denuo volo percipiatis plane.
Satis ſi intellegitis, aliud eſt quod potius fabulemur.
A. STULTITIA atque inſipientia inſulſa atque maxuma hæc ſit, 5
Me ire in opus alienum, aut tibi meam operam pollicitari,
Si ea in opificina neſciam aut mala eſſe aut fraudulenta... (moneri,
PE. At melius eſt monerier. A. meretricem com-
Quam ſane magni referat, mihi clam eſt: quin ego
me fruſtro. (nis. 10
Poſtquam adbibere aures meæ tuam moram oratio-
Tibi dixi, miles quemadmodum potis eſſet deaſciari.
PE. At nemo ſolus ſatis ſapit: nam ego multos
ſæpe vidi, (bere.
Regionem fugere conſilii prius, quam repertam ha-
A. Si quid faciundum eſt mulieri male atque malitioſe, (piterna. 15
Ea ſibi immortalis memoria eſt meminiſſe & ſem-
Sin bene quid aut fideliter faciundum eſt, eo deveniunt,
Oblivioſæ extemplo uti fiant, meminiſſe nequeunt.
PE. Ergo iſtuc metuo, quo venit vobis faciundum utrumque: (ambæ.
Nam id prodeſſet mihi, militi male quod facietis
A. Dum ne inſcientes quid bonum faciamus, ne formida. (niunt. 2
Mala nulla meretrix eſt, ne pave, pejora ubi conve-
PE. Ita vos decet. conſequimini. PA. ceſſo ego illis obviam ire?

veni-

Digitized by Google

Venire ſalvom gaudeo. lepido hercle ornatu incedit.
PE. Bene oportuneque obviam is. Palæſtrio: hem tibi aſſunt
Quas me juſſiſti adducere, & quo ornatu. PA. heus noſter eſto. (boeſt,
Palæſtrio Acroteleutium ſalutat. A. quis hic ama-
Qui tam pro nota me nominat? PE. hic noſter architectus eſt.
A. Salve Architecte. . ſalva ſis. ſed dic mihi ecquid hic te (quæduco.
Oneravit præceptis? PE. probe meditatam utram-
PA. Audire cupio quemadmodum. ne quid peccetis paveo. (poſivi.
PE. Ad tua præcepta de meo nihil his novum ap-
A. Nempe ludificari militem tuum herum vis? PA. elocuta es. (rata eſt.
A. Lepide & ſapienter, commode & facete res pa-
PA. Atque hujus uxorem eſſe te volo aſſimulare, H. fiet.
P. Quaſi militi animum adjeceris, ſimulare. A. ſic futurum eſt.
P. Quaſique res per me interpretem, & tuam ancillam geratur. (dicis.
A. Bonus vates poteras eſſe, nam quæ ſunt futura
PA. Quaſique annulum hunc ancillula tua abs te detulerit ad me,
Quem ego militi darem tuis verbis. A. vera dicis.
PE. Quid iſtis nunc memoratis opus eſt, quæ commeminere? A. meliu'ſt.
Nam, mi patrone, hoc cogitato, ubi probus eſt architectus,
Bene lineatam ſi ſemel carinam collocavit,
Facile eſſe navem facere, ubi fundata & conſtituta eſt. (eſt.
Nunc hæc carina ſatis probe fundata & bene ſtatuta
Aſſunt fabri, architectique, à me, à te haud imperiti. (det,
Si non nos materiarius remoratur, quod opu'ſt qui
Novi indolem noſtri ingenii, cito erit parata navis.
PA. Nempe tu noviſti militem meum herum? A. rogare mirum eſt.
Populi odium quidni noverim? magnidicum, cincinnatum,

Mœ-

Digitized by Google

Mœchum unguentatum. PA. num ille etiam te novit? A. nunquam vidit:
Quî noverit me, quis ego sim? PA. nimis lepide fabulare, (nem
Eo potuerit lepidius pol fieri. A. potine ut homi-
Mihi des? quiescas cætera. ni lepide ludificata
Ero, culpam omnem in me imponito. PA. agite, igitur intro abite,
Insistite hoc negotium sapienter. A. alia cura.
PA. Age Periplectomene, has nunc jam duc intro: ego ad forum illum
Conveniam, atque illi hunc annulum dabo, atque prædicabo
A tua uxore mihi datum esse, eamque illum deperire,
Hanc ad nos, cum extemplo à foro veniemus, mittito tu, (cura.
Quasi clanculum ad me missa sit. PE. faciemus. alia
PA. Vos modo curate; ego illum probe jam oneratum huc accibo.
PE. Bene ambula, bene rem gere. at egone hoc si efficiam plane,
Ut concubinam militis meus hospes habeat hodie,
Atque hinc Athenas abeat, si hodie hunc dolum dolamus,
Quid tibi ego mittam muneris? A. datne ab se mulier operam? (turum.
PA. Lepidissume, & comissume. A. confido confu-
Ubi facta erit collatio nostrarum militiarum,
Haud vereor, ne nos subdola perfidia pervincamur.
PE. Abeamus ergo intro, hæc uti meditemur cogitate;
Ne quid, ubi miles venerit, titubetur. A. tu morare.
Ut accurate & commode, hoc quod agendum est, exequamur:

ACTUS IV. SCENA I.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

VOlup' est quod agas, si id procedit lepide ex sententia. (meum,
Nam ego hodie ad Seleucum regem misi parasitum
Ut latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret,
Qui ejus regnum tutarentur, mihi dum fieret otium.

PA.

PA. Quin tu tuam rem cura potius, quam Selen-
ci: quæ tibi (tem! 6
Conditio nova & luculenta fertur per me interpre-
Py. Immo omnis res posteriores pono atque ope-
ram do tibi. (tuam.
Loquere, aures meas profecto dedo in ditionem
PA. Circumspicito dum ne quis nostro hic auceps
sermoni siet:
Nam hoc negotii clandestino ut agerem, manda-
tum'st mihi. 10
Py. Nemo adest. PA. hunc arrhabonem amoris pri-
mum à me accipe.
Py. Quid hic? unde est? PA. à luculenta atque à-
festiva fœmina, (dinem.
Quæ te amat, tuamque expetissit pulcram pulcritu-
Ejus nunc mihi annulum ad te ancilla porro ut de-
ferrem, dedit. (ra est? 15
Py. Quid? ean' ingenua an festuca facta è serva libe-
PA. Vah, egone ut ad te ab libertina esse auderem
internuncius, (unt tui?
Qui ingenuis satis respondere nequeas quæ cupi-
Py. Nupta ea est an vidua? PA. & nupta & vidua,
Py. quo pacto potis
Vidua & nupta esse eadem? PA. quia adolescens
nupta est cum sene.
Py. Euge. PA. lepida & liberali forma est. Py. ca-
ve mendacium. 20
Py. Ad tuam formam illa una digna est. P. hercle
pulcram prædicas.
Sed quis ea est? PA. senis hujus uxor Periplecto-
meni Py. in proximo?
PA. Ea demoritur te, atque ab illo incipit abire;
odit senem.
Nunc te orare atque obsecrare jussit, ut tui copiam
Sibi potestatemque facias. Py. cupio hercle equi-
dem si illa volt. 25
PA. Quæ cupit! Py. quid illa faciemus concubina.
quæ domi est? (soror
PA. Quin tu illam jube abs te abire, quo lubet: sicut
Ejus huc gemina venit Ephesum, & mater, arces-
suntque eam.
Py. Ain tu? advenit Ephesum mater ejus? PA. ajunt
qui sciunt.

Py. Hem-

Digitized by Google

Py. Hercle occaſionem lepidam, ut mulierem excludam foras.
PA. Immo vin' tu lepide facere? Py. loquere, & conſilium cedo.
PA. Vin' tu illam actutum amovere à te, ut abeat, per gratiam?
Py. Cupio. PA. tum te hoc facere oportet: tibi divitiarum affatim eſt: (mulieri,
Jube ſis aurum atque ornamenta, quæ illi inſtruxti
Dono habere: auferreque abs te quo lubeat ſibi.
Py. Placet ut dicis: ſed ne iſtam amittam, & hæc mutet fidem,
Vide modo. PA. vah delicatus, quæ te tanquam oculos amet!
Py. Venus me amat. PA. ſt! tace, aperiuntur fores, concede huc clanculum.
Hæc celox illius eſt, quæ hic egreditur, internuncia.
Py. Quæ hæc celox? PA. ancillula illius eſt, quæ hic egreditur,
Quæ annulum iſtunc attulit, quem tibi dedi. Py. edepol hæc quidem
Bellula eſt. PA. pithecium hæc eſt præ illa & ſpinturnicium.
Viden' tu illam ocalis venaturam facere, atque aucupium auribus?

ACTUS IV. SCENA II.

MILPH. PYRGOP. PALÆSTRIO.

JAm eſt ante ædis circus, ubi ſunt ludi faciendi mihi.
Diſſimulabo, hoc quaſi non videam, neque eſſe hic etiamdum ſciam. (tio
Py. Tace, ſubauſcultemus, ecquid de me fiat mentionis.
M Num quiſnam hic prope adeſt, qui rem alienam potius curet quam ſuam? (ſ
Qui aucupet me quid agam? qui de veſperi vivat ſuo?
Eos nunc homines metuo, mihi ne obſint, neve obſtent uſpiam,
Domo ſi ibit ac dum huc tranſibit, quæ hujus cupiens corporis eſt,
Quæ amat hunc hominem nimium lepidum, & nimia pulchritudine (deperit?
Militem Pyrgopolinicem. Py. ſatin' hæc quoque me

Meam laudat ſpeciem? edepol hujus ſermones haud
cinerem quæritant.
PA. Quo argumento? PY. quia enim loquitur lau-
te, & minime ſordide: (tida fœmina,
Tum autem illa ipſa eſt nimium lepida, nimiſque ni-
Hercle vero jam allubeſcit primulum, Palæſtrio.
PA. Priuſne, quam illam oculis? PY. tuis video,
id quod credo tibi.
Cum hæc locuta illa autem abſentem ſubigit me,
ut amem? PA. hercle hanc quidem
Nihil tu amaſſis. mihi hæc deſponſata'ſt. tibi ſi illa
hodie nupſerit,
Ego hanc continuo uxorem ducam. PY. quid ergo
hanc dubitas colloqui?
PA. Sequere hac me ergo. PY. pediſſequus tibi ſum.
M. utinam, cujus cauſſa (niat!
Foras ſum egreſſa, conveniendi mihi poteſtas eve-
PA. Erit, & tibi exoptatum obtinget, bonum ha-
be animum, ne formida:
Homo quidam eſt, qui ſcit, quod quæris, ubi ſit.
M. quem ego hic audio?
PA. Socium tuorum conſiliorum, & participem
conſiliarium.
M. Tum pol ego, id quod celo, haud celo. PA. im-
mo etiamſi non celas.
M. Quo argumento? PA. infidos celas, ego ſum
tibi firma fide.
M. Cedo ſignum, ſi harunc baccharum es. PA. amat
mulier quædam quendam.
M. Pol iſtuc quidem multæ. PA. at non multæ de
digito donum mittunt,
M. Enim cognovi nunc: feciſti modo mihi ex pro-
clivo palam rem.
Sed hic numquis adeſt? PA. vel adeſt, vel non.
M. cedo te mihi ſolæ ſolum.
PA. Brevin' an longinquo ſermone? M. tribus
verbis. PA. jam ad te redeo.
PY. Quid? ego hic aſtabo tantiſper cum hac for-
ma & factis ſic fruſtra?
PA. Patere, atque aſta. tibi ego hanc do operam.
PY. properando excrucior.
PA. Pedetentim, tu hæc ſcis, tractari ita ſolere
haſce hujuſmodi merces.

PY. Age,

Digitized by Google

Py. Age, age, ut tibi maxume concinnum eſt.
PA. nullam eſt hoc ſtolidius ſaxum.
Redeo ad te. quid me voluiſti? M. quo pacto hoc dudum accepi,
Iſtuc fero ad te conſilium. PA. quaſi hunc depereat.
M. teneo iſtuc.
PA. Collaudato formam & faciem, & virtutes commemorato.
M. Ad eam rem habeo omnem aciem, tibi ut dudum demonſtravi.
PA. Tu cetera cura & contempla, & de meis venator verbis.
Py. Aliquam mihi partem hodie operæ des denique; jam tandem ades illico.
PA. Aſſum, impera, ſi quid vis. Py. quid illæc narrat tibi? PA. lamentari
Ait illam miſeram, cruciari, & lacrumantem ſe affligere, (miſſa'ſt.
Quia tis egeat, quia te careat. ob eam rem hunc ad te
Py. Jube adire. PA. at ſcin', quid tu facias? face te faſtidii plenum, (volgem.
Quaſi non lubeat: me inclamato, quia ſic te volgo
Py. Memini, & præceptis parebo. PA. voco ergo hanc, quæ te quærit?
Py. Adeat, ſi quid volt. PA. ſi quid vis, adi mulier. M. pulcer ſalve.
Py. Meum cognomentum quis commemoravit? Dii tibi dent quæ optes.
M. Tecum ætatem exigere ut liceat. Py. nimium optas. M. non me dico,
ſed heram meam, quæ te demoritur. Py. multæ aliæ idem iſtuc cupiunt,
Quibus non eſt copia. M. ecaſtor haud mirum, ſi te habeas carum
Hominem tam pulcrum, & præclara virtute, & forma & factis.
Ecquis dignior fuit, homo qui eſſet? PA. non hercle humanum eſt ergo:
Nam vulturio plus humani credo eſt. Py. magnum me faciam.
Nunc, quoniam illæc me collaudat. PA. viden' ignavum, ut ſeſe inferat? (dum.
Quin tu huic reſponde? hæc illæc eſt, ab illa quam du-

Digitized by Google

Py. Quanam ab illarum? nam ita me occurſant multæ: meminiſſe haud poſſum.
M, Ab illa quæ digitos deſpoliat ſuos, & tuos digitos decorat. (qui porro.
Nam hunc annulum ab tui cupiente huc detuli huic.
Py. Quid nunc tibi vis, mulier? memora. M. ut quæ te cupit, eam ne ſpernas.
Quæ per tuam nunc vitam vivit, ſit nec ne ſit ſpes in te uno eſt.
Py. Quid nunc vult? M. te compellare, & complecti, & contrectare.
Nam niſi tu illi fers ſuppetias, jam illa animum deſpondebit.
Age, mi Achilles, fiat quod te oro, ſerva illam pulcram pulcre.
Exprome benignum ex tete ingenium, urbicape, occiſor regum.
Py. Heu hercle odioſas res! quoties hoc tibi, verbero, ego interdixi,
Meam ne ſic vulgo polliciteris operam? PA. audin? tu mulier?
Dixi hoc tibi dudum & nunc dico, niſi huic verri affertur merces, (turus eſt.
Non hic ſuo ſeminio quamquam porculam impertiM. Dabitur quantum ipſus precii poſcet. A. talentum Philippum huic opus auri eſt:
Minus à nemine accipiet. M. heu ecaſtor nimis vile eſt tandem. (divitiarum.
Py. Non mihi avaritia unquam innata eſt. ſatis eſt
Plus mihi auri mille eſt modiorum Philippei. PA. præter theſaurum.
Tum argenti montes, non maſſas habet. Ætna mons non æque altus.
M. Heu ecaſtor hominem perjurum! PA. ut ludo! M. quid ego? ut ſublecto os? PA. ſcite.
M. Sed amabo mitte me actutum. PA. quin tu huic reſpondes aliquid, 75
Aut facturum, aut non facturum? quid illam miſeram animi crucias,
Quæ nunquam male tibi dixerit? Py. at jube eam ipſam exire huc ad nos.
Dic me omnia quæ volt facturum. M. facis nunc ut facere æquom;

Quod

Digitized by Google

Quod quæ te volt, eadem tu vis. PA. non hic insulsum habet ingenium.
M. Quumque me oratricem haud spreviſti, siviſtique exorare ex te.
Quid est? ut ludo! PA. nequeo hercle quidem risu me admoderarier.
Ob eam causſam huc abs te avorti. Py. non edepol tu scis, mulier,
Quantum ego honorem nunc illi habeo, M. scio, & istuc illi dicam.
PA. Contra auro alii hanc vendere potuit operam. M. istuc pol tibi credo.
PA. Meri bellatores gignuntur, quas hic prægnantes fecit, (gator.
Et pueri annos octingentos vivunt. M. væ tibi mu-
Py. Quin mille annorum perpetuo vivunt, ab seculo ad seclum. (mentiri.
PA. Eo minus dixi, ne hæc censeret me advorsum se
M. Perii. quot hic ipse annos vivet, quoi filii tam diu vivunt?
Py. Postridno natus sum ego, mulier, quam Jupiter ex Ope natus est.
PA. Si hic pridie natus foret, quam ille est, hic haberet regnum in cœlo.
M. Jam jam sat amabo est; sinite abeam, si possum, viva à vobis.
PA. Quin ergo abis? quando responsum est. M. ibo: illam huc adducam.
Quam propter opera est mihi. nunquid vis? Py. ne magis sim pulcer, quam sum:
Ita me mea forma solicitum habet. PA. quid hic nunc stas? quin abis? M. abeo.
PA. Atque adeo, audin' tu? dicito docte & corda-te. M. ut cor ei saliat.
PA. Philocomasio dic, si est hic, domum ut transeat, hunc hic esse.
M. Hic cum mea hera est, clam nostrum hunc sermonem sublegerunt.
PA. Lepide factum est: jam ex sermone hoc gubernabunt doctius porro
Rem. M. me morare. PA. abeo, neque te moror, neque te tango, neque te. taceo.
Py. Jube maturate illam exire huc, jam isti rei prævortemur.

ACTUS IV. SCENA III.

PYRGOPOLINICES, PALÆSTRIO.

QUid mihi nunc es autor, ut faciam, Palæstrio,
De concubina? nam nullo pacto potest
Prius hæc in ædis recipi, quam illam omiserim.
PA. Quid me consultas, quid agas? dixi equidem tibi,
Quo pacto id fieri possit clementissume.
Aurum atque vestem omnem muliebrem habeat sibi
Quæ illi instruxisti: sumat, habeat, auferat,
Dicasque tempus maxumum esse, ut eat domum:
Sororem geminam adesse & matrem dicito.
Quibuscum comitata recte deveniat domum.
Py. Qui tu scis eas adesse? PA. quia oculis meis
Vidi hic sororem esse ejus. PY. convenitne eam?
PA. Convenit. Py. ecquid fortis visa est? PA. omnia
Vis obtinere. PY. ubi matrem esse ajebat soror?
PA. Cubare in navi lippam, atque oculis turgidis
Nauclerus dixit, qui illas advexit, mihi.
Is ad hos nauclerus hospitio divortitur.
Py Quid is? ecquid fortis? PA. abi sis hinc, nam tu quidem
Ad equas fuisti scitus admissarius,
Qui consectare qua mares qua fœminas.
Py. Hoc age nunc. PA. istus. PY. quod das consilium mihi?
Te cum illa verba facere de ista re volo.
Nam cum illa sane congruus sermo tibi.
PA. Quin potius quum tute ades tuam rem tute agas.
Dicas uxorem tibi necessum esse ducere,
Cognatos persuadere, amicos cogere.
Py. Itane tu censes? PA. quid ego ni ita censeam?
Py. Ibo igitur intro, tu hic ante ædis interim
Speculare, ut ubi illæc prodeat me provoces.
PA. Tu modo istuc cura, quod agis. Py. curatum id quidem est.
Quin si voluntate nolet, vi extrudam foris.
PA. Istuc cave faxis: quin potius per gratiam
Bonam abeat abs te, atque illæc, quæ dixi, dato.
Aurum, ornamentaque, quæ illi instruxisti, ferat.
Py. Cupio hercle. PA. credo te facile impetrassere.

Sed

Sed abi intro, noli ſtare. Py. tibi ſum obediens.
PA. Nunquid videtur demutare, atque, uti ego
Dixi, eſſe vobis dudum hunc mœchum militem?
Nunc ad me ut veniat, uſu'ſt, Acroteleutium,
Ancillula ejus, & Pleuſides. Proh Juppiter!
Satin' ut commoditas uſquequaque me adjuvat?
Nam quos videre exoptabam me maxume,
Una exeuntis video hinc è proxumo.

ACTUS IV. SCENA IV.

ACROTELEUTIUM, MILPHIDIPPA, PLEUSIDES, PALÆSTRIO.

SEquimini, ſimul circumſpicite, ne quis adſit arbiter.
M. Neminem pol video, niſi hunc, quem volumus conventum. PA. & ego vos.
M. Quid agis, noſter architecte? PA. egone architectus? vah. M. quid eſt?
PA. Qui enim non ſum dignus præ te, ut figam palum in parietem.
A. Eja vero! PA. nimis facete, nimiſque facunde mala eſt:
Ut lepide deruncinavit militem? A. at etiam parum.
PA. Bono animo es, negotium omne jam ſuccedit ſub manus.
Vos modo porro, ut occœpiſtis, date operam adjutabilem:
Nam ipſe miles concubinam intro abiit oratum (ſuam,
Ab ſe ut abeat cum ſorore & matre Athenas. A. eu, probè!
PA. Quin etiam aurum atque ornamenta, quæ ipſe inſtruxit mulieri, dedi.
Omnia dat dono, a ſe ut abeat: ita ego conſilium ei
PL. Facile iſtuc quidem eſt, ſi & illa volt, & ille autem cupit.
PA. Non tu ſcis cum ex alto puteo ſurſum ad ſummum aſcenderis, (cadas?
Maximum periculum inde eſſe, à ſummo ne rurſum
Nunc hæc res apud ſummum puteum geritur: ſi præſenſerit
Miles, nihil hinc ferri poterit hujus. nunc quam maxume (ſatis.
Opus eſt dolis. PL. domi eſſe ad eam rem video ſilvæ

Mulieres tres, quartus tute es, quintus ego, sextus senex. (scio 20
PA. Quot apud nos fallaciarum est exci sum! certo
Oppidum quodvis videtur posse expugnari dolis.
Date modo operam, A. id nos ad te, si quid velles, venimus.
PA. Lepide facitis, nunc hanc tibi ego impero provinciam. (voles.
A. Imperabis, imperator, quod ego potero, quod
PA. Militem lepide & facete & laute ludificarier 25
Volo. A. voluptatem mecastor mihi imperas. PA. & scin' tu quemadmodum?
A. Nempe ut assimulem me amore istius differri.
PA. rem tenes.
A. Quasique istius caussa amoris ex hoc matrimonio
Abierim, cupiens istius summe nuptiarum. PA. ordine is,
Nisi modo unum hoc, hasce esse ædis dicas dotalis tuas. (tium. 51
Hinc senem abs te abiisse, postquam feceris divor-
Ne ille mox vereatur introire in alienam domum.
A. Bene mones. PA. sed ubi ille exierit intus, istic te procul (tuum,
Ita volo assimulare, præ illius forma quasi spernas
Quasique ejus opulentitatem reverearis; & simul 35
Formam, amœnitatem, illius faciem, pulchritudinem
Collaudato. satin' præceptum'st? A. teneo. satin' est, si tibi (queas?
Meum opus ita dabo expolitum, ut improbare non
PA. Sat habeo, nunc tibi, vicissim quæ imperabo.
PL. dicito.
PA. Quam extemplo hoc erit factum, ubi intro hæc abierit, tu illico. 40
Facito ut venias ornatus huc ornatu nauclerico,
Causiam habeas ferrugineam, culcitam ob oculos laneam,
Palliolum habeas ferrugineum, (nam is colos thalassicu'st) (chio.
Id connexum in humero lævo, expapillato bra-
Præcinctus. atque assimulato quasi gubernator sies.
Atque apud hunc senem omnia hæc sunt, nam is piscatores habet. 64
PL. Quid? ubi ero exornatus, quin tu dicis, quid facturus sim? PA. Huc

Digitized by Google

PA. Hùc venito, & matris verbis Philocomaſium arceſſito, (cito?
Ut, ſi itura jam eſt Athenas, eat tecum ad portum
Atque ut jubeat ferri in navim, ſi quid imponi velit.
Niſi eat, te ſoluturum eſſe navim. ventum operam dare.
PL. Satis placet pictura, perge. PA. ille extemplo illam hortabitur.
Ut eat, ut properet, ne moræ ſit matri. PL multimodis ſapis.
PA. Ego illi dicam, ut me adjutorem, qui onus feram ad portum, roget.
Ille jubebit me ire cum illa ad portum: ego adeo ut tu ſcias,
Prorſus Athenas protinus abibo tecum. PL. atque ubi illo veneris, (ſinam.
Triduum unum ſervire nunquam te, quin liber ſis,
PA. Abi cito, atque ornare. PL. nunquid aliud? PA. hæc ut memineris.
PL. Abeo. PA. & vos abite hinc intro actutum? nam illum hinc ſat ſcio
Jam exiturum eſſe intus. A. celebre apud nos imperium tuum eſt.
PA. Agite, abſcedite ergo. ecce autem commodo aperitur foris. (miſer.
Hilarus exit. impetravit. inhiat quod nuſquam eſt

ACTUS IV. SCENA V.

PYRGOP. PALÆSTRIO.

QUod volui, ut volo, impetravi per amicitiam & gratiam.
A Philocomaſio. PA. quidnam te intus fuiſſe tam dicam diu?
Py. Nunquam ego me tam ſenſi amari, quam nunc ab illa muliere.
PA. Quid jam? Py. ut multa verba fecit! ut lenta materies fuit!
Verum poſtremo impetravi ut volui, donavique ei
Quæ voluit, quæ poſtulavit, te quoque ei dono dedi.
PA. Etiam me? quomodo ego vivam ſine te?
Py. age, es bono animo,
Idem ego te liberabo: nam ſi poſſet ullo modo
Impetrari ut abiret, ne te abduceret, operam dedi:

Digitized by Google

Verum oppreſſit. PA. deos ſperabo, teque poſtremo, tamen
Etſi iſtuc mihi acerbum'ſt, quia hero te carendum eſt optumo, (nit tibi
Saltem id volupe eſt, cum ex virtute formæ evenit
Mea opera ſuper hanc vicinam, quam ego nunc concilio tibi.
PY. Quid opu'ſt verbis? libertatem tibi ego & divitias dabo,
Si impetras. PA. reddam impetratum. PY. at geſtio. PA. at modice; decet.
Moderare animo, ne ſis cupidus. ſed eccam ipſam egreditur foras.

ACTUS IV. SCENA VI.

MILPHIDIP. ACROTEL. PYRGOP. PALÆSTRIO.

HEra eccum præſto militem. A. ubi is eſt? M. ad lævam videto.
M. Aſpicito limis oculis, ne ille nos ſe videre ſentiat. (fieri.
A. Video. edepol nunc nos tempus eſt malas pejores
M. Tuum eſt principium. A. obſecro, rure ipſum conveniſti? (cura.
Ne parce voci, ut audiat. M. cum ipſo pol ſum ſe
Placide ipſa, dum libitum eſt mihi, otioſe meo arbitratu, ut volui.
PY. Audin' quæ loquitur? PA. audio. quam læta eſt, quia adit ad te!
M. O fortunata mulier! PY. ut amari videor! PA. dignus es. (oraſſe.
A. Permirum ecaſtor prædicas, te adiſſe atque ex-
Per epiſtolam, aut per nuncium, quaſi regem, adiri eum ajunt.
M. Namque edepol vix fuit copia adeundi atque impetrandi.
PA. Ut tu inclytus apud mulieres! PY. patiar, quando ita Venus volt.
A. Veneri pol habeo gratiam, eandemque & oro & quæſo, (teſſo.
Ut eius mihi ſit copia quem amo, quemque expe-
Benignuſque erga me ut ſiet, quod cupiam ne gravetur.

M. Spe-

Digitized by Google

M. Spero futurum, quanquam illum multæ sibi expeteſſunt;
Me illas ſpernit ſegregatque ab ſe omnes, extra te unam. (ſus eſt,
A. Ergo iſte metus me macerat, quod ille faſtidio-
Ne oculi ejus ſententiam mutent, ubi viderit me,
Atque ejus elegantia meam extemplo ſpeciem ſpernat.
M. Non faciet, bonum animum habe. Py. ut ipſa ſe contemnit!
Metuo, ne prædicatio tua nunc meam formam exſuperet.
M. Iſtuc curavi, ut opinione illius pulcrior ſis.
A. Si pol me ducere nolet uxorem, genua amplectar, (trare,
Atque obſecrabo alio modo: ſi non quibo impe-
Conſciſcam lethum; vivere ſine illo ſcio me non poſſe.
Py. Prohibendam mortem video mulieri. mulierem adibon'? PA. minime.
Nam tu te vilem feceris, ſi te ultro largiere.
Sine ultro veniat, deſideret, expectet, quæritet.
Summovere iſtam vis gloriam quam habes? cave ſis faxis.
Nam nulli mortali ſcio obtigiſſe hoc, niſi duobus,
Tibi & Phaoni Lesbio, tam miſere ut amarentur,
A. Eo intro. abi tu, illum evocato foras, mea Milphidippa.
M. Immo opperiamur, dum exeat aliquis. A. durare nequeo.
Quin eam intro. M. occluſæ ſunt fores. A. effringam. M. ſana non es
A. Si amavit unquam, aut ſi parem ſapientiam hic habet, ac formam,
Per amorem ſi quid fecero, clementi animo ignoſcet.
PA. Ut, quæſo, amore perdita eſt hæc miſera! Py. mutuum ſit.
PA. Tace, ne audiat. M. quid aſtitiſti obſtupida? cur non pultas?
A. Quia non eſt intus, quem ego volo. PA. qui ſcis? A. ſcio edepol, ſcio
Nam odore naſum ſentiat, ſi intus ſiet. Py. ariolatur.

Quia

Quia me amat, propterea Venus fecit eam ut divinaret.
A. Neſcio, ut hic prope adeſt, quem expeto videre: olet profecto.
Py. Naſo pol jam hæc quidem videt plus, quam oculis. PA. cœca amore eſt.
A. Tene me obſecro. M. cur? A. ne cadam. M. quid ita? A. quia hic aſtare
Nequeo, ita animus per oculos meos defit. M. mirabilem pol
Tu aſpexiſti? A. ita. M. non video. ubi eſt? A. videres pol, ſi amares.
M. Non edepol tu illum magis amas, quam egomet, ſi per te liceat:
PA. Omnes profecto mulieres te amant, ut quæque aſpexit.
Py. Neſcio tun' ex me hoc audieris an non? nepos ſum Veneris.
A. Mea Milphidippa, adi, obſecro, & congredere. Py. ut me veretur!
PA. Illa ad nos pergit. M. vos volo. Py. & nos te. M. ut juſſiſti, (adiret.
Heram meam eduxi foras. Py. video. M. jube ergo
Py. Induxi animum ne oderim, item ut alias, quando hoc oraſti.
M. Verbum hercle facere non potis, ſi acceſſerit prope ad te, (runt.
Dum te obtuetur, interim linguam oculi præſcide-
Py. Levandum morbum mulieri video. M. viden ut tremit atque ex.
Timuit poſtquam te aſpexit? Py. viri quoque armati idem iſtuc faciunt:
Ne tu mirere plus mulierem. ſed quid volt med agere?
M. Ad ſe eas; tecum vivere volt, atque ætatem exigere.
Py. Egon' ad illam eam, quæ nupta ſit? viri ejus eſt metuendus.
M. Quin tua cauſſa exegit virum à ſe. Py. quid? qui id facere potuit?
M. Quia ædes dotales hujus ſunt. Py. itane? M. ita pol. Py. jube eam domum ire
Jam ego illic ero. M. vide ne ſis in expectatione.

Ne illam animi excrucies. Py. non ero profecto. ibite. M. abimus.
Py. Sed quid ego video? PA. quid vides? Py. nescio quis eccum incedit
Ornatu quidem thalassico. PA. jam nos volt hic profecto:
Nauclerus est hic quidem. Py. Videlicet arcessit hanc hinc. PA. Credo.

ACTUS IV. SCENA VII.

PLEUSIDES, PALÆSTRIO, PYRGOPOL.

ALium alio pacto propter amorem nisciam
Feciſſe multa nequiter, verear magis
Me amoris cauſſa hoc ornatu incedere.
Verum cum multos multa admiſſe acceperim
Inhoneſta propter amorem, atque aliena à bonis:
Mitto jam, ut occidi Achilles cives paſſus eſt.
Sed eccum Palæſtrionem; ſtat cum milite:
Oratio alio mihi demutanda eſt mea.
Mulier profecto nata eſt ex ipſa mora.
Nam quævis alia quæ mora eſt æque, mora
Minor ea videtur, quam quæ propter mulierem eſt.
Hoc adeo fieri credo conſuetudine.
Nam ego hanc arceſſo Philocomaſium, ſed fores
Pultabo. Heus, ecquis hic eſt? PA. adoleſcens, quid eſt?
Quid tu ais? quid pultas? PL. Philocomaſium quærito.
A matre illius venio? ſi intra eſt, eat:
Omnes morator, navim cupimus ſolvere.
Py. Jamdudum res parata eſt. Heus, Palæſtrio,
Aurum, ornamenta, veſtem, precioſum omne ferat.
Duc adjutores tecum ad navim qui ferant.
Omnia compoſita ſunt; quæ donavi ut ferat.
PA. Eo. PL, quæſo hercle propera. Py. non morabitur.
Quid iſtuc, quæſo, quid oculo factum eſt tuo?
PL. Habeo quidem hercle oculum. Py. at lævum dico. PL. eloquar.
Maris cauſa hercle hoc ego oculo utor minus.
Nam ſi abſtinuiſſem amare, tanquam hoc uterer.
Sed nimis morantur me diu. Py. eccos, exeunt.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA VIII.

PALÆSTRIO, PHILOCOMASIUM, PLEUSIDES, PYRGOPOL.

QUid modi flendo quæso hodie facies? PH. quid ego ni fleam?
Ubi pulcherrime egi ætatem, inde abeo. PA. viden' hominem tibi,
Qui à matre & sorore venit? PH. video. Py. audistin', Palæstrio
PA. Quid vis? Py. quin tu intus jubes efferri omnia quæ isti dedi?
PL. Philocomasium, salve. PH. & tu salve. PL. materque & soror
Tibi salutem jusserunt dicere. PH. Salvæ sient.
PL. Orant ut eas, ventus operam dum dat ut velum explicent:
Nam matri oculi si valerent, mecum veniisset simul.
PH. Ibo, quanquam invita facio omnia; pietas sic cogit. PL. sapis.
Py. Si non mecum ætatem egisset, hodie stulta veret.
PH. Istuc crucior, à viro me tali abalienarier.
Nam tu quamvis potis es facere, uti fluat facetiis,
Et quia tecum eram, propterea animo eram ferocior:
Eam nobilitatem amittendam video. Py. nimium hæc flet. PH. nequeo
Cum te video. PA. habe bonum animum, scio ego & quid doleat mihi.
Nam nihil miror, si libenter, Philocomasium, hic eras: tuum.
Forma hujus, mores, virtus animum attinuere hic
Quin ego servos, quando aspicio hunc, fleo; quia dijungimur.
PH. Obsecro, licet complecti priusquam proficiscor? Py. licet. lierem,
PH. O mei oculi, mi anime. PA. obsecro tene mu-
Ne affligatur. Py. Quid istuc? PA. postquam abs te abit, animo male
Factum est huic repente miseræ. Py. accurrite intro, atque afferte aquam.
PA. Nihil aquam moror. Py. cur? PA. malo, ne interveneris,

Quæso,

Digitized by Google

Quæſo, dum reſipiſcit. PY. capita inter ſe nimis nexa hice habent. (malum
Non placet: labra labellis ferruminant. Acre
PL. Tentabam, ſpiraret an non. PY. aurem admotam oportuit.
PL. Sin' magis vis, ambos mittam. PY. nolo: retineat. PA. fleo miſer.
PY. Exite, atque afferte huc intus omnia, iſti quæ dedi.
PA. Etiam nunc ſaluto te, familiaris, priuſquam eo,
Conſervi conſervæque omnes bene valete & vivite.
Bene quæſo inter vos dicatis & mihi abſenti tamen.
PY. Age Palæſtrio, bono animo es. PA. heu, nequeo, quin fleam, 32
Quum abs te abeam. PY. fer æquo animo. PA. ſcio ego, quid doleat mihi.
PH. Sed quid hoc? quæ res? quid video? lux ſalve.
PL. Jam reſipiſti? PH. obſecro, quem amplexa ſum
Hominem? perii, ſumne ego apud me? PL. ne time, voluptas mea. 36
PY. Quid iſtuc negotii? PA. animus hanc modo hic reliquerat: (nimis.
Metuoque & timeo, ne hoc tandem propalam fiat
PY. Quid id eſt? PA. nos ſecundum ferre nunc per urbem hæc omnia,
Ne quis tibi hoc vitio vortat. PY. mea, non illorum dedi; (tibus. 41
Parvi ego illos facio: agite, ite cum diis benevolen-
PA. Tua ego hoc cauſſa dico. PY. credo. PA. jam vale. Py. & tu bene vale.
PA. Ite cito, jam ego aſſequar vos: cum hero pauca etiam loquar.
Quanquam alios fideliores ſemper habuiſti tibi
Quam me, tamen tibi habeo magnam gratiam rerum omnium: 45
Et ſi ita ſententia eſſet, tibi ſervire mavelim
Multo, quam alii libertus eſſe. Py. habe bonum animum. PA. heu mihi,
Cum venit mihi in mentem, ut mores mutandi ſient,
Muliebres mores diſcendi, obliviſcendi ſtratiotici!
Py. Fac ſis frugi. PA. jam non poſſum, amiſi omnem libidinem. 50

Digitized by Google

Py. I, ſequere illos, ne morere. PA. bene vale
Py. & tu bene vale.
PA. Quæſo ut memineris; ſi forte liber fieri oc-
cœperim, (meum
Mittam nuntium ad te, ne me deſeras. Py. non eſt
PA. Cogitato identidem, tibi quam fidelis fuerim;
Si id facies, tum demum ſcibis, tibi qui bonus ſit,
qui malus. 55
Py. Scio, & perſpexi ſæpe, verum cum antehac,
tum hodie maxume.
PA. Scies, immo hodie: verum factum faxo poſt
dices magis.
Py. Vix reprimor, quin te manere jubeam. PA. cave
iſtuc feceris.
Dicent te mendacem, nec verum eſſe, fide nulla
eſſe te. (60
Dicant ſervorum præter me eſſe fidelem neminem.
Nam ſi honeſte cenſeam te facere poſſe, ſuadeam:
Verum non poteſt; cave faxis. Py abi, jam patiar
quicquid eſt.
PA. Bene vale igitur. Py. ire melius eſt ſtrenue.
PA. etiam nunc vale.
Py. Ante hoc factum hunc ſum arbitratus ſemper
ſervum peſſumum. (cogito, 65
Eum fidelem mihi eſſe invenio. cum egomet mecum
Stulte feci, qui hunc amiſi: ibo hinc intro nunc jam
Ad amores meos. & ſenſi, hinc ſonitum fece-
runt fores.

ACTUS IV. SCENA IX.

PUER, PYRGOPOLINICES.

NE me moneatis, memini ego officium meum.
Ego jam conveniam illunc: ubi ubi eſt gen-
tium,
Inveſtigabo, operæ non parcam meæ.
Py. Me quærit illic. ibo huic puero obviam.
Pu. Ehem te quæro. Salve, vir lepidiſſume, 5
Cumula te commoditate præter cæteros,
Duo di quem curant. Py. qui duo? Py. Mars &
Venus.
Py. Facetum puerum. Pu. intro te, ut, eas, obſecrat.
Te volt, te quærit, teque expectans deperit.
Amanti fer opem: quid ſtas? quin intro is? Py. eo.
Py. Ipſus

Ipsus illic sese jam impedivit in plagas.
Paratæ insidiæ sunt, in statu stat senex,
Ut adoriatur mœchum, qui forma est ferox,
Qui omnes se amare credit, quæque aspexerit,
Mulieres: eum odere quâ viri, qua mulieres.
Nunc in tumultum ibo: intus clamorem audio.

ACTUS V.

PERIPLECT. PYRGOPOLINICES CARIO *cocus*, SCELEDRUS.

DUcite istum: si non sequitur, rapite sublimem foras.
Facite inter terram atque cœlum ut medius sit; discindite.
Py. Obsecro hercle Periplectomene te. PE. nequicquam hercle obsecras.
Vide ut istic sit acutus, Cario, culter probe.
C. Quin jamdudum gestit mœcho hoc abdomen adimere,
Ut faciam, quasi puero, in collo pendeant crepundia.
Py. Perii. C. haud etiam numero hoc dicis. jamne in hominem involo?
PE. Immo etiam prius verberetur fustibus C. multum quidem.
PE. Cur es ausus subagitare alienam uxorem, impudens?
Py. Ita me dii ament, ultro ventum est ad me. PE. mentitur. feri.
Py. Mane dum narro. PE. quid cessatis? Py. non licet mihi dicere?
PE. Dic. Py. oratus sum ad te venire huc. PE. quare ausus? hem tibi.
Py. Oh! heu sum satis verberatus, obsecro. C. quam mox seco?
PE. Ubi lubet, distendite hominem divorsum, & dispennite.
Py. Obsecro hercle te, ut mea verba audias, priusquam secat.
PE. Loquere, nondum nihili factus. Py. viduam esse itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.
PE. Jura, te nociturum esse homini nunc de hac re nemini,
Quod tu hodie verberatus, aut quod verberabere,

Si te ſalvum mittimus hinc Venereum nepotulum.
Py. Juro per Dianam & Martem, me nociturum nemini,
Quod ego hic hodie vapulo; ſed mihi id æque factum arbitror.
Et ſi interſtatus non abeo hinc, bene agitur pro noxia.
PE. Quid ſi id non faxis? Py, ut vivam ſemper interſtabilis.
C. Verberetur etiam, poſt tibi amittendum cenſeo.
Py. Dii tibi benefaciant ſemper, enim advocatus mihi bene es.
C. Ergo des minam auri nobis. Py. quamobrem? C. ſalvis teſtibus
Ut te hodie hinc amittamus Venereum nepotulum.
Aliter hinc à nobis, ne ſis fruſtra. Py. dabitur. C. magis ſapis.
De tunica & chlamyde, & machæra, ne quid ſperes, non feres.
Verberone etiam antequam amittis? Py. mitis ſum equidem fuſtibus.
Obſecro vos. PE. ſolvite iſtum. Py. gratiam habeo tibi.
PE. Si poſthac prehendero, ego te hic arcebo teſtibus.
Py. Cauſſam haud dico. PE. eamus intro Cario.
PH. ſervos meos.
Eccos video. Philocomaſium jam profecta eſt? dic mihi.
S. Jamdudum. Py. hei mihi! S. magis dicas, ſi ſcias, quod ego ſcio.
Namque ille qui lanam ob oculum habebat, nanta non erat.
Py. Quis erat igitur? S. Philocomaſio amator. Py. qui tu ſcis? S. ſcio.
Nam poſtquam exierunt porta, nihil ceſſarunt illico
Oſculari atque amplexari inter ſe. Py, væ miſero mihi!
Verba mihi data eſſe video. ſcelus viri, Palæſtrio.
Is me in hanc illexit fraudem. jure factum judico.
Si ſic aliis mœchis fiat, minus hic mœchorum fiet:
Magis metuant, minus has res ſtudeant. Eamus ad me. Plaudite.

FINIS MIL. GLOR.

MER-

Digitized by Google

MERCATOR.

Dramatis Perſonæ.

CHARINUS *adoleſcens.*
ACANTIO *ſervus.*
DEMIPHO,
LYSIMACHUS,
LORARII, *ſenes.*
EUTYCHUS *adoleſcens.*
PASICOMPSA *meretrix.*
DORIPPA *uxor.*
SYRA *anus ſerva.*
COCUS.

ARGUMENTUM.

Miſſus mercatum ab ſuo adoleſcens patre
Emit atque apportat ſcita forma mulierem.
Requirit quæ ſit, poſtquam eam vidit, ſenex.
Confingit ſervus, emptam matri pediſequam.
Amat ſenex hanc, ad ſe ſimulans vendere
Tradit vicino. eum putat uxor illius
Obduxe ſcortum. tum Charinum ex fuga
Retrahit ſodalis, poſtquam amicam invenerat.

ALTERUM ARGUMENTUM

Mercatum à ſe dum filium extrudit pater,
Is peregre unius redimit ancillam hoſpitis
Amore captus. ut venit, navi exilit.
Pater advolat, viſam ancillam deperit.
Quotus ſit, percontatur. ſervos pediſſequum
Ab adoleſcente matri emtam eſſe ipſius.
Senex ſibi proſpiciens, ut amico ſuo
Veniret, natum orabat: natus ut ſuo.
Hic filium ſubdiderat vicini, pater
Vicinum. pramercatur ancillam ſenex.
Eam domi deprehenſam conjunx illius
Vicini ſcortum inſimulat, protelat virum.
Mercator exſpes patria fugere deſtinat,
Prohibetur à ſodale, qui patrem illius
Orat ſuo cum patre, nato ut ſederet.

ACTUS

ACTUS I. SCENA I.

PROLOGUS.

CHARINUS.

DUas res simul nunc agere decretum est mihi,
Et argumentum & meos amores eloquar.
Non ego idem facio, ut alios in comœdiis
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die,
Aut Soli, aut Lunæ miserias narrant suas.
Quos pol ego credo humanas querimonias
Non tanti facere, quid velint, quid non velint.
Vobis narrabo potius meas nunc miserias.
Græce hæc vocatur Emporos Philemonis,
Eadem Latine Mercator Marci Accii.
Pater ad mercatum huc me meus misit Rhodum:
Biennium jam factum est, postquam abii domo:
Ibi amare occœpi forma eximia mulierem.
Sed, ea ut sim implicitus, dicam, si opera est auribus,
Atque ad advortendum animum adest benignitas,
Et hoc parum etiam more majorum institi:
Prius ac percontatus sum vos, sumsi indicium illico.
Nam amorem hæc cuncta vitia sectari solent,
Cura, ægritudo, nimiaque elegantia:
Hæc non illum modo qui amat, sed quenque attigit
Magno atque solido multat infortunio:
Nec pol profecto quisquam sine grandi malo,
Præquam res patitur, studuit elegantiæ.
Sed amori accedunt etiam hæc, quæ dixi minus.
Insomnia, ærumna, error, terror, & fuga,
Ineptiæ, stultitiaque adeo, & temeritas,
Incogitantia, excors immodestia,
Petulantia, cupiditas & malevolentia:
Inhæret etiam aviditas, desidia, injuria,
Inopia, contumelia & dispendium,
Multiloquium, pauciloquium. hoc ideo fit, quia
Quæ nihil attingunt ad rem, nec sunt usui, hæc
Amator profert sæpe advorso tempore.
Hoc pauciloquium rursum idcirco prædico,
Quia nullus unquam amator adeo'st callide
Facundus, quæ in rem sint suam, ut possit loqui.
Nunc vos mihi irasci ob multiloquium non decet,
Eodem quo amorem Venus mihi hoc legavit die,
Illuc revorti certum, ut conata eloquar.

Prin-

Digitized by Google

Principio atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animus ſtudio amotus puerili eſt meus,
Amare valide cœpi hic meretricem. illico
Res exultatum ad illam abibat clam patris.
Leno importunus, dominus ejus mulieris.
Vi ſumma quidque ut poterat, rapiebat domum.
Objurgare pater hæc me noctes & dies:
Perfidiam, injuſtitiam lenonum expromere:
Lacerari valide ſuam rem, illius augerier.
Summo hæc clamore, interdum muſſans, colloqui,
Abnuere, negitare adeo me natum ſuum.
Conclamitare tota urbe & prædicere,
Omnes tenerent mutui tanti credere.
Amorem multos illexe in diſpendium.
Intemperantem, non modeſtum, injurium,
Trahere, exhaurire me, quod quirem ab ſe domo.
Rationem peſſumam eſſe, ea quæ ipſis optuma
Omnes labores inveniſſet perferens,
Amoris vi diffunditari ac deteri.
Convicium tot me annos jam ſe paſcere,
Quod niſi puderet, ne luberet vivere.
Seſe extemplo ex ephebis poſtquam exceſſerit,
Non, ut ego, amori, neque deſidiæ in otio
Operam dediſſe, neque poteſtatem ſibi
Fuiſſe. adeo arcte conhibitum eſſe à patre:
Multo opere immundo ruſtico ſe exercitum:
Neque niſi quinto anno quoque poſſe tum viſere
Urbem. atque extemplo inde, ut ſpectaviſſet peplum.
Rus rurſum confeſtim exigi ſolitum à patre.
Ibi multo primum ſe familiarium
Laboraviſſe: quom hæc pater ſibi diceret:
Tibi aras, tibi occas, tibi ſeris, tibi eidem metis:
Tibi denique iſte pariet lætitiam labos.
Poſtquam receſſet vita patrio corpore,
Agrum ſe vendidiſſe, atque ea pecunia
Navim, metretas quæ trecentas tólleret,
Paraſſe, atque eapſe merces vectatum undique:
Adeo dum, quæ tum habere, peperiſſet bona.
Me idem decere, ſi ut deceret me, forem,
Ego me ubi invisum meo patri eſſe intellego,
Atque eſſe odio me quoi placere æquum fuit,
Amens amanſque ut ut animum offirmo meum.

Digitized by Google

Dico esse iturum me mercatum, si velit:
Amorem missum facere me, dum illi obsequar.
Agit gratias mihi, atque ingenium allaudat meum.
Sed mea promissa non neglexit persequi.
Ædificat navim Cercurum, & merces emit:
Parata navi, imponit. præterea mihi
Talentum argenti ipsus sua annumerat manu:
Servom una mittit, qui olim à puero parvulo
Mihi pædagogus fuerat, quasi uti mihi foret
Custos. iisce confectis navim solvimus:
Rhodum venimus. ubi, quas merces vexeram,
Omnes, ut volui, vendidi ex sententia.
Lucrum ingens facio. præterquam mihi meus pater
Dedit æstimatas merces; ita peculium
Conficio grande. sed, dum in portu illi ambulo,
Hospes me quidam agnovit, ad cœnam vocat.
Venio, decumbo, acceptus hilare atque ampliter.
Discubitum noctu ut imus, ecce ad me advenit
Mulier, qua mulier alia nulla est pulcrior:
Ea nocte mecum illa hospitis jussu fuit.
Vosmet videte, quam mihi valde placuerit.
Postridie hospitem adeo, oro ut vendat mihi.
Dico ejus pro meritis gratum me & munem fore,
Quid verbis opu'st? emi, atque advexi heri.
Eam me advexisse nolo resciscat pater.
Modo eam reliqui ad portum in navi, & servolum.
Sed quid currentem servom à portu conspicor?
Quem navi abire vetui. timeo quid siet,

ACTUS I. SCENA II.

ACANTHIO, CHARINUS.

EX summis opibus viribusque usque experire, nitere, (thio,
Herus ut minor opera tua servetur: agedum, Acan-
Abige abs te lassitudinem, cave pigritiæ prævorteris.
Simul enicato suspiritus, vix suffero hercle anhelitum. (aspellito,
Simul autem pleniſſume eos, qui advorsum eunt,
Detrude, deturba in viam. hæc hic disciplina pessuma est?
Currenti, properanti haud quisquam dignum habet decedere. (peris:
Ita tres simitu res agendæ sunt, quando unam occæ

Et

Et currendum, & pugnandum, & autem jurgandum
est in via.
C. Quid illud est, quod ille tam expedite exquirit
cursuram sibi? (ago. 11
Cura est, negotii quid sit, aut quid nuntiet. A. nugas
Quam maxime resisto, tam res in periculo vortitur.
C. Mali nescio quid nuntiat. A. genua hunc cursorem deserunt:
Perii! seditionem fecit lien, occupat præcordia.
Perii! animam nequeo vortere. nimis nihili tibicen
siem. 15
C. At tu edepol sume laciniam, atque absterge sudorem tibi.
A. Nunquam edepol omnes balineæ mihi hanc lassitudinem eximent.
Domin' an foris dicam esse herum Charinum? C. ego
animi pendeo.
Quid illud sit negotii, lubet scire ex hoc me, ut
sim certior. (assulas? 20
A. At etiam asto, at etiam cesso foribus facere hisce
Aperite aliquis. ubi Charinus herus? domin' est an
foris?
Num quisquam adire ad ostium dignum arbitratur
C. ecce me,
Acanthio, quem quæris. A. nusquam est disciplina
ignavior.
C. Quæ te res male agitant? A. multæ, here, te atque me. C. quid est negotii?
A. Periimus! C. principium inimicis dato. A. at
tibi sortito id obtigit. 25
C. Loquere id negotii quicquid est. A. placide: volo acquiescere.
Tua caussa rupi ramices, jamdudum sputo sanguinem. (ceris.
C. Resinam ex melle Ægyptiam vorato, salvum fe-
A. At tu edepol calidam picem bibito, ægritudo
abscesserit. (minem. 30
C. Hominem pol iracundiorem, quam te, novi ne-
A. At ego pol maledicentiorem, quam te, novi neminem.
C. Sin, saluti quod tibi esse censeo, id consuadeo,
A. Apage istiusmodi salutem, cum cruciatu quæ advenit.

Digitized by Google

C. Dic mihi, an boni quid uſquam eſt, quod quisquam uti poſſiet (voles?
Sine malo omni, aut ne laborem capias, cum illo uta
A. Neſcio ego iſtæc, Philoſophari nunquam didici, neque ſcio. (ſidero.
Ego bonum, malum quo accedit, mihi dari haud de-
C. Cedo tuam mihi dexteram, agedum, Acanthio.
A. hem! dabitur: tene.
C. Vin' tu te mihi eſſe obſequentem, an nevis?
A. opera licet
Experiri, qui me rupi cauſſa currendo tua,
Ut quæ ſcirem, ſcire actutum tibi liceret. C. liberum
Caput tibi faciam paucos cis menſes. A. palpo percutis.
C. Egon' auſim tibi uſquam quicquam facinus falſum proloqui?
Quin jam priuſquam ſim elocutus ſcis ſi mentiri volo. A. ah! (45
Laſſitudinem hercle verbà tua mihi addunt; enicas.
C. Siccine mihi obſequens es? A. quid vis faciam? C. tun'? id quod volo.
A. Quid eſt igitur, quod vis? C. dicam. A. dice. C. at enim placide volo. (cites.
A. Dormientes ſpectatores metuis, ne è ſomno ex-
C. Væ tibi. A. tibi equidem à portu apporto hoc. C. quid fers? dic mihi
A. Vim, metum, cruciatum, curam, jurgiumque atque inopiam.
C. Perii! tu quidem theſaurum huc mihi apportaviſti mali.
Nullus ſum. A. immo es. C. ſcio. jam miſerum dices. A. tu dixti. ego taceo.
C. Quid iſtuc eſt mali? A. ne rogites; maxumum infortunium eſt. (deo.
C. Obſecro, diſſolve jam me, nimis diu animi pen-
A. Placide, multa exquirere etiam prius volo, quam vapulem.
C. Hercle vero vapulabis, niſi jam loquere, aut hinc abis. (pit, blandior.
A. Hoc ſis vide, ut palpatur nullus eſt, quando occæ-
C. Obſecro hercle, oroque ut iſtuc quid ſit, actutum indices. (neo.
Quandoquidem mihi ſupplicandum ſervulo video

A. Tan-

Digitized by Google

A. Tandem indignus videor. C. imo dignus.
A. equidem credidi.
C. Obsecro, num navis periit? A. salva est navis; ne time.
C. Quid alia armamenta? A. salva & sana sunt. quin tu expedis, (modo.
Quid fiet, quod me per urbem currens quærebas
A. Tu quidem ex ore orationem mihi eripis: tace.
C. taceo. (65
A. Credo, si boni quid ad te nunciem, instes acriter.
Qui nunc cum malum audiundum'st, flagitas me, ut eloquar.
C. Obsecro hercle te, istuc uti tu mihi malum facias palam.
A. Eloquar, quandoquidem me oras, tuus pater.
B. quid meus pater?
A. Tuam amicam. C. quid eam? A. vidit. C. vidit? væ misero mihi!
Hoc, quod te interrogo, responde. A. quin tu, si quid vis, roga.
C. Quî potuit videre? A. oculis, C. quo pacto? A. hiantibus.
C. I hinc dierectus, nugare in re capitali mea.
A. Quî malum! ego nugor, si tibi, quod me rogas, respondeo?
C. Certen' vidit? A. tam hercle certe, quam ego te, ac tu me vides,
C. Ubi eam vidit? A. intus intra navim, uti prope astitit,
Et cum ea confabulatus est. C. perdidisti me, pater.
Eho tu! eho tu! quin cavisti, ne eam videret verbero! (ter?
Quin, sceleste, abstrudebas, ne eam conspiceret pa-
A. Quia negotiosi eramus nos nostris negotiis.
Armamentis complicandis & componendis studuimus. (xillulo: 8
Dum hæc aguntur, lembo advehitur tuus pater pau-
Neque quisquam hominem conspicatus'st, donec in navi super. (bus
C. Nequicquam mare subter fugi sævis tempestati-
Equidem jam me censebam esse in terra, atque in tuto loco:
Verum video med ad saxa ferri sævis fluctibus.

Loquere porro quid ſit actum. A. poſtquam aſpexit mulierem,
Rogitare occœpit quoia eſſet. C. quid reſpondit? A. illico
Occucurri, atque interpello, matri te ancillam tuæ
Emiſſe illam. C. viſu'ſt tibi credere id? A. etiam rogas?
Sed ſceleſtus ſubigitare occœpit. C. illamne obſecro?
A. Mirum quin me ſubigitaret. C. edepol cor miſerum meum!
Quod guttatim contabeſcit, quaſi in aquam indideris ſalem,
Perii! A. hem iſtuc unum verbum dixi veriſimum.
Stultitia iſtæc eſt. C. quid faciam credo, non credet pater
Si illam matri meæ emiſſe dicam. poſt autem mihi
Scelus videtur, me paremi proloqui mendacium.
Neque ille credet, neque credibile eſt forma eximia mulierem
Eam me emiſſe ancillam matri. A. non taces ſtultiſſume?
Credet hercle: nam credebat jam mihi. C. metuo
Ne patrem prehendat, ut geſta res, ſuſpicio.
Hoc quod te rogo, reſponde quæſo. A. quid rogas?
C. Num eſſe amicam ſuſpicari viſus eſt? A. non viſus eſt.
Quin quæque ut dicebam, mihi credebat. C. verum ut tibi quidem
Viſus eſt. A. non, ſed credebat. C. væ mihi miſero! nullus ſum:
Sed quid ego hic in lamentando pereo, ad navim non
Sequere. A. ſi iſtac ibis, commodum obviam venies patri:
Poſteaquam aſpiciet te timidum eſſe, atque exanimatum, illico
Retinebit. rogitabit, unde illam emeris, quanti emeris.
Timidum rentabit te. C. quin hac ibo potius. jam cenſes patrem
Abiiſſe à portu? A. quin ea ego huc præcucurri gratia,
Ne te opprimeret imprudentem, atque electaret.
C. optume.

ACTUS

ACTUS II. SCENA I.

DEMIPHO *senex.*

Miris modis Dii ludos faciunt hominibus,
Mirisque exemplis somnia in somnis dantur,
Velut ego nocte hac, quæ præteriit proxuma,
In somnis egi satis, & fui homo exercitus.
Mercari visus mihi sum formosam capram,
Ei ne noceret, quam domi ante habui capram,
Neu discordarent, si ambo in uno essent loco.
Posterius quam mercatus fueram visus sum
In custodiam eam Simiæ concredere.
Ea Simia adeo post haud multo ad me venit,
Male mihi precatur, & facit convitium:
Ait sese illius opera atque adventu capræ,
Flagitium & damnum feciſſe haud mediocriter.
Dicit capram quam dederam servandam sibi,
Suæ uxoris dotem ambadediſſe. oppido
Mihi illud videri mirum, ut una illæc capra
Uxoris Simiæ dotem ambadederit.
Instare factum Simia: atque hoc deniqne
Respondet, ni properem illam ab sese abducere,
Ad me domum intro ad uxorem ducturum meam.
Atque oppido hercle, bene velle illi visus sum:
Ast non habere quoi commendarem capram.
Quo magis quid facerem, cura cruciabar miser.
Interea ad me hœdus visus est aggredirer,
Insit mihi prædicare, sese ab Simia
Capram abduxiſſe, & cœpit irridere me.
Ego enim lugere atque illam abductam conqueri.
Hoc quam ad rem credam pertinere somnium,
Nequeo invenire, nisi capram illam suspicor
Jam me inveniſſe, quæ sit, aut quid voluerit.
Ad portum hinc abii mane cum luci simul,
Postquam hic id, quod volui, transegi; atque ego conspicor
Navem ex Rhodo, qua est heri advectus filius,
Collibitum est illuc mihi, nescio qui, visere:
Ascendi in lembum, atque ad navim advehor, atque ego
Illam conspicio forma eximia mulierem,
Filius quam advexit meus matri ancillam suæ.
Quam ego postquam aspexi, non ita amo ut sani solens homi-

Digitized by Google

Homines: ſed eodem pacto, ut inſani ſolent.
Amavi hercle equidem ego olim in adoleſcentia:
Verum ad hoc exemplum nunquam, ut nunc inſanio.
Unum quidem hercle jam ſcio, periiſſe me.
Voſmet videte ceterum quanti ſiem.
Nunc hoc profecto ſic eſt, hæc illa eſt capra.
Sed ſimia illa atque hœdas timeo quid velint.
ſed conticeſcam. vicinum eccum: exit foras.

ACTUS II. SCENA II,

LYSIMACHUS, DEMIPHO, LORARII.

PRofecto ego illunc hircum caſtrari volo,
Ruti qui nobis exhibet negotium.
D. Nec omen illud mihi, nec auſpicium placet.
Quaſi hircum, metuo, ne uxor me caſtret mea,
Atque illius hæc nunc ſimiæ parteis ferat.
Ly. I tu hinc ad villam, atque iſtos raſtros villico
Piſto ipſi facito coram ut tradas in manum,
Uxori facito ut nuncies, negotium
Mihi eſſe in urbe, ne me expectet: nam mihi
Tres hodie lites judicandas dicito.
I, & hoc memento dicere. Lo. nunquid amplius?
Ly. Tantum eſt. D. Lyſimache ſalve. Ly. euge, Demipho,
Salve. ô quid agis? quid fit? D. quod miſerrimus.
Ly. Dii melius faxint! D. dii hoc quidem faciunt.
Ly. quid eſt?
D. Dicam, ſi tibi videam eſſe operam, aut otium.
Ly. Quanquam negotium eſt, ſi quid vis, Demipho,
Non ſum occupatus unquam amico operam dare.
D. Benignitatem tuam mihi experto prædicas.
Quid tibi ego ætatis videor? Ly. Acherunticus
Senex, vietus, decrepitus. D. pervorſe vides.
Puer ſum, Lyſimache, ſeptuennis. Ly. ſanun'es?
Qui puerum te eſſe dicas? D. vera prædico.
Ly. Modo hercle in mentem venit, quid tu diceres:
Senex cum extemplo eſt, jam nec ſentit, nec ſapit.
Ajunt ſolere eum rurſum repueraſcere.
D. Immo bis tanto valeo quam validi prius:
Ly. Bene hercle factum, & gaudeo. D. immo ſi ſcias,
Oculis quoque etiam plus jam video, quam prius.
Ly. Bene

Digitized by Google

Ly. Bene eſt. D. malam rem dico. Ly. jam iſtuc non bonum eſt.
D. Sed auſimne ego tibi eloqui, ſi quid velim?
Ly. Audacter. D. animum advorte. Ly. fiet ſedulo.
D. Hodie ire in ludum occœpi litterarium?
Lyſimache: ternas ſcio jam. Ly. quid ternas? D. amo,
Ly. Tun' capite cano amas, ſenex nequiſſume?
D. Seu canum, ſeu iſtuc rutilum, ſive atrum eſt. amo.
Ly. Ludificas nunc tu me hic, opinor, Demipho.
D. Decide collum, ſi falſum uti loquar:
Vel ut ſcias me amare, cape cultrum, ſeca
Digitum vel aurem, vel tu naſum, vel labrum.
Si movero me, ſeu ſecari ſenſero,
Lyſimache, autor ſum uti me amando hic enices.
Ly. Si unquam vidiſti pictum amatorem, hem illic eſt:
Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus ſenex
Tantidem eſt, quaſi ſit ſignum pictum in pariete.
D. Nunc tu me credo caſtigare cogitas.
Ly. Egon' te? D. nihil eſt jam, quod tu mihi ſuccenſeas.
Fecere tale ante alii ſpectati viri.
Humanum amare eſt, humanum autem ignoſcere eſt.
Ne ſis me objurga. hoc non voluntas me impulit.
Ly. Quin non objurgo. D. at ne deteriorem tamen
Hoc facto ducas. Ly, egone te? ah ne Dii ſiverint.
D. Vide ſis modo etiam. Ly. viſum'ſt. D. certen'? Lo. perdis me.
Hic homo ex amore inſanit. nunquid vis? D. vale.
Ly. Ad portum propero: nam ibi mihi negotium eſt.
D. Bene ambulato. Ly. bene valeto. D. bene ſit tibi.
Quin mihi quoque etiam eſt ad portum negotium.
Nunc adeo ibo illuc. Sed optime gnatum meum
Video; eccum operiar hominem: hoc nunc mihi viſo eſt opus,
Huic perſuadere quomodo potis ſiem,
Ut illam vendat, neve det matri ſuæ:
Nam ei dono advexe audivi. ſed præcauto eſt opus,
Ne ad illam me animum adjeciſſe aliqua ſentiat.

ACTUS

ACTUS II. SCENA III.

CHARINUS, DEMIPHO.

HOmo me miserior nullus est æque, opinor,
Neque adversa quoi sint plura sempiterna.
Satin' quicquid est, ut quam rem agere occœpi
Proprium nequit mihi evenire quod cupio?
Ita mihi malares objicitur aliqua,
Bonum quæ meum comprimit consilium.
Miser amicam mihi paravi animi caussa, pretio;
Ratus clam patrem meum posse habere.
Is rescivit, & vidit, & perdidit me.
Neque is cum roget, quid loquar, cogitatum est,
Ita animi decem in pectore incerti certant.
Nec quid corde nunc consilii capere possim
Scio, tantus cum cura meo est error animo:
Dum servi mei perplacet mihi consilium,
Dum rursus haud placet, nec pater potis videtur
Induci, ut putet matri ancillam emptam esse illam.
Nunc si dico, ut res est, atque illam mihi me
Emisse indico, quemadmodum existimet me?
Atque illam abstrahat, trans mare hic venum asporter.
Scio sævos quam sit, domo doctus. igitur hoccine est
Amare? arare mavelim, quam sic amare.
Jam hinc olim invitum domo extrusit ab sese.
Mercatum jussit ire, ibi hoc malum inveni. ubi
Voluptatem ægritudo vincat, quid ibi inest amœni?
Necquicquam abdidi, abscondidi, abstrusam habebam.
Musca est meus pater, nihil potest clam illum haberi.
Nec sacrum nec tam profanum quicquam est, quin
Ibi illico assit. nec quî rebus meis
Confidam, mihi ulla spes in corde certa est.
D. Quid illuc est, quod solus secum fabulatur filius?
Sollicitus mihi, nescio quare, videtur. C. atate!
Meus pater hic quidem est, quem video: ibo, alloquar. Quid fit, pater?
D. Unde incedis? quid festinas, gnate mi? C. recte, pater.
D. Ita volo. sed istuc quid est, tibi quod commutatu'st color?

Nun-

Digitized by Google

Nunquid tibi dolet? C. neſcio quid meo animo eſt ægre, pater:
Poſtea hac nocte non quievi ſatis mea ex ſententia.
D. Per mare ut vectus, nunc oculi terram mirantur tui
Magis. C. opinor. D. id eſt profecto. verum actutum abſceſſerit.
Ergo edepol palles: ſi ſapias, eas ac decumbas domi,
C. Otium non eſt; mandatis rebus prævorti volo.
D. Cras agito, perendie agito. C. ſæpe ex te audivi, pater:
Rei mandatæ omnes ſapientes primum prævorti decet.
D. Age igitur, nolo adverſari tuam advorſus ſententiam.
C. Salvos ſum, ſiquidem iſti dicto ſolida & perpetua eſt fides.
D. Quid illuc eſt, quod ille ſolus ſe in conſilium ſevocat?
Jam non vereor ne, illam me amare hic potuerit reſciſcere.
Quippe haud etiam quicquam inepte feci, amantes ut ſolent.
C. Res adhuc quidem hercle in tuto'ſt: nam hunc neſcire ſat ſcio
De illa amica, quod ſi ſciret, eſſet alia oratio.
D. Quin ego hunc aggredior de illa? C. quin ego hinc me amolior?
Eo ego, ut quæ mandat amicus, amicis tradam.
D. Imo mane.
Paucula etiam ſciſcitare prius volo. C. dic quid velis.
D. Uſquene valuiſti? C. perpetuo recte, dum quidem illic fui.
Verum in portum huc ut ſum advectus, neſcio qui animus mihi dolet.
D. Nauſea edepol factum credo. verum actutum abſceſſerit.
Sed quid ais? ecquam tu advexti tuæ matri ancillam Rhodo?
C. Advexi. D. quid? ea ut videtur mulier? C. non edepol mala.
D. Ut morata eſt? C. nullam vidi melius, mea ſententia.
D. Sic quidem edepol viſa eſt, cum illam vidi.
C. eho! an vidiſti, pater?
D. Vidi, verum non ex uſu noſtro eſt, neque adeo placet.

C. Qui

C. Qui vero? D. quia non nostra formam habet dignam domo.
Nihil opus nobis ancilla, nisi quæ texat, quæ molat,
Lignum cædat, pensum faciat, ædis verrat, vapulet,
Quæque habeat cotidianum familiæ coctum cibum.
Horunc illa nihilum quicquam facere poterit admodum.
C. Ea causa equidem illam emi, dono quam darem matri meæ.
D. Ne duis, neu te advexisse dixeris. C. Dii me adjuvant.
D. Labefacto paulatim. verum quod præterii dicere,
Neque illa matrem satis honeste tuam sequi poterit comes,
Neque sinam. C. quid vero? D. quia illa forma matrem familias
Flagitium sit, si sequatur: quando incedat per vias,
Contemplent, conspiciant omnes, nutent, nictent, sibilent,
Vellicent, vocent, molesti sint, occentent ostium:
Impleantur meæ fores elogiorum carbonibus.
Atque ut nunc sunt male dicentes homines, uxori meæ (est opus?
Mihique objectent lenocinium facere: nam quid eo
C. Hercle quin tu recte dicis, & tibi assentior ego.
Sed quid illa nunc fiet? D. recte. ego emero matri tuæ (mala,
Ancillam viraginem aliquam non malam, formâ
Ut matrem addecet familias: aut Syram, aut Ægyptiam:
Ea molet, conficiet pensum, pinsetur flagro, neque
Propter eam quicquam eveniet nostris foribus flagitii.
C. Quid si igitur reddatur illi, unde empta est? D. minime gentium.
C. Dixit se redhibere, si non placeat. D. nihil istoc opus est: (fidem.
Litigare ego nolo vos, neque tuam autem accusari
Multo edepol, si quid faciundum est, facere damni mavolo,
Quam opprobramentum aut flagitium mulierbre effetri domo:
Me tibi illam posse opinor luculente vendere.

C. Dum

C. Dum quidem hercle ne minoris vendas, quam
ego emi, pater. (mihi, 90
D. Tace modo, ſenex eſt quidam, qui olim mandavit
Ut emerem ad iſtam faciem. C. at mihi quidam ado-
leſcens, pater,
Mandavit ad illam faciem, ita ut illa eſt, mulierem
emerem ſibi.
D. Viginti minis opinor poſſe me illam vendere.
C. At ego ſi velim, jam dantur ſeptem & viginti
minæ.
D. At ego. C. quin ego, inquam. D. at neſcis, quid
dicturus ſum, tace. (ſient. 96
Treis minas accudere etiam poſſum, ut triginta
C. Quo vortiſti? D. ad illum qui emit. C. ubi-
nam eſt homo gentium?
D. Eccum illum video; jubet quinque me addere
etiam nunc minas
C. Hercle illunc dii infelicent, quiſquis eſt. D. ibi-
dem mihi (mihi. 100
Etiam nunc annutat, addam ſex minas. C. ſeptem
Nunquam edepol me vincet hodie. commodis po-
ſcit, pater.
D. Nequicquam poſcit, ego habebo. C. at illic pol-
licitus eſt prior.
D. Nihili facio. C. Quinquaginta poſcit. D. non
centum datur. (tiam?
Potine, ut ne licitere advorſum animi mei ſenten-
Maxumam hercle habebis prædam. ita ille eſt, quoi
emitur, ſenex. 105
Sanus non eſt ex amore illius; quod poſces, feres.
C. Certo edepol adoleſcens ille, quoi ego emo,
eſſlictim perit
Ejus amore. D. multo hercle ille magis ſenex, ſi
tu ſcias. (nior
C. Nunquam edepol fuit, neque fiet ille ſenex inſa-
Ex amore, quam ille adoleſcens, quoi ego do hanc
operam, pater. 110
D. Quieſce, inquam, iſtanc rem ego recte videro.
C. quid agis? D. quid eſt?
C. Non ego illam mancupio accepi. D. ſed ille il-
lam accepit. fine.
C. Non potes tu lege vendere illam. D. ego aliquid
videro.

Digitized by Google

C. Post autem communis est illa mihi cum alio; quî scio.
Quid sit ei animi, vænirene eam velit, an non velit?
D. *Ego scio velle. C. at pol ego esse credo aliquem, qui non velit.*
D. Quid id mea refert? C. quia illi suam rem esse æquum est in manu.
D. Quid ais? C. communis mihi illa est cum alio? is nunc hic non adest.
D. Prius respondes, quam rogo. C. prius tu emis, quam vendo, pater.
Nescio, inquam, velit ille illam, nec ne, abalienarier.
D. Quid illic quidem, qui mandavit, cum ille nolet? nihil agis.
Nunquam edepol quisquam illam habebit potius, quam ille, quem ego volo.
Certum est. C. censen' certum esse? D. quin ad navim jam hinc eo.
Ibi venibit. C. vin'me tecum illo ire? D. nolo. non placet.
Meliu'st te, quæ sunt mandatæ res tibi, prævortier.
C. Tu prohibes. D. at tu excusato, te feciſſe sedulo.
Ad portum ne bitas, dico jam tibi. C. auscultabitur.
D. Ibo ad portum, & ne hic resciscat cauto opu'st: non ipse emam,
Sed Lysimacho amico mandabo, is se ad portum dixerat
Ire dudum. me moror, cum hic asto. C. nullus sum. occidi.

ACTUS II. SCENA VI.

CHARINUS, EUTYCHUS.

Pentheum diripuisse ajunt Bacchas: nugas maximas (hor.
Fuisse credo, præut quo pacto ego divorsus distra-
Cur ego vivo? cur non morior? quid mihi est in vita boni?
Certum est, ibo ad medicum, atque me ibi toxico morti dabo. (vere. §
Quando mihi adimitur, qua causa vitam cupio vi-
E. Mane, mane obsecro, Charine. C. qui me revocat? E. Eutychus,
Tuus amicus, & sodalis, simul vicinus proximus.

C. Non

C. Non tu ſcis, quantum malarum rerum ſuſti-
neam? E. ſcio. (ſcio.
Omnia ego iſtæc auſcultavi ab oſtio, omnem rem
C. Quid id eſt, quod ſcis? E. tuus pater vult ven-
dere. C. omnem rem tenes.
E. Tuam amicam. C. nimium multum ſcis. E. tuis
ingratiis.
C. Plurimum tu ſcis: ſed qui ſcis eſſe amicam il-
lam meam?
E. Tute heri ipſus mihi narraſti. C. ſatin', ut ob-
litus fui,
Tibi me narraviſſe? E. haud mirum factum eſt.
C. te nunc conſulo.
Reſponde, quo leto cenſes me ut peream potiſſu-
mum?
E. Non taces? cave iſtuc dixis. C. quid vis me igi-
tur dicere? (volo.
E. Vin' patri ſublinere pulcre me os tuo? C. ſane
E. Viſne eam ad portum? C. qui potius, quam ve-
les? E. atque eximam
Mulierem precio? C. qui potius, quam auro ex-
pendas? E. unde at erit id?
C. Achillem orabo, aurum mihi det, Hector qui
expenſus fuit?
E. Sanun' es? C. pol ſanus ſi ſim, non te medi-
cum mihi expetam.
E. Tanti quanti poſcit, vin' tanti illam emi? C. au-
ctarium
Adjicito, vel mille nummûm plus quam poſcet.
E. jam tace.
Sed quid ais? unde erit argentum, quod des, cum
poſcet pater? (ſy
C. Invenietur, exquiretur, aliquid fiet. E. enicas.
Jam iſtuc aliquid fiet, metuo. C. quin taces? E. mu-
to imperas.
C. Satin' iſtuc mandatu' ſt? E. potin', ut aliud cu-
res? C. non poteſt.
E. Bene vale. C. non ædepol poſſum, prius quam
tu ad me redieris.
E. Melius ſanus ſis. C. vale, & vince, & me ſer-
va. E. ego fecero.
Domi maneto me. C. ergo actutum face cum præ-
da recipias.

ACTUS III. SCENA I.

LYSIMACHUS, PASICOMPSA.

A Mice amico operam dedi, vicinus quod rogavit,
Hoc emi mercimonium, mea es tu, sequere sane.
Ne plora nimis, stulte facis, oculos corrumpis tales.
Quid? tibi quidem quod rideas magis est, quam ut lamentere.
P. Amabo ecastor, mi senex, eloquere. L. exquire quid vis. (facias, &
P. Cur emeris me. L. tene ego? ut quod imperetur
Item quod tu mihi imperes, ego faciam. P. facere certum est,
Pro copia & sapientia, quæ te velle arbitrabor.
L. Laborioſe nihil tibi quicquam operis imperabo.
P. Namque edepol equidem, mi senex, non didici bajulare, 10
Nec pecua ruri pascere, neque pueros nutricare.
L. Bona si esse vis, bene erit tibi. P. tum pol ego perii misera.
L. Qui? P. quia illim unde advecta huc sum, malis bene esse solitum'st:
Nec mos meu'st ut prædicem, quod ego omnes scire credam.
L. Oratio edepol pluris est hujus, quam quanti hæc emta est: 15
Quasi dicas nullam mulierem bonam esse. P. haud equidem dico. (debo.
L. Rogare hoc unum te volo. P. roganti respon-
L. Quid ais tu? quod nomen tibi dicam esse? P. Pasicompsæ.
L. Ex forma nomen inditum est. sed quid ais, Pasicompsa? (20
Possin' tu, si usus venerit, subtemen tenue nere?
P. Possim. L. si tenue scis, scio te uberius posse nere.
P. De lanificio neminem metuo, una ætate quæ sit.
L. Bonam hercle te, & frugi arbitror, matura jam inde ætate,
Quoniam scis facere officium tuum, mulier. P. Pol docta didici.
Operam accusari non sinam meam. L. hem istæc hercle res est. (ginta 26
Tibi ancillam dabo natam annos sexa-

Peculia-

Digitized by Google

Peculiarem. P. mi ſenex, tam vetulam? L. generis Græci eſt.
Eam ſi curabis, perbona eſt, tondetur nimium ſcite.
P. Honoris cauſſa quicquid eſt, quod dabitur, gratum habebo. (bitrere.
L. Nunc mulier, ne tu fruſtra ſis, mea non es, ne at-
P. Dic igitur quæſo, quoia ſum? L. tuo hero redempta es rurſum.
Ego redemi te, ille me oravit. P. animus rediit.
Si mecum ſervatur fides. L. bono animo es. liberabit
Ille te, homo; edepol deperit, atque hodie primum vidit.
P. Ecaſtor jam biennium eſt, cum mecum rem cœpit:
Nunc quando amicum te ſcio eſſe illius, indicabo.
L. Quid ais tu, jam biennium eſt, cum tecum habet rem? P. certo. (cum,
Et inter nos conjuravimus, ego cum illo, & ille me-
Ego cum viro, & ille cum muliere, niſi cum illo, aut ille mecum, (tales!
Neuter ſtupri cauſſa caput limaret. L. dii immor-
Etiam cum uxore non cubet? P. amabo, an maritus ille eſt?
Neque eſt, neque erit. L. nolim quidem. P. homo hercle perjuravit.
Nullam adoleſcentem plus amo. L. puer eſt ille quidem, ſtulta. (derunt
Nam illi quidem haud ſane diu eſt cum dentes exci-
P. Quid dentes? L. nihil eſt. ſequere ſis huc me. diem unum oravit,
Ut apud me perhiberem locum ideo, quia uxor ruri eſt.

ACTUS III. SCENA II.

DEMIPHO.

TAndem impetravi, ut egomet me corrumperem.
Empta eſt amica clam uxore mea, & filio.
Certum eſt, antique recolam, & ſervibo mihi.
Decurſo in ſpacio, breve quod vitæ reliquum eſt,
Voluptate, vino & amore delectavero.
Nam hanc ſe bene ætatem nimio eſt æquius.
Adoleſcens cum ſis, tum, cum eſt ſanguis integer,

Digitized by Google

Rei mæ quærendæ convenit operam dare.
Demum igitur cum ſenex ſis, tunc in otium
Te colloces, dum poteſtur, id jam lucro eſt
Quod vivis. hoc, ut dico, factis perſequar.
Interea tamen huc intro ad me inviſam domum.
Uxor me expectat jamdudum eſuriens domi.
Jam jurgio enicabit ſi intro rediero.
Verum hercle poſtremo utut eſt, non ibo tamen,
Sed hunc vicinum prius conveniam, quam domum
Redeam: ut mihi ædeis aliquas conducat volo,
Ubi habitet iſtæc mulier. atque eccum it foras.

ACTUS III. SCENA III.

LYSIMACHUS, DEMIPHO.

ADducam ego illum jam ad te, ſi convenero.
D. Me dicis? L. quid ais Demipho? D. eſt mulier domi?
L. Quid cenſes? D. quid ſi viſam? L. quid properas? mane.
D. Quid faciam? L. quod opus eſt facto, facito ut cogites. (exiſtumo,
D. Quid cogitem? equidem hercle opus hoc facto
Ut illuc introeam. L. itane vero vervex introeas?
D. quid aliud faciam? L. prius hoc auſculta atque ades.
Prius etiam eſt, quod te facere æquum cenſeo.
Nam nunc ſi illo introieris, amplecti voles,
Confabulari atque oſculari. D. tu quidem
Meum animum geſtas, ſcis quid acturus ſiem.
L. Pervorſe facies. D. quodne ames? L. tanto minus:
Jejunitatis plenus, anima fœtida,
Senex hircoſus, tu oſculere mulierem?
Utine adveniens vomitum excutias mulieri?
D. Scio pol te amare, quom iſtæc præmonſtras mihi.
Quid ſi igitur (unum factum hoc ſi cenſes) coquum
Aliquem arripiamus, prandium qui percoquat
Apud te hic uſque ad veſperum? L. hem! iſtuc cenſeo.
Nunc tu ſapienter loquere, atque amatorie.
D. Quid ſtamus? quin ergo imus? atque obſonium
Curamus, pulcre ut ſimus? L. equidem te ſequor,
Atque hercle invenies tu locum illi, ſi ſapis.

Nullum

Nullum hercle præter hunc diem, illa apud me erit:
Metuo ego uxorem, cras si rure redierit,
Ne illam hic offendat. D. res parata est; sequere me.

ACTUS III. SCENA IV.

CHARINUS, EUTYCHUS.

SUmne ego homo miser, qui nusquam bene queo quiescere?
Si domi sum, foris est animus: sin foris sum, animus domi est:
Ita mihi in pectore atque in corde facit amor incendium.
Ni oculos lacrumæ defendant, jam ardeat credo corpus:
Spem teneo, salutem amisi, redeat, an non, nescio.
Si opprimit pater, (quod dixit) exsulatum abiit salus.
Sin sodalis, quod promisit, fecit, non abiit salus.
Sed tandem, si podagrosis pedibus esset Eutychus,
A portu rediisse potuit. id illi vitium maximum'st,
Quod nimis tardus est, advorsum mei animi sententiam.
Sed isne est, quem currentem video? ipsus est ibo obviam.
Divûm atque hominum, quæ spectatrix atque hera eadem es hominibus,
Spem speratam cum obtulisti hanc mihi, tibi grates ago.
Nunquid restat? eheu disperii! vultus neutiquam hujus placet:
Tristis incedit, pectus ardet, hæreo, quassat caput.
Eutyche. E. heu Charine! C. priusquam recipias anhelitum,
Uno verbo eloquere, ubi ego sum? hiccine, an apud mortuos?
E. Neque apud mortuos, neque hic es. C. salvus sum, immortalitas
Mihi data est hic emit illam. pulchre os sublevit patri.
Impetrabilior qui vivat, nullus est. dic obsecro,
Si neque hic, neque Acherunti sum, ubi sum? E. nusquam gentium.
C. Disperii! illæc interemit me modo oratio.
Odiosa est oratio, cum rem agas, longinquum loqui.
Quicquid est, ad capita rerum perveni. E. primum omnium
Periimus. C. quin tu illud potius nuncias, quod nescio.

E. Mu-

E. Mulier alienata eſt abs te. C. Eutyche, capitale facis,
E. Qui? C. quia æqualem & ſodalem civem liberum enicas.
E. Ne dii ſirint! C. demiſiſti gladium in jugulum, jam cadam.
E. Quæſo hercle, animum ne deſponde, C. nullus eſt quem deſpondeam.
Loquere porro aliam malam rem: quoi eſt empta? E. neſcio.
Jam addicta, atque abducta erat, cum ad portum venio. C. væ mihi! (jacis.
Montes tu quidem mali in me ardentes jamdudum
Perge, excrucia carnifex, quandoquidem occœpiſti ſemel. (die fuit
E. Ne tibi iſtuc magis dividiæ eſt, quam mihi hoC. Dic, quis emit? E. neſcio hercle. C. hem! iſtuccine eſt operam d re
Bonum ſodalem? E. quid me facere vis? C. idem, quod me vides, (foret,
Ut pereas. quin percontatus, hominis quæ facies
Qui illam emiſſet? eo ſi pacto poſſet indagarier
Mulier. E. heu me miſerum! C. flere omitte, iſtuc quod nunc agis. (tuam.
E. Quid ego feci? C. perdidiſti me & fidem meEum
E. Dii ſciunt culpam meam iſtanc non eſſe ullam. C. euge papæ! (tibi?
Deos abſentes teſtes memoras: qui ego iſtuc credam
E. Quin tibi in manu eſt, quod credas: ego quod dicam, id mihi mea in manu eſt.
C. De iſtac re argutus es, ut par pari reſpondeas:
Ad mandata claudus, cœcus, mutus, mancus, debilis.
Promittebas te os ſublinere meo patri. egomet credidi (mo.
Homini docto rem mandare. is lapidi mando maxuE. Quid ego facerem? C. quid tu faceres? men rogas? requireres,
Rogitares, quis eſſet, aut unde eſſet, qua proſapia,
Civiſne eſſet, an peregrinus. E. civem eſſe ajebant Atticum.
C. Ubi habitaret, invenires ſaltem, ſi nomen nequis.
E. Nemo ajebat ſcire. C. at ſaltem hominis faciem exquireres.

E. Feci,

Digitized by Google

E. Feci. C. qua forma eſſe ajebant ergo? E. ego dicam tibi:
Canum, varum, ventrioſum, bocculentum, breviculam,
Subnigris oculis, oblongis malis, panſam aliquantulum. 55
C. Non hominem mihi, ſed theſaurum, neſcio quem, memoras mali.
Nunquid eſt, quod dicas aliud de illo? E. tantum quod ſciam.
C. Edepol næ ille oblongis malis dedit mihi magnum malum.
Non poſſum durare: certum eſt exulatum hinc ire me
Sed quam capiam civitatem, cogito potiſſumum: 60
Megara, Eretriam, Corinthum, Chalcidem, Cretam, Cyprum,
Sicyonem, Gnidum, Zacynthum, Lesbiam, Bœotiam.
E. Cur iſtuc cœptas conſilium? C. quia enim me afflictat amor.
E. Quid tu ais? quid, cum illuc, quo nunc ire paritas, veneris? 65
Si ibi amare forte occipias, atque item ejus ſit inopia,
Jam inde porro aufugies: deinde item illinc, ſi item evenerit.
Quis modus tibi exilio tandem eveniet? qui finis fugæ?
Quæ patria aut domus tibi ſtabilis eſſe poterit? dic mihi.
Cedo ſi hac urbe abis, amorem te hic relicturum putas?
Si id forte ita, ſat animo acceptum eſt, id procerto ſi habes. 70
Quanto te ſatius eſt, rus aliquo abire, ibi eſſe, ibi vivere,
Adeo dum illius te cupiditas atque amor miſſum facit?
C. Jam dixiſti? E. dixi. C. fruſtra dixti. hoc mihi certiſſimum eſt;
Eo domum, patrem atque matrem, ut meos ſalutem, poſtea
Clam patrem patria hac eſlugiam, aut aliquid capiam conſilii. 75
E. Ut corripuit ſe repente, atque abiit! heu miſero mihi!
Si ille abierit, mea factum omnes dicent eſſe ignavia.
Certum eſt præconum jubere jam quantum eſt conducier,
Qui illam inveſtigent, qui inveniant. poſt ad prætorem illico

Ibo, orabo ut conquisitores det mihi in vicis omnibus:
Nam mihi nihil relicti quicquam aliud jam esse intellego.

ACTUS IV. SCENA I.

DORIPPA *mulier*, SYRA *anus*.

QUoniam à viro ad me rus advenit nuncius,
Rus non iturum, feci ego ingenium meum,
Reveni, ut illum persequar, qui me fugit.
Sed anum non video consequi nostram Syram,
Atque eccam, incedit tandem. quin is ocius?
S. Nequeo mecastor, tantum hoc oneris est, quod fero.
D. Quid oneris? S. annos octoginta, & quatuor:
Et eodem accedit servitus, sudor, sitis:
Simul hæc, quæ porto, deprimunt. D. aliquid cedo,
Quî hanc vicini nostri aram augeam, Syra.
S. Da sane hanc virgam lauri. D. abi jam tu intro. S. eo.
D. Apollo, quæso te, ut des pacem propitius,
Salutem & sanitatem nostræ familiæ,
Meoque ut parcas gnato pace propitius.
S. Disperii, perii misera, væ miseræ mihi!
D. Satin' tu sana es, obsecro? quid ejulas?
S. Dorippa mea, Dorippa! D. quid clamas, obsecro?
S. Nescio quæ est mulier intus hic in ædibus.
D. Quid? mulier? S. mulier meretrix. D, veron? S. serio.
Nimium scis sapere, ruri quæ non manseris.
Quamvis insipiens poterat persentiscere
Illam esse amicam tui viri bellissimi.
D. Credo mecastor. S, i hac mecum, ut videas simul
Tuam Alcumenam pellicem, Juno mea.
D. Ecastor vero istuc eo quantum potest.

ACTUS IV. SCENA II.

LYSIMACHUS.

PArumne est; malæ rei, quod amat Demipho,
Ni sumptuosus insuper etiam siet?
Decem vocasset si ad cœnam summos viros,
Nimium obsonavit, sed coquos, quasi in mari
Solet hortator remiges hortarier,
Ita hortabatur: egomet conduxi coquum:

Sed

Digitized by Google

sed eum demiror non venire, ut jusseram
sed qui hinc nam à nobis exit? aperitur foris,

ACTUS IV. SCENA III.

DORIPPA *mulier*, LYSIMACHUS *vir.*

MIserior mulier me nec fiet, nec fuit,
Tali viro quæ nupserim. heu miseræ mihi!
Hem! quo te, & tu quæ habeas, commendas viro?
Hem! cui decem talenta dotis detuli,
Hæc ut viderem! ut ferrem has contumelias!
L. Perii hercle. rure jam rediit uxor mea:
Vidisse eam credo mulierem in ædibus.
Sed quæ loquatur, exaudire hinc non queo.
Accedam propius. D. væ miseræ mihi! L. immo (miser. 10
mihi.
D. Disperii! L. ego quidem hercle oppido perii.
Vidit. ut omnes te Demipho di perduint.
D. Pol hoc est, ire quod rus meus vir noluit.
L. Quid nunc ego faciam, nisi ut adeam, atque al-
loquar?
Jubet salvere suus vir uxorem suam.
Urbani fiunt rustici. D. pudicius
Facient illi, quam qui non fiunt rustici.
C. Nunquid delinquunt rustici? D. ecastor minus
Quam urbani, & multo minus mali quærunt sibi.
L. Quid autem urbani deliquerunt? dic mihi.
D. Quoia illa mulier intus est? L. vidistine eam?
D. vidi. L. quoia ea sit, rogitas? D. resciscam tamen.
Cupio hercle scire: sed tu me tentas sciens?
L. Vin' dicam quoia est illa? illa ædepol. væ mihi!
Nescio quid dicam. D. hæres? L. haud vidi magis.
D. Quin dicis? L. quin, si liceat. D. dictum opor-
tuit.
L. Non possum, ita instas, urges quasi pro noxio.
D. Scio, innoxius audacter quamvis dicito. L. dicam.
D. Dic igitur. L. ego dicam. D. atqui dicundum
est tamen. (agis.
L. Illa est. num etiam vis nomen dicam? D. nihil
Manifesto teneo, innoxia es. L. qua noxia?
Ista quidem illa est. D. quæ illa est? L. illa. D. io
illa!
L. Jam si nihil usus esset, jam non dicerem.
D. Non tu scis, quæ sit illa? L. immo etiam scio.

De-

De istae sum judex captus. D. Judex? jam scio.
Hac tu in consilium istam advocavisti tibi!
L. Immo sic sequestro mihi data est D. intellego.
L. Nihil hercle istius quicquam est. D. numero pergitas.
L. Nimium negotii repperi. enimvero hæreo.

ACTUS IV. SCENA IV.

COQUUS, LYSIMACHUS, DORIPPA, SYRA.

AGite, ite actutum. nam mihi amatori seni
Coquenda'st cœna. atq; equidem cum recogito,
Nobis coquenda est, non quoi conducti sumus:
Nam qui amat, quod amat, si id habet, id habet pro cibo:
Videre, amplectier, osculari, alloqui.
Sed nos confido onustos redituros domum.
Ite hac. sed eccum, qui nos conduxit, senex.
L. Ecce autem perii! coquus adest. C. advenimus.
L. Abi. C. quid abeam? L. 'st! abi. C. ne abeam
L. abi.
C. Non estis cœnaturi? L. jam saturi sumus.
Sed interii? D. quid ais tu? etiamne hæc illi tibi
Jusserunt ferri, quos inter judex datus?
C. Hæccine tua est amica, quam dudum mihi
Te amare dixti, cum obsonabas? L. non taces?
C. Satis scitum filum mulieris. verum hercle, (lus.
avet.
L. Abit' dierectus? C. haud mala est. L. at tu ma-
C. Scitam hercle, opinor, satis concubinam hanc.
L. non abis?
Non ego sum, qui te dudum conduxi. C. quid est?
Immo hercle tu istic ipsus. L. væ misero mihi,
C. Nempe uxor ruri est tua, quam dudum dixeras
Te odisse æque atque angueis. L. egon' istuc dixi tibi?
C. Mihi quidem hercle. L. ita me amabit Juppiter,
Uxor, ut ego illud nunquam dixi. D. etiam negas?
C. Non te odisse ajebat, uxorem verum suam.
D. Palam istæc fiunt te me odisse. L. quin nego.
C. Et uxorem suam ruri esse ajebat. L. hæc ea est.
Quid mihi molestus? C. quia me non noviſſe ais.
Ni metuis tu istanc? L. sapio. nam mihi unica est

C. Vin'

C. Vin' me experiri? L. nolo. C. mercedem cedo.
L. Cras petito, dabitur. nunc abi. D. heu miseræ mihi!
Nunc ego verum illud verbum esse experior vetus:
ALIQUID mali esse propter vicinum malum.
C. Cur hic astamus? quin abimus? incommodi
Si quid tibi evenit, id non est culpa mea.
L. Quin me eradicas miserum. C. scio jam, quid velis. (ibitur,
Nempe hinc me abire vis. L. volo; inquam. C. ab-
Drachmam dato. L. dabitur. C. dari ergo sis jube.
Dari potest interea dum illi ponunt. L. quin abis?
Potin' ut molestus ne sis? C. agite, apponite
Obsonium istuc ante pedes illi seni.
Hæc vasa, aut mox, aut cras jubebo abs te peti.
Sequimini. L. fortasse te illum mirari coquum,
Quod venit, atque hæc attulit, dicam quid est.
D. non miror, si quid damni facis, aut flagitii.
Nec pol ego patiar, sic me nupsam tam male,
Meaque in ædes sic scorta obductarier.
Syra, i, rogato meum patrem verbis meis,
Ut veniat ad me jam simul tecum S. eo.
L. Nescis negotii quid sit, uxor, obsecro?
Conceptis verbis jam jusjurandum dabo,
Me nunquam quicquam cum illa. jamne abiit Syra?
Perii hercle! ecce autem hæc abiit, væ misero mihi!
At te, vicine, dii deæque perduint,
Tua cum amica, cumque amationibus:
Suspicione implevit me indignissume.
Concivit hostes: domi uxor est acerruma.
Ibo ad forum, atque Demiphoni hæc eloquar,
Me istanc capillo protracturum esse in viam,
Nisi hinc abduxit, quo vult, ex hisce ædibus.
Uxor! heus uxor! quanquam tu irata es mihi,
Jubeas, si sapias hæc intro hinc auferrier:
Eadem licebit mox cœnare rectius.

ACTUS IV. SCENA V.

SYRA *serva*, EUTYCHUS.

HEra, quo me misit ad patrem, non est domi.
Rus abiisse ajebant: nunc demum renuncio.
E. Defessus sum urbem totam pervenarier.
Nihil investigo quicquam de illa muliere.
Sed mater rure rediit. nam video Syram

Adare

Astare ante ædeis. Syra! S. quis est qui me vocat?
E. Herus atque aluminus tuus sum. S. salve, alumne mi.
E. Jam mater rure rediit? responde mihi.
S. Sua quidem salute, ac familiæ maxuma.
E. Quid istuc negotii est? S. tuus pater bellissume
Amicam adduxit intro in ædis. E. quomodo? id
S. Adveniens mater rure eam offendit domi,
E. Pol haud censebam istarum esse operarum patrem.
Etiam nunc mulier intu'st? S. etiam. E. sequere me.

ACTUS IV. SCENA VI.

SYRA

E Castor lege dura vivant mulieres,
Multoque iniquiore miseræ, quam viri.
Nam si vir scortum duxit clam uxorem suam,
Id si rescivit uxor, impune est viro.
Uxor, viro si clam domo egressa est foras,
Viro fit caussa, exigitur matrimonio.
Utinam lex esset eadem, quæ uxori est, viro:
Nam uxor contenta est, quæ bona est, uno viro;
Qui minus vir una uxore contentus siet?
Ecastor faxim, si itidem plectantur viri,
Si quis clam uxorem duxerit scortum suam,
Ut illæ exiguntur, quæ in se culpam commerent;
Plures viri sint vidui, quam nunc mulieres.

ACTUS V. SCENA I.

CHARINUS.

L Imen superum inferumque salve, simul autem vale. (pedem.
Hunc hodie postremum extollo mea domo patria
Usus, fructus, victus, cultus jam mihi haruncce ædium
Interemptu'st, interfectu'st, alienatu'st. occidi!
Dii penates meûm parentum, familiæque Lar pater,
Vobis mando parentum meûm rem bene ut tueamini. (rem,
Ego mihi alios deos penates persequar, alium La-
Aliam urbem, aliam civitatem; ab Atticis abhorreo;
Nam ubi mores deteriores increbescunt indies,
Ubi, qui amici, qui infideles sint, nequeas pernoscere, Ubi

Ubiq; id eripiatur, animo tuo quod placeat maxume:
Ibi quidem si regnum detur, non est cupita civitas.

ACTUS V. SCENA II.

EUTYCHUS, CHARINUS.

DIvûm atque hominum quæ spectatrix atque
hera eadem es hominibus
Spem speratam quoniam obtulisti hanc mihi, gra-
tes ago. (fuat?
Ecquis nam deus est, qui mea nunc lætus lætitia
Domi erat quod quæritabam: ibi sex sodales rep-
peri, (cum.
Viram, amicitiam, civitatem, lætitiam, ludum, jo-
Eorum inventa, res decem simitu pessimas pessun-
dedi,
Iram, inimicitiam, stultitiam, exitium, pertinaciam,
Mœrorem, lacrumas, exilium, inopiam, solitudinem.
Date dî quæso conveniendi mihi ejus celerem co-
piam.
C. Apparatus sum, ut videtis: abjicio superbiam.
Egomet mihi comes, calator, equus, agaso, armiger:
Egomet sum mihi imperator, idem egomet mihi
obedio: (es?
Egomet mihi fero, quod usu 'st. ô Cupido, quantus
Nam tu quemvis confidentem facile tuis factis facis,
Eundem ex confidente actutum diffidentem denuo.
E. Cogito, quonam ego illum curram quæritatum.
C. certa re 'st, (gentium:
Me usque quærere illam, quoquo hinc abducta est
Neque mihi ulla obsistet amnis, neque mons, neque
adeo mare,
Nec calor; nec frigus metuo, neque ventum, neque
grandinem. (20
Imbrem perpetiar, laborem sufferam, solem, sitim.
Non concedam, neque quiescam usquam noctu, ne-
que interdius,
Prius profecto, quam aut amicam, aut mortem in-
vestigavero. (voco
E. Nescio quoia vox ad aurem mihi advolavit. C. in-
Vos Lares viales, ut me bene juvetis. E. Juppiter!
Estne illic Charinus? C. cives, bene valete. E. illico
Sta, Charine. C. qui me revocat? E. spes, salus,
victoria. 26

C. Quid

C. Quid me voltis? E. ire tecum. C. alium comitem quærite,
Non amittunt hi me comites, qui tenent. E. qui sunt ei
C. Cura, miseria, ægritudo, lacrumæ, lamentatio.
E. Repudia istos comites, atque hoc respice, & revortere. (illico. 31
C. Siquidem mecum fabulari vis, subsequere. E. ita
C. Male facis, properantem qui me commorare: sol abit. (rectius.
E. Si huc item properas, ut istuc properas, facias
Huc secundus ventus nunc est, cape modo vorsoriam.
Hic favonius serenus 'st, istic auster imbricus: 35
Hic facit tranquillitatem, iste omnes fluctus conciet.
Recipe te ad terram Charine, huc non ex adverso vides? (ram,
Nubis ater imberque instat. aspice nunc ad sinistCœlum ut splendore est plenum, ex adverso vides,
C. Religionem illic objecit, recipiam me illuc.
E. sapis, (pedem, 41
Charine. contra pariter fer gradum, & confer
orrige brachium, prehende. jam tenes? C. teneo
E. tene.
Quo nunc ibas? C. exulatum. E. quid ibi facere vis? C. quod miser.
E. Ne pave, restituam jam ego te in gaudia antequam is. C eo. (deas. 45
E. Maxume quod vis audire, id audies quod gau-
Sta illico. amicus advenio multum benevolens.
C. quid est?
E. Tuam amicam. C. quid eam? E. ubi sit, ego scio. C. tun'? obsecro?
E. Sanam, & salvam. C. ubi eam salvam? E. quo ego scio. C. ego me mavelim.
E. Potin' ut animo sis tranquillo? C. quid si animus fluctuat? (me.
E. Ego istum in tranquillo & tuto sistam tibi; ne ti-
C. Obsecro te, loquere nunc ubi sit, ubi eam videris.
Quid taces? dic. enicas me miserum tua reticentia.
E. Non longe hinc abest. C. quin ergo commonstras, si tu vides?
E. Non video hercle nunc, sed vidi modo. C. quin ego videam, facis?

E. Fa-

Digitized by Google

E. Faciam. C. longinquom istuc amanti est. E. etiam metuis? C. omnia. (is est, 59
E. Commonstrabo: amicior mihi nullus vivit, atque
Qui illam habet, neque est quoi magis me velle melius æquum fiet.
C. Non curo istunc, illam quæro. E, de illa ergo ego dico tibi.
Sane hoc non in mentem venit dudum, uti tibi.
C. Dic igitur, ubi illa est? E. in nostris ædibus.
C. ædis próbas, 65
Si tu vera dicis, pulchreque ædificatas arbitror.
Sed quid ego istuc credam? vidistin'? an de auditu nuncias?
E. Egomet vidi. C. quis eam adduxit ad vos? quis?
E. inique rogas.
C. Vera dicis. E. nihil, Charine, te quidem quicquam pudet: (fiet. 69
Quid tua refet, quicum istac venerit? C. dum istuc
E. Est profecto. C. opta ergo ob istunc nuncium, quid vis tibi. (copiam.
E. Quid si optabo? C. deos orato, ut ejus faciant
E. Derides. C. servata res est demum, si illam videro.
Sed quin ornatum hunc rejicio? heus aliquis, heus actutum huc foras
Exite, illinc pallium mihi hucferte. E. hem nunc tu mihi ut places! 70
C. Optime adveniens puere, cape chlamydem, atque hæc. istinc sta illico:
Ut, si hæc non sint vera, inceptum hoc itiner perficere exequar.
E. Non mihi credis? C. omnia equidem credo, quæ dicis mihi. (lisper mane.
Sed quin introducis me ad eam, ut videam? E. pau-
C. Quid monebo? E. tempus non est introeundi.
C. enicas. (de mihi, 75
E. Non opus est inquam nunc intro te ire. C. respon-
Qua causa? E. operæ non est. C. cur? E. quia non est illi commodum,
C. Itane commodum illi non est? quæ me amat, quam ego contra amo.
Omnibus hic ludificatur me modis. ego stultior 80
Qui isti credam. cum moratur, chlamydem sumam denuo.

Digitized by Google

E. Mane parumper, atque hoc audi. C. cape sis, puer, hoc pallium.
E. Mater irata est patri vehementer, quia scortum sibi
Ob oculos adduxerit in ædis, dum ruri ipsa abest.
Suspicatur illam amicam esse illi. C. zonam sustuli.
E. Eam nunc rem exquirit intus. C. jam machæra est in manu.
E. Nam si eo te introducam. C. tollo ampullam, atque hinc eo.
E. Mane, mane Charine. C. erras, me decipere haud potes.
E. Neque ædepol volo. C. quin tu ergo itinere exequi meum me sinis?
E. Non sino. C. ego me moror: tu puere, abi hinc intro occius.
Jam in currum escendi, jam lora in manus cepi meas.
E. Sanus non es? C. quin, pedes, vos in curriculum conjicitis
In Cyprum recta, quandoquidem pater mihi exilium parat.
E. Stultus es, noli istuc quæso dicere. C. certum 'st.
Operam ut sumam ad pervestigandum, ubi sit illæc.
E. quin domi est.
C. Nam hic quod dixit, id mentitus est. E. vera dixi equidem tibi.
C. Jam Cyprum veni. E. quin sequere, ut illam videas quam expetis.
C. Percontatus non inveni. E. matris jam iram neglego.
C. Porro proficiscor quæsitum. nunc perveni Chalcidem.
Video ibi hospitem Zacyntho, dico quid eo adve nerim,
Rogito quis eam vexerit, quis habeat, si ibi inaudierit. 100
E. Quin tu istas omittis nugas, ac mecum huc intro ambulas?
C. Hospes respondit Zacyntho sicos fieri non malas.
E. Nihil mentitus est. C. sed de amica sese inaudisse autumat,
Hic Athenis esse. E. Chalcas iste quidem Zacynthius 'st.
C. Navem conscendo, proficiscor illico, jam sum domi,
Jam redii exilio. salve mi sodalis Eutyche.

Digitized by Google

Ut valuisti? quid parentes mei valent? cœna dabitur.
Bene vocas, benigne dicis: cras apud te nunc domi,
Sic decet, sic fieri oportet. E. eho! quæ tu somnias?
Hic homo non sanus est. C. medicari amicus quin
properas? 110
E. Sequere sis. C. sequor. F. clementer, quæso,
calces deteris. (ni volo
Audin' tu? C. jamdudum audivi. E. pacem compo-
Meo patri cum matre: nam nunc est irata. C. i modo.
E. Propter istanc. C. i modo. E. ergo cura. C. quin
tu ergo i modo. (no Jovi. 115
Tam propitiam reddam, quam cum propitia est Ju-

ACTUS V. SCENA III.

DEMIPHO, LYSIMACHUS.

QUasi tu nunquam quicquam assimile hujus fac-
feceris.
L. Edepol nunquam: cavi ne quid facerem. vix vi-
vus sum miser! (cet.
Nam mea uxor propter illam tota in fermento ja-
D. At ego expurgationem habebo, ut ne succen-
seat.
L. Sequere me. sed exeuntem filium video meum.

ACTUS V. SCENA VI.

EUTYCHUS, LYSIMACHUS DEMIPHO.

AD patrem ibo, ut matris iram sibi esse sedatam
sciat.
Jam redeo. D. placet principium. Quid agis? quid
fit, Eutyche? (rei est?
E. Optima opportunitate ambo advenistis. L. quid
E. Uxor tibi placida, & pacata'st. certe dextras
nunc jam. (cio 5
L. Di me servant. E. tibi amicam nullam esse nun-
D. Di te perdant. quid negotii est nam quæso istuc?
E. eloquar. (operam damus.
Animum advortite igitur ambo. L. quin tibi ambo
E. Qui bono sunt genere nati, si sunt ingenio malo.
Suopte culpam genere capiunt: genus ingenio im-
probant.
D. Verum dicit hic. L. tibi ergo dicit. E. eo illud
verum est magis. 10

Digitized by Google

Nam te iſtac ætate haud æquum fuerat, filio tuo
Adoleſcenti amanti, amicam emptam argento eri-
pere ſuo. (lat malus?
D. Quid tu ais? Charini amica eſt illa? E. ut diſſimu-
D. Ille quidem illam ſeſe ancillam matri emiſſe
dixerat. (tus puer.
E. Propterea igitur tu mercatus? novus amator, ve-
L. Optime hercle: perge, ego aſſiſtam jam hinc al-
trinſecus.
Quibus eſt dictis dignus, uſque oneremus ambo.
D. nullus ſum.
L. Filio ſuo qui innocenti fecit tantam injuriam.
E. Quem quidem hercle ego, in exilium cum iret,
reduxi domum. (larva?
Nam ibat exulatum. D. an abiit? L. etiam loquere,
Temperare iſtac ætate iſtis decebat artibus.
D. Fateor. deliqui profecto. E etiam loquere, larva?
Vacuum eſſe iſtac ted ætate iis decebat noxiis:
Itidem, ut tempus, anni, ætatem aliam aliud factum
convenit.
Nam ſi iſtuc jus eſt, ſenecta ætate ſcortari ſenes,
Ubi loci res ſumma noſtra eſt publica? D. hei, perii
miſer! (ram dare.
E. Adoleſcentes rei agendæ iſti magis ſolent ope-
D. Jam obſecro vobis hercle habete cum porcis,
cum fiſcina.
E. Redde filio ſibi habeat. D. jam ut volt, per me
ſibi habeat licet.
E. Temperi edepol: quoniam ut aliter facias, non
eſt copiæ. (riam.
D. Supplicii ſibi ſumat quid volt ipſe, ob hanc inju-
Modo pacem faciatis, oro ut ne mihi iratus ſiet.
Si hercle ſciviſſem, ſive adeo joculo dixiſſet mihi,
Se illam amare, nunquam facerem, ut illam amanti
abducerem. (35
Eutyche, ted' oro, ſodalis ejus es, ſerva & ſubveni.
Hunc ſenem para me clientem, memorem dices be-
neficii. (tiæ.
L. Ora ut ignoſcat delictis hujus atque adoleſcen-
D. Pergin' tu autem? eja ſuperbe invehere! ſpero
ego mihi quoque (parem.
Tempus tale eventurum, ut tibi gratiam referam
L. Miſſas jam ego iſtas artes feci. D. & quidem ego
dehinc jam. L. nihil. Con-

Digitized by Google

Consuetudine animus rursus te huc inducet. D. obsecro, (bet.
Satis jam ut habeatis. quin loris cædite etiam, si lu-
L. Recte dicis: sed istuc uxor faciet, cum hoc resciverit. (ne time.
D. Nihil opus, resciscat. E. quid istic? non resciscet,
Eamus intro, non utibilis hic locus factis tuis, 45
Dum memoramus, arbitri ut sint, qui prætereant per vias.
D. Hercle quin tu recte dicis, eadem brevior fabula
Erit: eamus. E. hic est intus filius apud nos tuus.
D. Optume est, illac per hortum nos domum transibimus.
L. Eutyche, hanc volo prius rem agi, quam meum intro refero pedem. 50
E. Quid istuc est? L. suam quisque homo rem meminit. responde mihi:
Certon' scis non succensere mihi tuam matrem? E. scio.
L. Vide. E. me vide. L. satis habeo. at quæso hercle etiam vide.
E. Non mihi credis? L. immo credo, sed tamen metuo miser.
D. Eamus intro. E. Immo dicamus senibus leges censeo (que sint. 56
Priusquam abeamus, quas leges teneant, contenti-
Annos natus sexaginta qui erit, si quem scibimus,
Seu maritum seu hercle adeo cœlibem scortarier,
Cum eo nos hic lege agemus, insciium arbitrabimur.
Et per nos quidem hercle egebit, qui suum prodegerit. 60
Neu quisquam posthac prohibeto adolescentem filium
Quin amet, & scortum ducat, quod bono fiat modo:
Si quis prohibuerit, plus perdet clam, quam si prohibuerit palam. (nes.
Hæc adeo, ut ex hacce nocte primum lex teneat se-
Bene valete, atque, adolescentes, hæc si vobis lex placet, 65
Ob senum hercle industriam, vos æquum est clare plaudere.

FINIS MERCATORIS.

Digitized by Google

PSEUDOLUS.

Dramatis Personæ.

PSEUDOLUS *servus.*
CALLIDORUS *adolescens.*
BALLIO *leno.*
LORARII *quatuor.*
SIMO *senex.*
CALLIPHO *senex.*
HARPAX *cacula.*
CHARINUS *adolescens.*
PUER.
COQUUS.
SIMIA *sycophanta.*
PHOENICIUM *meretrix.*

ARGUMENTUM.

Præsentes numerat quindecim miles minas.
Simul consignat symbolum, ut Phœnicium
Eidet leno, qui eum cum reliquo afferat.
Venientem caculam intervertit symbolo,
Dicens Syrum se Ballionis, Pseudolus.
Opemque herili ita tetulit. nam Simiæ
Leno mulierem, quem is suppositi, tradidit.
Venit Harpax verus: respalam cognoscitur.
Senexque argentum, quod erat pactus, reddidit.

PROLOGUS.

STudete hodie mihi, bona in scenam affero.
Nam bona bonis ferri, reor æquom maxume;
Ut mala malis: ut, qui mali sunt, habeant mala:
Qui boni, bona: bonos quod oderint mali,
Sunt mali: malos quod oderint boni, bonos
Esse oportet: vosque ideo estis boni, quandoquidem
Semper odistis malos: & lege & legionibus
Hos fugitastis, Quirites, successis bonis.
Huic vos nunc pariter bonam boni operam date gregi,
Qui bonus est, & hodie ad bonos affert bona.
Aures, oculi, animus saturi fient ampliter.
In scenam qui jejunus aut sitiens venerit,
Is risu & ventre raso vigilabit sedulo,
Dum ridebunt saturi, mordebunt famelici.
Nunc si sapitis, cedite jejuni atque discedite.
Vos saturi state, immo sedete, atque attendite

Nos

Non argumentum, neque hujus nomen fabulæ
Nunc proloquar ego, satis id faciet Pseudolus;
Satis id dictum vobis puto jam, atque deputo.
Ubi lepos, joci, risus, vinum, ebrietas; decent
Gratia, decor, hilaritas atque delectatio.
Qui quærit alia his, malum videtur quærere.
Curas malas abjicite jam, ut otiosi hodie,
Exporgi meliu'st lumbos, atque exurgier.
Plautina longa fabula in scenam venit.

ACTUS I. SCENA I.

PSEUDOLUS *servus*, CALLIDORUS *adolescens*.

Si ex te tacente fieri possem certior,
Here, quæ miseriæ te tam misere macerant,
Duorum labori ego hominum parsissem lubens,
Mei te rogandi, & tui respondendi mihi.
Nunc quoniam id fieri non potest, necessitas
Me subigit, ut te rogitem. responde mihi:
Quid est quod tu exanimatus jam hos multos dies,
Gestas tabellas tecum, eas lacrumis lavis,
Neque tui participem consilii quenquan facis?
Eloquere, ut quod ego nescio, id tecum sciam.
C. Misere miser sum, Pseudole. P. id te Juppiter
Prohibessit. C. nihil hoc Jovis ad judicium attinet.
Sub Veneris regno vapulo, non sub Jovis.
P. Licet me id scire quid sit? nam tu me antidhac
Supremum habuisti comitem consiliis tuis.
C. Idem animus nunc est. P. fac me certum, quid tibi est.
Juvabo aut re, aut opera, aut consilio bono.
C. Cape has tabellas, tute hinc narrato tibi,
Quæ me miseria & cura contabefacit.
P. Mos tibi geretur. sed quid hoc quæso? C. quid est?
P. Ut opinor quærunt litteræ hæ sibi liberos!
Alia aliam scandit. C. ludis me ludo tuo.
P. Has quidem pol credo, nisi Sibylla legerit,
Interpretari alium potesse neminem.
C. Cur inclementer dicis lepidis literis,
Lepidis tabellis, lepida conscriptis manu?
P. An obsecro hercle habent quoque gallinæ manus?
Nam has quidem gallina scripsit. C. odiosus mihi es.

Digitized by Google

Lege, vel tabellas redde. P. immo enim pellegam.
Advortito animum. C. non adeſt. P. at tu cita.
C. Immo ego taceb'o. tu hinc ex cera cita;
Nam iſtic meus animus nunc eſt, non in pectore.
P. Tuam amicam video, Callidore. C. ubi ea eſt, obſecro?
P. Eccam in tabellis porrectam, in cera cubat.
C. At te dii deæque quantus es! P. ſervaſſint quidem.
C. Quaſi ſolſtitialis herba, pauliſper fui,
Repente exortus ſum, repentino occidi.
P. Tace, dum tabellas pellego. C. ergo quin legis?
P. Phœnicium Callidoro amatori ſuo.
Per ceram, & linum, litteraſque interpretes
Salutem mittit, & ſalutem abs te expetit,
Lacrumans titubanti animo, corde & pectore.
C. Perii ſalutem nuſquam invenio, Pſeudole,
Quam illi remittam. P. quam ſalutem? C. argenteam.
P. Pro lignean' ſalute vis argenteam
Remittere illi? vide ſis, quam tu rem geras.
C. Recita modo. ex tabellis jam faxo ſcies,
Quam ſubito argento mihi uſus invento ſiet.
P. Leno me peregre militi Macedonico
Minis viginti vendidit, voluptas mea.
Et priuſquam hinc abiit, quindecim miles minas
Dederat. nunc unæ quinque remorantur minæ:
Ea cauſſa miles hic reliquit ſymbolum,
Expreſſam in cera ex annulo, ſuam imaginem,
Ut qui huc afferret ejus ſimilem ſymbolum,
Cum eo ſimul me mitteret. ei rei dies
Hæc præſtituta eſt, proxima Dionyſia.
C. Cras ea quidem ſunt: prope adeſt exitium mihi,
Niſi quid mihi in te eſt auxilii. P. ſine pellegam.
C. Sino. nam mihi videor cum ea fabularier.
Lege, dulce amarumque una nunc miſces mihi.
P. Nunc noſtri amores, mores, conſuetudines,
Jocus, ludus, ſermo, ſuavis ſuaviatio,
Compreſſiones arctæ amantum comparum,
Teneris labellis molles morſiunculæ,
Papillarum horridularum oppreſſiunculæ,
Harum voluptatum mihi omnium, atque itidem tibi
Diſtractio, diſcidium, vaſticies venit,
Niſi quæ mihi in te'ſt, aut tibi eſt in me ſalus.
Hæc quæ ego ſcivi, ut ſcires caravi omnia:

Nunc

Nunc ego te experiar, quid ames, quid simules. vale.
C. Est misere scriptum, Pseudole. P. ô miserrume!
C. Quin fles? P. pumiceos oculos habeo: non queo
Lacrumam exorare, ut exspuant unam modo.
C. Quid ita? P. genus nostrum semper siccoculum fuit.
C. Nihilne adjuvare me audes? P. Quin faciam tibi?
C. Heu! P. heu! id quidem tibi hercle ne parcus dabo.
C. Miser sum, argentum nusquam invenio mutuom,
Pseudole. P. heu! C. neque intus nummus olim est. P. eheu!
C. Ille abducturus est mulierem cras. P. eheu!
C. Istocsine pacto me adjutas? P. do id quod mihi est:
Nam is mihi thesaurus jugis in nostra est domo.
C. Actum hodie de me est: sed potes nunc mutuam
Drachmam dare mihi unam, quam cras reddam tibi?
P. Vix hercle opinor, si me opponam pignori.
Sed quid de drachma facere vis? C. restim volo
Mihi emere. P. Quamobrem? C. qui me faciam penfilem.
Certum est mihi ante tenebras tenebras persequi.
P. Quis mihi igitur drachmam reddet, si dederim tibi?
An tute ea causa vis sciens suspendere,
Ut me defraudes drachma, si dederim tibi?
C. Profecto nullo pacto possum vivere,
Si illa à me abalienatur, atque abducitur.
P. Quid fles, cucule? vives. C. quid ego ni fleam?
Cui nec paratus nummus argenti siet,
Neque cui libellæ spes sit usquam gentium.
P. Ut literarum ego harum sermonem audio,
Nisi tu illis drachmis fleveris argenteis,
Quod tu istis lacrumis te probare postulas,
Non pluris refert, quam si imbrem in cribrum geras.
Verum ego te amantem, ne pave, non deseram.
Spero alicunde hodie mea bona opera, aut mala,
Tibi inventurum esse auxilium argentarium.
C. At id futurum unde? P. unde dicam nescio.
Nisi quia futurum est: ita supercilium salit.
C. Utinam quæ dicis, dictis facta suppetant.
P. Scis tu quidem hercle, mea si commovi sacra,

Digitized by Google

Quo pacto & quantas ſoleam turbellas dare.
C. In te nunc ſunt omnes ſpes ætati meæ.
P. Satin' eſt, ſi hanc hodie mulierem efficio tibi,
Tua ut ſit, aut ſi tibi do viginti minas?
C. Satis, ſi futurum eſt, P. roga me viginti minas,
Ut me effecturum, tibi quod promiſi, ſcias:
Roga obſecro hercle; geſtio promittere.
C. Dabiſne argenti mihi hodie viginti minas?
P. Dabo, moleſtus nunc jam ne ſis mihi.
Atque hoc ne dictum tibi neges, dico prius,
Si neminem alium potero, tuum tangam patrem.
C. Dii te mihi omnes ſervent. verum ſi potes,
Pietatis cauſſa, vel etiam matrem quoque.
P. De iſtac re in oculum utrumvis conquieſcito.
C. Oculum utrum, an in aurem? P. at hoc pervolgatum eſt minus.
Nunc ne quis dictum ſibi neget, dico omnibus,
Pube præſenti, in concione, omni populo,
Omnibus amicis, norisque dico meis,
In hunc diem à me ut caveant, ne credant mihi.
C. St! tace obſecro hercle. P. quid negotii eſt?
C. oſtium
Lenonis crepuit. P. crura mavellem modo.
C. Atque ipſe egreditur penitus perjurum caput.

ACTUS I. SCENA II.

LENO, LORARII IV. PSEUDOLUS, CALLIDORUS.

EXite, agite, ite ignavi, male habiti, & male conciliati,
Quorum nunquam quicquam quoiquam venit in mentem, ut recte faciant.
Quibus niſi ad hoc exemplum experior, non poteſt uſurpari uſura.
Neque ego homines magis aſinos unquam vidi, ita plagis coſtæ callent.
Quos dum ferias, tibi plus noceas. eo enim ingenio hi ſunt flagritribæ:
Qui hæc habent conſilia, ubi data occaſio eſt, rape, clepe, tene, harpaga,
Bibe, es, fuge: hoc eſt eorum opus,
Ut mavelis lupos ad oves linquere, quam hos domi cuſtodes.

Digitized by Google

At faciem cum aſpicias eorum, haud mali videntur,
opera fallunt. (omnes.
Nunc adeo hanc edictionem niſi animum advortitis
Niſi ſomnum ſocordiamque ex pectore oculiſque amovetis,
Ita ego voſtra latera loris faciam, ut valide varia ſint, (nica,
Ut ne periſtromata quidem æque picta ſint Campa-
Neque Alexandrina belluata conchyliata tapetia.
Atque heri ante dixeram omnibus, dederamque eas provincias: (probo,
Verum ita vos eſtis perditi, negligentes, ingenio im-
Officium voſtrum ut vos malo cogatis commonerier.
Nempe ita animati eſtis vos. vincite hoc duritia ergo, atque me.
Hoc vide ſis ut alias res agunt? hoc agite, hoc animum advortite:
Huc adhibete aures, quæ ego loquar, plagigera genera hominum.
Nunquam edepol veſtrum durius tergum erit, quam terginum hoc meum.
Qui nunc? doletne? hem! ſic datur, ſi quis herum ſervos ſpernit.
Aſſiſtite omnes contra me, & quæ loquor, advortite animum.
Tu qui urnam habes, aquam ingere, face plenum aënum ſit cito.
Te cum ſecuri, caudicali præficio provinciæ.
Lo. At hæc retunſa eſt. LE. ſine fiet. itidem vos quoque plagis eſtis omnes.
Num qui minus ea gratia tamen omnium opera utor?
Tibi hoc præcipio, ut niteant ædes. habes quod facias? propera, abi intro.
Tu eſto lectiſterniator. tu argentum eluito. idem extruito.
Hæc, cum ego à foro revortor, facite ut offendam parata,
Vorſa, præſterga, ſtrata, lautaque, coctaque omnia uti ſint.
Nam mihi hodie natalis dies eſt: decet eum omnes vos concelebrare.
Pernam, callum, glandium, ſumen, facito in aqua jaceant. ſatin' audis?

Magni-

Digitized by Google

Magnifice volo enim ſummos viros accipere, ut mihi rem eſſe reantur.
Intro abite, atque hæc cito celebrate: ne mora quæ ſit, cocus cum veniat.
Mihi ego eo in macellum, ut piſcium quicquid eſt precio præſtinem.
I puere præ, ne quiſquam pertundat cruminam cautio eſt.
Vel operire: eſt, quod domi dicere pæne fui oblitus.
Auditin'? vobis mulieres hanc habeo edictionem:
Vos quæ in mundiciis, molliciis, deliciiſque ætatulam agitis,
Viris cum ſummis inclytæ amicæ, nunc ego ſcibo, atque hodie experiar,
Quæ capiti, quæ ventri operam det, quæque ſuæ rei, quæ ſomno ſtudeat,
Quam libertam ſore mihi credam, & quam venalem, hodie experiar.
Facite hodie, ut mihi munera multa huc ab amatoribus conveniant,
Nam niſi penus annuus hodie convenit, cras populo proſtituam vos.
Natalem ſcitis mihi diem eſſe hunc. ubi iſti ſunt, quibus vos oculi eſtis?
Quibus vitæ, quibus deliciæ eſtis? quibus ſuavia? mamilla? mellitæ?
Manipulatim mihi munerigeruli facite ante ædis jam hic aſſint.
Cur ego veſtem, aurum, atque ea quibus eſt vobis uſui, præhibeo? quid mihi
Domi niſi malum veſtra opera eſt hodie? improbæ, vino modo cupidæ eſtis;
Eo vos, voſtros panticeſque, adeo madefacitis, cum ego ſim hic ſiccus.
Nunc adeo hoc factum eſt optumum, ut nomine quamque appellem ſuo,
Ne dictum eſſe actutum ſibi quæpiam veſtrarum mihi neget. advortite animum cunctæ.
Principio, Hedylium, tecum ego, quæ amica es frumentariis,
Quibus cunctis montes maxumi ac acervi frumenti ſunt domi:
Faxis ſit delatum huc mihi frumentum, hunc annum quod ſatis

Mihi,

Mihi, etiam familiæ omni ſit meæ: atque adeo, ut
frumento affluam, (cet
Ut civitas nomen mihi commutet, neque ut prædi-
Lenone ex Ballione regem Jaſonem. C. audin' fur-
cifer (iſte. 60
Quæ loquitur? ſatin' magnificus tibi videtur? P. pol
Atque etiam malificus. ſed tace, atque hanc rem gere.
L. Æſchrodora tu, quæ amicos tibi habes lenonum
æmulos
Lanios, qui item ut nos jurando jure malo quærunt
rem, audi? (hodie
Niſi carnaria tria grandia tergoribus onere uberi
Mihi erunt, cras te quaſi Dircam olim ut memorant
duo gnati 65
Jovis devinxe ad taurum, item hodie ſtringam ad
carnarium: id tibi
Profecto taurus fiet. P. nimis ſermone hujus ira
incendor. (ticam?
Hunccine hic hominem pati colere juventutem At-
Ubi ſunt, ubi latent, quibus ætas integra eſt, qui
amant à lenone?
Quin conveniunt, quin una omnes peſte hac popu-
lum hunc liberant? 70
Sed nimis ſum ſtultus, nimium fui indoctus, ne illi
audeant
Id facere, quibus ut ſerviant, ſuus amor cogit, ſimul
Prohibet, faciant advorſum eos, quod volunt. C.
vah! tace. P. Quid eſt?
G. Male morigerus male facis mihi, cum ſermo-
ne huic obſonas P. Taceo.
C. At taceas malo multo, quam tacere te dicas. L. tu
autem (olivi 76
Xyſtylis, fac ut animum advortas, quojus amatores
Dynamin domi habent maxumam.
Si mihi non jam huc culleis oleum deportatur,
Te ipſam culleo ego cras faciam ut deportere in
pergulam, (pias. 80
Ibi tibi adeo lectus dabitur ubi tu haud ſomnum ca-
Sed ubi uſque ad languorem. tenes quorſum hæc-
ce tendant, quæ loquor?
En, Excetra tu, quæ tibi amicos tot habes, tam pro-
bo oleo onuſtos. (rum,
Nam cuipiam eſt hodie tua tuorum opera conſervo-
Nitidiuſculum caput? aut num ipſe ego palmento
rator magis Unc-

Digitized by Google

Unctiuſculo? ſed ſcio, tu oleum haud magni pendis; vino te
Devincis: ſine modo reprehendam ego cuncta hercle una opera, niſi (quor-
Quidem hodie tu omnia facis ſceleſta, hæc uti lo-
Tu autem, quæ pro capite argentum mihi jam jamque ſæpe numeras,
Ea paciſci modo ſcis: ſed quæ pacta es, non ſcis ſolvere. (virûm,
Phœnicium, tibi hæc ego loquor, deliciæ ſummatum
Niſi hodie mihi ex fundis tuorum amicorum omne huc penus affertur,
Cras Phœniciam Phœnicio corio inviſes pergulam.

ACTUS I. SCENA III.

CALLIDORUS, PSEUDOLUS, BALLIO.

PSeudole, non audis quæ hic loquitur? P. audiõ, here, equidem, æque animum advorto.
C. Quid mihi es auctor, huic ut mittam, ne amicam hic meam proſtituat?
P. Bene curaſſis. liquido es animo, ego pro me & pro te curabo.
Jamdiu ego huic bene, & hic mihi volumus, & amicitia eſt antiqua.
Mittam hodie huic ſuo die natali malam rem magnam & maturam.
C. Quid opus eſt? P. potin' aliam rem ut cures? B. at! P. bat! C. crucior. P. cor dura.
C. Non poſſum. P. fac poſſis. C. quonam pacto poſſim vincere animum?
P. In rem quod ſit prævortaris, quam re advorſa animo auſcultes.
C. Nugæ iſtæc ſunt: non jucundum eſt, niſi amans facit ſtulte. P. pergin'?
C. O Pſeudole mi, ſine ſim nihili, mitte me ſis. P. ſine, modo ego.
Abeam. C. mane, mane: jam ut voles eſſe me, ita ero. P. nunc tu ſapis.
C. It dies. ego mihi ceſſo. i præ puere. C. heus! abiit: quin revocas?
P. Quid properas? placide. C. at priuſquam abeat. B. quod hoc malum? tam placide is puer?
P. Ho-

Digitized by Google

P. Hodie nate, heus! hodie nate, tibi ego dico,
heus hodie nate, redi, &
Respice ad nos, tametsi occupatu's, moramur. mane,
sunt colloqui
Qui volunt te. B. quid hoc est? quis est qui moram
occupato molestam obtulit?
C. Qui tibi sospitalis fuit. B. mortuus est, qui fuit;
qui est, vivos est.
P. Nimis superbe. B. nimis molestus. C. reprehende
hominem: assequere.
B. I puere. P. accedamus hac obviam. B. Jupiter
te perdat, quisquis es.
P. Te volo. B. at vos ego ambos. verte hac te, puere.
P. non licet
Colloqui te? B. at mihi non lubet. C. sin tuum est
quippiam in rem? B. licet
Ne, obsecro, vivere, an non licet? P. vah! manta.
B. omitte. C. Ballio,
Audi. B. surdus sum, profecto inanilogus est. C. dedi dum fuit.
B. Non peto, quod dedisti. C. dabo quando erit.
B. ducito
Quando habebis. C. heu! heu! quam ego malis
perdidi modis!
Quod tibi detuli, & quod dedi. B. mortua verba
nunc facis.
Stultus es, rem actam agis. P. nosce saltem hunc,
quis est, B. jam diu
Scio qui fuit: nunc quis est, is ipsus sciat: ambula
tu.
P. Potin' ut semel modo, Ballio, huc cum lucro re-
B. Respiciam istoc pretio: nam si sacrificem sum-
mo jovi,
Atque in manibus exta teneam ut porriciam: interea
Si lucri quid detur, potius rem divinam deseram.
Non potest pietate obsisti huic. P. ut res sunt ce-
teræ!
Deos quidem, quos maxume æquum est metuere,
eos minimi facit.
B. Compellabo. salve multum, serve, Athenis,
pessume
P. Dii te deæque amant, vel hujus arbitratu vel
Vel si dignus alio pacto; neque ament, neque fa-
ciant bene.

B. Quid

B. Quid agitur, Callidore? P. amatur, atque egetur acriter.
B. Misereat, si familiam alere possim misericordia.
P. Eia scimus nos quidem: te, qualis sis, ne prædices.
Sed scin' quid nos volumus? B. pol ego propemodo, ut male sit mihi.
P. Et id, & hoc, quod te revocamus, quæso animum advorte. B. audio.
Atque in pauca, ut occupatus nunc sum, confer, quid velis.
P. Hunc pudet, quod tibi promisit, quaque id promisit die,
Quia tibi minas viginti pro amica etiam non dedit.
B. Nimio id quod pudet facilius fertur, quam illud quod piget:
Non dedisse illum pudet: me quia non accepi, piget.
P. At dabit, parabit: aliquot hos dies manta modo.
Nam hic id metuit, ne illam vendas ob simultatem suam.
B. Fuit occasio si vellet. jampridem argentum ut da-
C. Quid si non habui? B. amabas, invenires mutuom,
Ad Danistam devenires, adderes fænusculum,
Surripuisses patri. P. surriperet hic patri, audacissume?
Non periculum est, ne quid recte monstres. B. non lenonium est.
C. Egon' patri surripere possim quicquam, tam cauto seni?
Atque adeo si facere possem, pietas prohibet. B. audio:
Pietatem ergo istam amplexator noctu pro Phœni-
Sed quoniam pietatem amori video tuo prævortere,
Omnes tibi patres sunt? nullus est tibi quem roges mutuum
Argentum? C. quin nomen quoque jam interiit, mutuum.
P. Heus tu! postquam hercle isti à mensa surgunt saturi, poti.
Qui suum repetunt, alienum reddunt nato nemini,
Ad alienis cautiores sunt, ne credant alteri.
C. Nimis miser sum, numinum nusquam reperire argenti queo:
Ita miser, & amore pereo, & inopia argentaria.

B. Ene

B. Eme die cœca hercle olivom, id vendito oculata die.
Jam hercle vel ducentæ fieri possunt præsentes minæ
C. Perii. an non tum lex me perdit quina vicennaria?
Memunt credere omnes. B. eadem est mihi lex, metuo credere.
P. Credere autem, eho! an pœnitet te, quanto hic fuerit usui? (tuat data,
B. Non est justus quisquam amator, nisi qui perpe-
Datque usque: quando nihil sit, simul amare desinat.
C. Nihilne te mei miseret? B. inane cedis. dicta non sonant.
Atque ego te vivom salvomque vellem. P. eho! an jam mortuus est?
B. Ut ut est, mihi quidem profecto cum istis dictis mortuus est.
Illico vixit amator, ubi *leneni* placet.
Semper tu ad me cum argentata accedito quærimonia. (tibi,
Nam istuc, quod nunc lamentare non esse argentum
Apud novercam quærere. P. eho! an unquam tu hujus nupsisti patri?
B. Dii melius faciant. P. fac hoc quod te rogamus, Ballio,
Mea fide, si isti formidas credere, ego in hoc triduo.
Aut terra aut mari alicunde evovam id argentum tibi.
B. Tibi ego credam? P. cur non? B. quia pol, qua opera fic credam tibi, (bus.
Una opera alligem canem fugitivam agninis lacti-
C. Siccine mihi abs te bene merenti male retertur gratia? (tem modo,
B. Quid nunc vis? C. ut operiare hos sex dies sal-
Ne illam vendas, non me perdas hominem amantem. B. Animo bono es.
Vel sex opperibor menses. C. euge! homo lepidissume.
B. Immo vin' etiam te faciam ex læto lætantem magis?
C. Quid jam? B. quia enim non venalem habeo Phœnicium.
C. Non habes? B. non hercle vero. C. Pseudole, arcesse hostias,
Victimas, lanios, ut ego huic sacrificem summo Jovi

Nam hic mihi nunc eſt multo potior Juppiter, quam Juppiter.

B. Nolo victimas, agninis me extis placari volo.

C. Propera: quid ſtas? arceſſe agnos. audin' quid ait Juppiter?

P. Jam hic ero, verum extra portam Metiam currendum eſt prius.

C. Quid eo? P, lanios inde arceſſam duos cum tintinnabulis.

Eadem duo greges virgarum inde ulmearum adege-

Ut hodie ad litationem huic ſuppetat ſatias Iovi:

In malam crucem iſtic ibit Juppiter lenonius.

B. Ex tua re non eſt, ut ego emoriar. P. qui dum? B. ego dicam tibi;

Quia edepol dum ego vivos vivam, nunquam eris frugi bonæ.

P. Ex tua re non eſt, ut ego emoriar. B. qui dum?

P. Sic, quia ſi ego emortuus ſim, Athenis te ſit nemo nequior.

C. Dic mihi obſecro, hercle verum ſerio, hoc quod te rogo.

Non habes venalem amicam tu meam Phœnicium?

B. Non edepol habeo profecto: nam jampridem vendidi.

C. Quomodo? B. ſine ornamentis, cum inteſtinis omnibus.

C. Meam tu amicam vendidiſti? B. valde viginti minis.

C. Viginti minis? B. utrum vis, vel quater quinis Militi Macedonico; & jam quindecim habeo minas.

C. Quid ego ex te audio? B. amicam tuam eſſe fictam argenteam.

C. Curid auſus facere? B. lubuit, mea fuit. C. eho! Pſeudole,

I, gladium affer. P. quid opus gladio? C. qui hunc occidam, atque me.

P. Quin tu te occidis potius? nam hunc fames jam occiderit.

C. Quid ais? quantum terra tegit, hominem perjuraviſtin' te illam nulli venditurum, niſi mihi?

B. Fateor. C. nempe conceptis verbis. B etiam conſultis quoque.

C. Per-

Digitized by Google

C. Perjuravisti sceleste. B. at argentum intro condidi. (mo:
Ego sceleslus nunc argentum promere possum do-
Tu qui pius es istoc genere gnatus, nummum non habes.
C. Pseudole, assiste altrinsecus, atque onera hunc maledictis. P. licet.
Nunquam ad prætorem æque cursim curram, ut emittar manu.
C. Ingere mala multa. P. jam ego te differam dictis meis,
Impudice. B. ita est. P. sceleste. B. dicis vera. P. verbero.
B. Quippini? C. bustirape. B. certe. C. furcifer. B. factum optime.
C. Sociofraude. B. sunt mea hæc ista. P. parricida. B. perge tu.
P. Sacrilege. B. fateor. C. perjure. B. vetera vaticinamini.
C. Legirupa. B. valide. P. pernicies adolescentum B. acerrume.
C. Fur. B. babæ! P. fugitive. B. bombax. C. fraus populi. B. planissume.
P. Fraudulente. C. impure leno. P. cœnum. B cantores probos!
C. Verberavisti patrem atque matrem. B. atque occidi quoque, (piam?
Potius quam cibum præhiberem. num peccavi quip-
P. In Pertusum, ingerimus dicta dolium, operam ludimus.
B. Nunquid alium etiam voltis dicere? C. ecquid te pudet?
B. Ted amatorem inventum esse fnavem, quasi cassam nucem. (mihi,
Sed quanquam multa malaque in me dicta dixistis
Nisi mihi attulerit miles quinque quas debet minas,
Sicut hæc est præstitura summa argento dies,
Si is non aderit, posse opinor facere officium meum.
C. Quid id est? B. si tu argentum attuleris, cum illo perdiderim fidem.
Hoc meum est officium: ego operæ si sit plus, tecum loquar.

Digitized by Google

Sed ſine argento fruſtra eſt, quod me tui miſereri poſtulas.
Hæc mea eſt ſententia, ut tu hinc porro, quid agas, conſulas.
C. Jamne abis? B. negotii nunc ſum plenus. P. paulo poſt magis.
Illic homo meus eſt: niſi omnes dii me atque homines deſerunt,
Exoſſabo ego illum ſimiliter, itidem ut murænam cocus.
Sed nunc, Callidore, operam te mihi volo dare. C. ecquid imperas?
P. Hoc ego oppidum admœnire, ut hodie capiatur, volo.
Ad eam rem uſu'ſt hominem aſtutum, doctum, ſcitum, & callidum, (miat.
Qui imperata effecta reddat, non qui vigilans dor-
C. Cedo mihi quid es facturus? P. tempori ego faxo ſcies.
Nolo bis iterare, ſat ſic longæ ſiunt fabulæ.
C. Optumum atque æquiſſumum oras. P. propera, adduc hominem cito.
Pauci ex multis ſunt amici homini qui certi ſient.
C. Ego ſcio iſtuc. P. ergo utrimque tibi nunc delectum para.
Ex multis exquire illis unum, qui certus ſiet.
C. Jam hic faxo aderit. P. potin' ut abeas? tibi moram dictis creas.

ACTUS I. SCENA IV.

PSEUDOLUS.

Poſtquam illic hinc abiit, tu aſtas ſolus, Pſeudole,
Quid nunc acturus, poſtquam heri filio
Largitus dictis dapſilis? ubi ſunt ea?
Quo neque parata gutta certi conſilii,
Neque adeo argenti, neque nunc quid faciam ſcio,
Neque exordiri primum, unde occipias, habes,
Neque ad detexundam telam certos terminos.
Sed quaſi poëta tabulas cum cœpit ſibi,
Quærit, quod nuſquam eſt gentium, reperit tamen,
Facit illud veriſimile quod mendacium eſt:
Nunc ego poëta fiam. viginti minæ
Quæ nuſquam nunc ſunt gentium, inveniam tamen.
Atque

Atque ego huic jam pridem me daturum dixeram.
At volui injicere tragulam in noſtrum ſenem:
Verum is neſcio quo pacto præſenſit prius.
Sed comprimenda eſt mihi vox atque oratio.
Herum eccum video hac una Simonem ſimul
Cum ſuo vicino Calliphone incedere.
Ex hoc ſepulcho vetere viginti minas
Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.
Nunc huc concedam, ut horum ſermonem legam.

ACTUS I. SCENA V.

SIMO, CALLIPHO, *ſenes duo.*
PSEUDOLUS *ſervus.*

SI de damnoſis aut de amatoribus
Dictator fiat nunc Athenis Atticis,
Nemo antecedat filio credo meo;
Ita nunc per urbem ſolus ſermo eſt omnibus,
Eum velle amicam liberare, & quærere
Argentum ad eam rem. hoc alii mihi renunciant,
Atque id jam pridem ſenſi ego, & ſubolet mihi.
P. Occiſa eſt hæc res, hæret hoc negotium.
Quò in commeatum volui argentarium
Proficiſci, ibi nunc oppido obſepta eſt via.
Præſenſit, nihil eſt prædæ prædatoribus.
C. Homines qui geſtant, quique auſcultant crimina,
Si meo arbitratu liceat, omnes pendeant,
Geſtores linguis, auditores auribus.
Nam iſtæc quæ tibi renunciantur, filium
Te velle amantem argento circumducere,
Forſitan ea tibi dicta ſunt mendacia.
Sed ſi vera ea ſunt, ut nunc mos eſt, maxume,
Quid mirum fecit? quid novum? adoleſcens homo
Si amat, ſi amicam liberat? P. lepidum ſenem!
S. Vetus nolo faciat. C. at enim nequicquam
nevis.
Vel tune faceres tale in adoleſcentia?
Probum patrem eſſe oportet, qui gnatum ſuum
Eſſe probiorem, quam ipſus fuerit, poſtulet.
Nam tu quod damni, & quod feciſti flagitii,
Populo viritim potuit diſpertiri.
Idne tu miraris ſi patriſſat filius?
P. ὦ ζεῦ! quam pauci eſtis homines commodi!
Ebem! illuc eſt patrem eſſe, ut æquum eſt, filio.

Digitized by Google

S. Quis hic loquitur? meus hic eſt quidem ſervos
Pſeudolus.
Hic mihi corrumpit filium, ſcelerum caput.
Hic dux, hic ille eſt pædagogus: hunc ego
Cupio excruciari. C. jam iſtæc inſipientia eſt,
Sic iram in promptu gerere: quanto ſatius eſt,
Adire blandis verbis, atque exquirere,
Sint illa, nec ne ſint, quæ tibi renunciant.
BONUS animus in malare, dimidium eſt mali.
S. Tibi auſcultabo. P. itur ad te, Pſeudole,
Orationem tibi para advorſum ſenem.
Herum ſaluto primum, ut æquum eſt: poſtea
Si quid ſuperſit, vicinos impertio.
S. Salve. quid agitur? P. ſtatur hic ad hunc modum.
S. Statum vide hominis, Callipho, quaſi baſilicum.
C. Bene confidenterque aſtitiſſe intellego.
P. Decet innocentem qui ſit, atque innoxius,
Servum ſuperbum eſſe apud herum potiſſumum.
C. Sunt quæ te volumus percontari, quæ quaſi
Per nebulam noſmet ſcimus atque audivimus.
S. Conficiet jam te hic verbis, ut tu cenſeas
Non Pſeudolum, ſed Socratem tecum loqui.
P. Ita eſt. jam pridem tu me ſpernis, ſentio;
Parvam eſſe apud te mihi fidem ipſe intellego.
Cupis me eſſe nequam, tamen ero frugi bonæ.
S. Fac ſis vacivas, Pſeudole, ædis aurium,
Mea ut migrare dicta poſſint quo volo.
P. Age loquere quidvis, tametſi tibi ſuccenſeo.
S. Mihin' domino ſervos tu ſuccenſes? P. jam tibi
Mirum id videtur? S. hercle quin ut tu prædicas,
Cavendum eſt mihi abste irato, atque alio tu modo
Me verberare, atque ego te ſoleo, cogitas.
C. Quid cenſes? edepol merito eſſe iratum arbitror,
Cum apud te parum ſtet fides. S. jam ſic ſino
Iratus ſit, ego ne quid noceat, cavero.
Sed quid ais? quid hoc quod te rogo? P. ſi quid vis, roga
Quod ſcibo, Delphis tibi reſponſum dicito
S. Advorte ergo animum, & fac ſis promiſſi memor.
Quid ais? ecquam ſcis filium tibicinam
Meum amare. P. negare meum eſt, S. liberare quam velit?

P. Hi-

Digitized by Google

P. Πρῖτον καὶ τοῦτο nego. S. ecquas viginti minas
Per ſycophantiam, atque per doctos dolos
Paritas, ut auferas à me? P. abs te ego auferam?
S. Ita, quas meo gnato des, qui amicam liberet.
P. Fateri δεῖ καὶ τοῦτο ναὶ, καὶ τοῦτο ναί.
C. Fatetur. S. dixin' Callipho dudum tibi?
C. Memini. S. cur hæc, ubi tu reſciviſti illico,
Cælata me ſunt? cur non reſcivi? P. eloquar.
Quia nolebam ex me morem prægigni malum:
Herum ut ſervos ſuum criminaret apud herum.
S. Juberes hunc præcipitem in piſtrinum trahi.
C. Nunquid peccatum eſt, Simo? S. immo maxume.
P. Deſiſte, recte ego rem meam ſapio, Callipho,
Peccata mea ſunt. animum advorte nunc jam,
Qua propter te expertem amoris nati habuerim.
Piſtrinum in mundo ſcibam, ſi id faxem, mihi.
S. Non à me ſcibas piſtrinum in mundo tibi.
Cum ea muſſitabas? P. ſcribam. S. cur non dictum eſt mihi?
P. Quia illud malum aderat, iſtuc aberat longius.
Illud erat præſens, huic erant diecnlæ.
S. Quid nunc agetis? nam hinc quidem à me non poteſt
Argentum auferri, qui præſertim ſenſerim.
Ne quiſquam credat nummum, jam edicam omnibus.
P. Nunquam edepol cuiquam ſupplicabo, dum quidem
Tu vives: tu mihi hercle argentum dabis,
Abs te equidem ſumam. S. tu à me ſumes? P. ſtrenue. (bis.
S. Excludito mihi hercle oculum, ſi dedero. P. da-
Jam dico, ut à me caveas. C. certe edepol ſcio,
Si abſtuleris, mirum & magnum facinus feceris.
P. Faciam. S. ſi non abſtuleris? P. virgis cædito.
Sed quid ſi abſtulero? S. do Jovem teſtem tibi,
Te ætatem impune habiturum. P. facito ut memineris.
S. Egon' ut cavere nequeam, quoi prædicitur?
P. Prædico ut caveas, dico inquam ut caveas, cave;
Hem! iſtis mihi tu hodie manibus argentum dabis.
C. Edepol mortalem graphicum, ſi ſervat fidem.
P. Servitum tibi me abducito, ni fecero.
S. Bene atque amice dicis: nam nunc jam meus es.

Digitized by Google

P. Vin' etiam dicam? quod vos magis miremini.
C. Studeo hercle audire: nam ted auſculto libens.
S. Agedum: nam ſatis libenter te auſculto loqui'
P. Priuſquam iſtam pugnam pugnabo, ego etiam prius
Dabo aliam pugnam claram, & commemorabilem.
S. Quam pugnam? P. hem! ab hoc lenone vicino tuo,
Per ſycophantiam atque per doctos dolos
Tibicinam illam, tuus quam gnatus deperit.
Eam circumducam lepide, lenonem. S. Quid eſt?
Effectum hoc hodie reddam utrumque ad veſperum.
S. Siquidem iſtæc opera, ut prædicas, perfeceris,
Virtute regi Agathocli anteceſſeris:
Sed ſi non faxis, nunquid canſſæ eſt illico
Quin te in piſtrinum condam? P. non unum quidem
Diem modo, verum hercle in omnis, quantum eſt. ſed ſi effecero,
Dabin' mihi argentum, quod dem lenoni illico
Tua voluntate? C. jus bonum orat Pſeudolus.
Dabo, inque. S. at enim ſcin' quid mihi in mentem venit?
Quid ſi hice inter ſe cenſenſerunt, Callipho,
Aut de compacto faciunt conſutis dolis,
Qui me argento circumvortant? P. quis me audacior
Sit, ſi iſtuc facinus audeam facere ſic? immo, Simo,
Si ſumus compacti, ſive conſilium unquam inivimus
De iſtac re, aut ſi de ea re unquam inter nos convenimus,
Quaſi in libro cum ſcribuntur calamo literæ,
Stylis me totum uſque ulmeis conſcribito.
S. Indice ludos nunc jam, quando lubet.
P. Da in hunc diem operam, Callipho, quæſo, mihi,
Ne quo te ad aliud occupes negocium,
C. Quin rus uti irem jam heri conſtitueram.
P. At nunc diſturba quas ſtatuiſti machinas.
C. Nunc non abire certum eſt iſtac gratia,
Lubido eſt ludos tuos ſpectare, Pſeudole.
Et ſi hunc videbo non dare argentum tibi,
Quod dixit, potius quam id non fiat, ego dabo.
Non demutabo. P. namque edepol ſi non dabis,
Clamore magno & multum flagitabere.

Agi-

Digitized by Google

Agite, amolimini hinc vos intro nunc jam,
Ac meis viciſſim date locum fallaciis.
S. Fiat, geratur mos tibi. P. ſed te volo
Domi uſque adeſſe. S. quin tibi hanc operam dico.
C. At ego ad forum ibo, jam hic adero. S. actutum redi.
P. Suſpicio eſt mihi, nunc vos ſuſpicarier,
Me iccirco hæc tanta facinora promittere,
Qui vos oblectem, hanc fabulam dum tranſigam,
Neque ſim facturus, quod facturum dixeram;
Non demutabo. atque etiam certum, quod ſciam;
Quo ſim facturus pacto, nihil etiam ſcio,
Niſi quia futurum eſt. nam qui in ſcenam provenit
Novo modo, novom aliquid inventum afferre addecet.
Si id facere nequeat, det locum illi qui queat.
Concedere aliquantiſper hinc mihi intro libet,
Dum concenturio in corde ſycophantias:
Tibicen vos interea hic delectaverit.

ACTUS II. SCENA I.

PSEUDOLUS *ſervus.*

PRoh Juppiter! ut mihi quicquid ago lepide omnia proſpereque eveniunt.
Neque quod dubitem, neque quod timeam, meo in pectore conditum eſt conſilium.
Nam ea ſtultitia eſt, facinus magnum timido cordi credere: nam omnes
Res perinde ſunt, ut agas, ut eas magnifacias. nam ego in meo (los,
Pectore prius ita paravi copias duplicis, triplicis, do-
Perfidias, ut ubicumque cum hoſtibus congrediar, malorum meorum
Fretus virtute dicam, mea induſtria & malitia, fraudulentia,
Facile ut vincam, facile ut ſpoliem meos perduellis, meis perfidiis.
Nunc inimicum ego hunc communem meum, atque voſtrum omnium
Ballionem, exballiſtabo lepide: date operam modo. hoc ego oppidum
Admœnire, ut hoc die capiatur, volo, atque ad hoc meas legiones

Digitized by Google

Adducam: si hoc expugno, facilem ego hanc rem meis civibus faciam.
Post ad oppidum hoc vetus continuo mecum exercitum protinus obducam:
Inde me, & simul participes omnes meos præda onerabo, atque opplebo.
Metum & fugam perduellibus meis injiciam, me esse ut sciant natum.
Quo sum genere gnatus, magna me facinora decet efficere,
Quæ post mihi clara & diu clueant. sed hunc quem video, quis hic est?
Qui oculis meis obviam ignorabilis objicitur. libet scire,
Quid hic velit cum machæra, & huic quam rem agat: hinc dabo insidias.

ACTUS II. SCENA II.

HARPAX *cacula*, PSEUDOLUS *servus*.

HI loci sunt, atque hæ regiones, quæ mihi ab hero sunt demonstratæ,
Ut ego oculis orationem capio, quam mihi ita dixit herus meus miles,
Septimas esse ædis à porta, ubi ille habitat leno, cui jussit
Symbolum me ferre, & hoc argentum. nimis velim certum qui (tace,
Mihi faciat Ballio leno ubi hic habitat. P. st! tace,
Meus hic est homo, ni omnes dii atque homines deserunt. novo consilio
Nunc mihi opus 'st, nova res subito mihi hæc objecta est:
Hoc prævortar principio: illa omnia missa habeo, quæ ante agere occœpi.
Jam pol ego hunc stratioticum nuncium advenientem probe percutiam.
H. Ostium pultabo, atque intus evocabo aliquem foras.
P. Quisquis es, compendium ego te facere pultandi volo: (tas,
Nam ego precator & patronus foribus processi fo-
H. Tune es Ballio? P. immo vero ego ejus sum subballio.

H. Quid

Quid istuc verbi est? P. condus, promus sum, procurator peni.
H. Quasi te dicas atrienſem. P. imo atrienſi ego impero.
H. Quid tu, ſervuſne es, an liber? P. nunc quidem etiam ſervio.
H. Ita videre, & non videre, dignus qui liber ſies.
P. Non ſoles reſpicere te, cum dicas injuſte alteri?
H. Hunc hominem malum eſſe oportet. P. Dii me ſervant atque amant.
Nam hæc mihi incus eſt, procudam ego hodie hinc multos dolos.
H. Quid illic ſecum ſolus loquitur? P, quid ais tu adoleſcens? H. quid eſt?
P. Esne tu, an non es ab illo milite Macedonio,
Servos ejus, qui hinc à nobis eſt mercatus mulierem?
Qui argenti hero meo lenoni quindecim dederat minas, (tium,
Quinque debet! H. ſum, ſed ubi tu me noviſti gen-
Aut vidiſti, aut collocutus? nam equidem Athenas antidhac
Nunquam adveni, neque te vidi ante hunc diem unquam oculis meis.
P. Quia videre inde eſſe: nam olim cum abiit, argento hæc dies
Præſtituta eſt, quoad referret nobis, neque dum rettulit.
H. Immo adeſt. P. tun' attuliſti? H. egomet. P. quid dubitas dare?
H. Tibi ego dem? P. mihi hercle vero, qui res rationeſque heri
Ballionis curo, argentum accepto, expenſo, & cui decet dato.
H. Siquidem hercle etiam ſupremi promtas theſauros Jovis,
Tibi libellam argenti nunquam credam. P. dum tu ſtrenuas,
Res erit ſoluta, H. vinctam potius ſic ſervavero.
P. Væ tibi! tu inventus vero meam qui furcilles fidem:
Quaſi mihi non ſexcenta tanta ſoli ſoleant credier.
H. Poteſt ut alii ita arbitrentur, & ego, ut ne credam tibi.

P. Quaſi

Digitized by Google

P. Quasi tu dicas, me te velle argento circumdu-
cere.
H. Immo vero quasi tu dicas, quasique ego autem
id suspicer.
Sed quid est tibi nomen? P. servos est huic lenoni
Syrus,
Eum esse me dicam. Syrus sum. H. Syrus? P. id
est nomen mihi.
H. Verba multa facimus: herus si tuus domi est,
quin provocas,
Ut id agam quod missus huc sum, quicquid est no-
men tibi.
P. Si intus esset, evocarem. verum si dare vis mihi,
Magis erit solutum, quam ipsi dederis. H. at enim
scin' quid est?
Reddere hoc, non perdere, herus me misit. nunc
certo scio,
Hoc febrim tibi esse, quia non licet hoc injicere
ungulas.
Ego nisi ipsi Ballioni nummum credam nemini.
P. At illic nunc negotiosus est, res agitur apud ju-
dicem.
H. Di bene vortant. at ego quando eum esse cen-
sebo domi,
Rediero. tu epistolam hanc à me accipe, atque illi
dato.
Nam istic symbolum est inter herum meum, &
tuum, de muliere.
P. Scio equidem, ut qui argentum efferret, atque ex-
pressam imaginem (rem.
Suam huc ad nos, cum eo ajebat velle mitti mulie-
Nam hic quoque exemplum reliquit ejus. H. omnem
rem tenes.
P. Quid ego ni teneam? H. dato ergo istum sym-
bolum illi. P. licet.
Sed quid est tibi nomen? H. Harpax. P. apage te,
Harpax, haud places.
Huc quidem hercle haud ibis intro, nequid Har-
pax feceris.
H. Hostes vivos rapere soleo ex acie, ex hoc no-
men mihi est.
P. Pol te multo magis opinor, vasa ahenea ex ædi-
bus.

H. Non

Non ita eſt, ſed ſcin' quid te orem, Syre?
P. ſciam, ſi dixeris.
Ego devortor extra portam huc in tabernam tertiam,
Quod anum illam doliarem, clodam, craſſam, Chryſidem.
P. Quid nunc vis? H. inde ut me arceſſas, herus tuus ubi venerit.
P. Tuo arbitratu maxume. H. nam ut laſſus veni, de via
Me volo curare. P. ſane ſapis, & conſilium placet.
Sed vide ſis ne in quæſtione ſis, quando arceſſam mihi.
H. Quin ubi prandero, dabo operam ſomno. P. ſane cenſeo.
H. Nunc quid vis? P. dormitum ut abeas. H. abeo.
P. atque audin' Harpage?
Jube ſiſte operiri, beatus eris ſi conſudaveris.

ACTUS II. SCENA III.

PSEUDOLUS *ſervus.*

DI immortales! conſervavit me illic homo adventu ſuo,
Suo viatico reduxit meuſque ex errore in viam.
Nam ipſa mihi opportunitas, non potuit opportunius (epiſtola.
Advenire, quam hæcc'allata eſt mihi opportune
Nam hæc allata cornu copiæ eſt, ubi ineſt quicquid volo. (phantiæ
Hic doli, hic fallaciæ omnes ſunt, hic ſunt ſyco-
Hic argentum, hic amica amanti herili filio.
Atque ego nunc me ut glorioſum faciam, ut copi pectore.
Quo modo quidque agerem, ut lenoni ſurriperem mulierculam:
Jam inſtituta, ornata, cuncta in ordine ut animo volveram.
Certa deformata habebam. ſed profecto hoc ſic erit:
Centum doctûm hominum conſilia ſola hæc devincit dea
Fortuna: atque hoc verum eſt: proinde ut quiſque ea utitur, (mus:
Ita præcellet, atque exinde ſapere eum omnes dici-

Bene

Bene ubi quod consilium discimus accidisse, hominem catum
Eum esse declaramus: stultum autem illum, quoi vortit male.
Stulti haud scimus, frustra ut scimus, cum quod cupienter dari (re.
Petimus nobis, quasi quid in rem sit, possimus noscere
Certa amittimus, dum incerta petimus: atque hoc evenit (20.
In labore atque in dolore, ut mors obrepat interim.
Sed jam satis est philosophatum, nimis diu & longum loquor.
Di immortales, aurichalco contra non carum fuit
Meum mendacium, hic modo quod subito commentus fui,
Quia lenonis esse dixi. nunc ego hac epistola
Tres deludam; herum, & lenonem, & qui hanc mihi dedit epistolam. (git. 26
Euge par pari! aliud autem quod cupiebam contigit.
Venit eccum Callidorus, ducit nescio quem secum simul.

ACTUS II. SCENA IV.

CALLIDORUS, CHARINUS, *adolescentes*, PSEUDOLUS *servus*.

DUlcia atque amara apud te sum elocutus omnia: scis amorem, scis laborem, scis egestatem meam.

CH. Commemini omnia: id tu modo quid me vis facere, fac sciam.

CA. Cum hæc tibi alia sum elocutus, ut scires, si scis, de symbolo.

CH. Omnia, inquam; tu modo quæ me facere vis fac ut sciam. 5

CA. Pseudolus mihi ita imperavit, ut aliquem hominem strenuum
Benevolentem adducerem ad se. CH. servas imperium probe;
Nam & amicum, & benevolentem ducis. sed istic Pseudolus
Novos mihi est. CA. nimium est mortalis graphicus, heuretes mihi est, (10
Is mihi hæc esse effecturum dixit, quæ dixi tibi.

P. Ma-

Digitized by Google

P. Magnifice hominem compellabo. CA. cuja vox ſonat? P. io, io, io!
Te te te tyranne, te rogo, qui imperitas Pſeudolo,
Quæro: quoi ter, trina, triplicia, tribus modis, tria gaudia,
Artibus tribus, ter demeritas dem lætitias, de tribus
Fraude partas per malitiam, & per dolum & fallaciam,
In libello hoc obſignato ad te attuli pauxillulo.
CH. Illic homo eſt. ut paratragœdiat carnufex! CA. confer gradum
Contra pariter. P. porrige audaciter ad ſalutem brachium.
CH. Dic utrum Spemne an Matrem te ſalutem, Pſeudole?
P. Immo utramque. CA. utramque ſalve. ſed quid actum eſt? P. quid times?
CA. Attuli hunc. P. quid? attuliſti? CA. adduxi volui dicere.
P. Quis iſtic eſt? CH. Charinus. P. euge! jam Χαρῖνον ὁιωνὸν ποιῶ.
CH. Quin tu quicquid opu'ſt, audacter imperas. P. bene, ſed tamen (nos
Gratia eſt, bene ſit Charine, nolo tibi moleſtos eſſe
CH. Vos moleſtos mihi? moleſtum eſt id quidem. P. tum tu igitur mane.
CH. Quid iſtuc eſt? P. epiſtolam modo hanc intercepi, & ſymbolum.
CH. Symbolum? quem ſymbolum? P. qui à milite allatu'ſt modo, (minis,
Eius ſervo qui hunc ferebat cum quinque argenti
Tuam qui amicam hinc accerſebat, ei os ſublevi modo.
CA. Quomodo? P. horum cauſſa hæc agitur ſpectatorum fabula.
Hi ſciunt, qui hic affuerunt, vobis poſt narravero.
CA. Quid nunc agimus? P. liberam hodie tuam amicam amplexabere.
CA. Egone? P. tute. CA. ego? P. ipſus, inquam, ſiquidem hoc vivet caput.
Si modo mihi hominem invenietis propere. CH. qua facie? P. malum,
Callidum, doctum, qui quando principium prehenderit, Porro

Porro sua virtute teneat, quid se facere oporteat.
Atque eum, qui non hic visitatus sæpe sit. Ch. si servos est, (bene.
Numquid refert? P. immo multo mavolo quam li-
Ch. Posse opinor me dare hominem tibi malum & doctum, modo (bus
Qui à patre advenit Caryſto, nec dum exiit ex ædi-
Quoquam, neque Athenas advenit unquam ante hesternum diem.
P. Bene juvas, sed quinque inventis opus est argenti minis
Mutuis, quas hodie reddam: nam unam hujus mihi debet pater.
Ch. Ego dabo, ne quære aliunde. P. ô hominem opportunum mihi!
Etiam opu'st chlamyde, & machæra, & petaso. Ch. possum à me dare.
P. Di immortales! non Charinus mihi hic quidem est, sed Copia.
Sed istic servos ex Caryſto qui huc advenit quid sapit?
H. Hircum ab alis. P. manuleatam tunicam habere minem decet.
Ecquid habet is homo aceti in pectore? Ch. atque acidissumi.
P. Quid si opus siet & dulce promat indidem, ecquid habet? Ch. rogas?
Murrhinam, tum passum, defrutum, melinam, mel quojusmodi. (lium.
Quin in corde instruere quondam cœpit thermopo-
P. Eugepe! lepide, Charine, me meo ludo lamberas.
Sed quid nomen esse dicam ego isti servo? Ch. Simiæ.
P. Scitne in re advorsa vorsari? Ch. turbo non æque citus est.
P. Ecquid argutus est? Ch. malorum facinorum sæpissume.
P. Quid cum manifesto tenetur? Ch. anguilla'st, elabitur.
P. Ecquid is homo scitus est? Ch. plebiscitum non est scitius.
P. Probus homo est, ut prædicare te audio, Ch. immo si scias,

Uti

Ubi te aſpexerit, narrabit ultro, quid ſeſe velis.
Sed quid es acturus? P. dicam: ubi hominem exornavero,
Subditicium fieri ego illum militis ſervom volo.
Symbolum hunc ferat lenoni, cum quinque argentiminis:
Mulierem ab lenone abducat. hem tibi omnem fabulam.
Ceterum quo quidque pacto faciat, ipſi dixero.
CA. Quid nunc igitur ſtamus? P. hominem cum ornamentis omnibus
Exornatum adducite ad me, jam ad trapezitam Æſchinum.
Sed properate. CH. prius illic erimus quam tu. P. abite ergo ocius.
Quicquid incerti mihi in animo prius, aut ambiguum fuit,
Nunc liquet, nunc defæcatum eſt, cor mihi nunc pervium'ſt.
Omnes ordines ſub ſignis ducam, legiones meas,
Avi ſiniſtra, auſpicio liquido, atque ex ſententia.
Confidentia eſt inimicos meos me poſſe perdere.
Nunc ibo ad forum, atque onerabo meis præceptis Simiam,
Quid agat, ne quid titubet, docte ut hanc ferat falaciam.
Jam ego hoc ipſum oppidum expugnatum faxo crit lenoniam.

ACTUS III. SCENA I.

PUER.

CUi ſervitutem dii danunt lenoniam
Puero, atque eidem ſi addunt turpitudinem;
Næ illi, quantum ego nunc corde conſpicio meo,
Malam rem magnam, multaſque ærumnas danunt.
Velut hæc mihi evenit ſervitus, ubi ego omnibus
Parvis magniſque miſeriis præfulcior:
Neque ego amatorem mihi invenire ullum queo,
Qui amet me, ut curet tandem nitidiuſcule.
Nunc huic lenoni eſt hodie natalis dies:
Interminatus eſt à minimo ad maxumum,
Si quis non hodie munus miſiſſet ſibi,
Eum cras cruciatu maxumo perbitere.
Nunc neſcio hercle rebus quid faciam meis
Neque ego illud poſſum, quod illi, qui poſſunt, ſolent

Digitized by Google

Nunc niſi lenoni munus hodie miſero,
Cras mihi potandus fructus eſt fullonius
Eheu! quam illæ rei ego etiam nunc ſum parvolus?
Atque edepol ut nunc male cum metuo miſer!
Si quiſpiam det quoi manus gravior ſiet.
Quamquam illud ajunt magno gemitu fieri.
Comprimere dentes poſſe videor aliquo modo.
Sed comprimenda eſt mihi vox atque oratio:
Herus eccum recipit ſe domum, & ducit coquom.

ACTUS III. SCENA II.

BALLIO *leno*, COQUUS, PUER.

FOrum coquinum qui vocant, ſtulte vocant:
Nam non coquinum eſt, verum furinum eſt forum:
Nam ſi ego juratus pejorem hominem quærerem,
Coquum non potui, quam hunc quem duco, ducere,
Multiloquum, glorioſum, inſulſum, inutilem
Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad ſe noluit,
Ut eſſet hic, qui mortuis cœnam coquat.
Nam hic ſolus illis coquere, quod placeat, poteſt.
C. Si me arbitrabare iſto pacto ut prædicas,
Cur conducebas? B. inopia: alias non erat.
Sed cur ſedebas in foro, ſi eras coquus.
Tu ſolus præter alios, C. ego dicam tibi:
Hominum avaritia ego ſum factus improbior coquus,
Non meopte ingenio. B. Qua iſtuc ratione, C. eloquar.
Quia enim cum extemplo veniunt conductum coquum,
Nemo illum quærit qui optimus & chariſſimu'ſt,
Illum conducunt potius, qui viliſſimu'ſt.
Hoc ego fui hodie ſolus obſeſſor fori.
Illi drachmis iſſent miſeri; me nemo poteſt,
Minoris quiſquam nummo ut ſurgam, ſubigere.
Non item cœnam condio, ut alii coqui.
Qui mihi condita prata in patinis proferunt,
Boves qui convivas faciunt herbaſque oggerunt,
Eas herbas herbis aliis porro condiunt,
Indunt coriandrum, feniculum, allium, atrum olus,
Apponunt rumicem, braſſicam, betam, blitum:
Eo laſerpitii libram pondo diluunt:

Digitized by Google

Teritur sinapis scelerata cum illis quiterunt?
Priusquam triverunt, oculi ut exsilient facit.
Ei homines cœnas sibi coquint: cum condiunt,
Non condimentis condiunt, sed strigibus,
Vivis convivis intestina quæ exedint.
Hoc hîc quidem homines tam brevem vitam colunt,
Cum hasce herbas hujusmodi in suam alvum congerunt,
Formidolosas dictu non esu modo:
Quas herbas pecudes non edunt, homines edunt.
B. Quid tu? divinis condimentis utere?
Qui prorogare vitam possis hominibus,
Qui ea culpes condimenta. C. audacter dicito.
Nam vel ducenos annos poterunt vivere,
Meas qui esitabunt escas, quas condivero.
Nam ego cicilendrum quando in patinas indidi,
Aut si polindrum, aut macidem, aut sane captidem,
Eæ ipsæ sese patinæ fervefaciunt illico:
Hæc ad Neptuni pecudes condimenta sunt:
Terrestres pecudes cicimandro condio,
Aut happalopside, aut cataractria. B. atte Juppiter
Diique omnes perdant, cum condimentis tuis,
Cumque tuis omnibus mendaciis.
C. Sine sis loqui me. B. loquere, atque i in malam crucem.
C. Ubi omnes patinæ fervent, omnes aperio,
Ibi odos demissis pedibus in cœlum volat,
Eum in odorem cœnat Juppiter cotidie.
B. Odor demissis pedibus? C. peccavi infelens.
B. Quid est? C. quia enim demissis manibus volui dicere.
B. Si nusquam is coctum, quidnam cœnat Juppiter?
C. It incœnatus cubitum. B. i in malam crucem:
Istaccine caussa tibi hodie nummum dabo?
C. Fateor equidem esse me coquum carissimum:
Verum pro precio facio, ut opera appareat
Mea, quo conductus veni. B. ad furandum quidem.
C. An invenire postulas quemquam coquum,
Nisi milvinis aut aquilinis ungulis?
B. An tu coquinatum te ire quoquam postulas,
Quin ibi constrictis ungulis cœnam coquas?
Nunc adeo, tu qui meus es, jam edico tibi,
Uti nostra properes amolîri omnia.

Digitized by Google

Tam ut hujus oculos in oculis habeas tuis.
Quoque hic spectabit, eo tu spectato simul:
Si quo hic gradietur, pariter progrediminor:
Manum si protollet, pariter proferto manum.
Suum si quid sumet, id tu finito sumere;
Si nostrum sumet, tu tenero altrinsecus.
Si iste ibit, ito; stabit, astato simul.
Si conquiniscet istic, ceveto simul.
Item his discipulis privos custodes dabo.
C. Habe modo animum bonum. B. quæso qui possim, doce,
Animum bonum habere, qui te ad me adducam domum,
C. Quia sorbitione faciam ego te hodie mea,
Item ut Medæa Peliam concoxit senem,
Quem medicamento & suis venenis dicitur
Effisse rursus ex sene adolescentulum:
Eam ego te faciam. B. eho an tu etiam venefica?
C. Immo edepol vero hominum servator magis.
B. Hem tibi mane. Quanti istuc unum me coquinare perdoces,
C. Quid? B. ut te servem, ne quid surripias mihi.
C. Si credas, nummo: si non, ne mina quidem.
Sed utrum amicis hodie, an inimicis tuis
Paratus cœnam? B. pol ego amicis, scilicet.
C. Quin tu illos inimicos potius, quam amicos vocas,
Nam ego ita convivis cœnam conditam dabo
Hodie, atque ita suavitate condiam,
Ut quisque quidque conditum gustaverit.
Ipsos sibi faciam ut digitos prærodant suos.
B. Quæso hercle priusquam quicquam convivis dabis,
Gustato tute prius, & discipulis dato,
Ut prærodatis vestras furtificas manus.
C. Fortasse hæc tu nunc mihi non credis, quæ loquor.
B. Molestus ne sis. nimium jam tinnis. non places.
Hem, illic ego habito, intro huc abi, & cœnam coque
Propere. C. quin is accubitum & convivas cedo. (100
Corrumpitur jam cœna. B. hem, ololem sis vide.
Jam à hic quoque est celestus est coqui sublingio.
Profecto quid nunc primum caveam nescio,
Ita in ædibus sunt fures, prædo in proximo est. 105
Jam me hic vicinus apud forum paulo prius
Pater Callidori opere petivit maxumo,

Ut mihi caverem à Pseudolo servo suo,
Neu fidem ei haberem; nam eum circumire in hanc diem,
Ut me, si posset, muliere intervorteret:
Eum promisisse firmiter dixit sibi.
Se e abducturum à me dolis Phœnicium.
Nunc ibo intro, atque edicam familiaribus,
Profecto ne quis quicquam credat Pseudolo.

ACTUS IV. SCENA I.

PSEUDOLUS *servus* SIMIA *sycophanta.*

SI unquam quenquam di immortales voluere esse auxilio adjutum,
Tum me & Callidorum servatum volunt esse, & lenonem extinctum,
Cum te adjutorem genuere mihi, tam doctum hominem atque astutum.
Sed ubi illic est? sumne ego homo insipiens, qui hæc mecum egomet loquor solus?
Dedit verba mihi hercle? ut opinor, malus cum malo stulte cavi.
Tum pol ego interii, homo si ille abiit; neque hoc opus, quod volui, ego hodie efficiam.
Sed eccum video verberearn statuam: ut magnifice infert sese,
Hem, te hercle ego circumspectabam: nimis metuebam male, ne abiisses.
S. Fuit meum officium, ut facerem, fateor. P. ubi restiteras, S. ubi mihi libitum est.
P. Istuc ego jam satis scio. S. cur ergo, quod scis, me rogas, P. at hoc volo monere te.
S. Monendus ne me moneat. P. nimis tandem ego abs te contemnor.
S. Quippe ego te ni contemnam, stratioticus homo qui cluear. P. jam
Hoc volo quod occœptum'st agi. S. nunquid agere aliud me vides,
P. Ambula ergo ciro. S, immo ocioſe volo. P. hæc ea occasio est, dum ille dormit,
Volo tu prior ut occupes adire. S. quid properas, placide.
Ne time: ita ille faxit Juppiter, ut ille palam ibidem astiet.

Quisquis ille est, qui adest à milite; nunquam edepol erit ille potior

Harpax, quam ego: habe animum bonum: pulchre ego hanc explicatam tibi rem dabo.

Sic ego illum dolis atque mendaciis in timorem dabo (fiet, 20

Militarem advenam, ipse sese ut neget eum esse, qui

Neque ut esse autumet, qui ipsus est. P. qui potest; S. occidis me,

Cum istuc rogitas. P. ô hominem lepidum! te quoque etiam dolis,

Atque etiam mendaciis, Juppiter te mihi servet.

S. Immo mihi: sed vide, ornatus hic, satis me condecet;

P. Optume habet. S. esto, P. tantum tibi boni dii immortales duint, 25

Quantum tu tibi optes; nam si exoptem, quantum dignus, tantum dent,

Minus nihilo est: neque ego hoc homine quenquam vidi magis malum,

Et maleficum. S. tun' id mihi; P. taceo. sed ego quæ tibi dona

Dabo & faciam, si hanc rem sobrie accuraſſis? S. potin' ut taceas?

MEMOREM immemorem facit, qui monet quod memor meminit. teneo omnia. 30

In pectore condita sunt, meditati sunt doli docte. P. probus hic est

Homo. S. neque hic est, neque ego. P. at vide ne titubes. S. potin' ut taceas?

P. Ita me dii ament. S. ita non facient; mera jam mendacia fundes.

P. Ut ego ob tuam, Simia, perfidiam te amo, & metuo, & magnifico!

S. Ego istuc aliis dare condidici; mihi obtrudere non potes palpum. 35

P. Ut ego te hodie accipiam lepide, ubi effeceris hoc opus! S. ha ha hæ!

P. Lepido victu, vino, unguentis, & inter pocula pulpamentis:

Ibidem una aderit mulier lepida, tibi savia super savia quæ det.

S. Lepide accipis me. P. immo si efficis, tum faxo magis dicas. S. Nisi

Digitized by Google

S. Niſi effecero, cruciabiliter carnifex me accipito.
Sed propera mihi monſtrare, ubi oſtium lenonis ædium.
P. Tertium hoc eſt. S. ſt! tace, ædes hiſcunt.
P. credo, animo male'ſt
Ædibus. S. quid jam? P. quia edepol ipſum lenonem evomunt.
S. Illiccine eſt? P. illic eſt. S. mala merx eſt.
P. illuc ſis vide.
Non prorſus, verum ex tranſverſo cedit, quaſi cancer ſolet.

ACTUS IV. SCENA II.

BALLIO, PSEUDOLUS, SYCOPHANTA.

MInus malum hunc hominem eſſe opinor, quam eſſe cenſebam coquum:
Nam nihil etiam dum harpagavit, præter cyathum, & cantharum.
P. Heus tu! nunc occaſio eſt & tempus. S. tecum ſentio, (ero.
P. Ingredere in viam doloſe. &, ego hic in inſidiis
S. Habui numerum ſedulo, hoc eſt, ſextum à porta proximum
Angiportum, in id angiportum me devorti juſſerat:
Quotumas ædis dixerit, id ego admodum incerte ſcio.
B. Quis hic homo chlamydatus eſt, aut unde eſt, aut quem quæritat.
Peregrina facies videtur hominis atque ignobilis.
S. Sed eccum, qui ex incerto faciet mihi, quod quæro, certius,
B. Ad me adit recta: unde ego hominem hunc eſſe dicam gentium.
S. Heus tu, qui cum hirquina aſtas barba, reſponde, quod rogo.
B. Eho an non prius ſalutas, S. nulla eſt mihi ſalus dataria.
B. Nam pol hinc tantundem accipies. P. jam inde à principio probi. (rogo.
S. Ecquem in angiporto hoc hominem tu noviſti, te
B. Egomet me. S. pauci iſtuc faciunt homines quod tu prædicas.

Nam in foro vix decimus quisque est, qui ipsus sese
noverit.
P. Salvus sum; jam philosophatur. S. hominem
ego hic quæro malum,
Legirupam, impium, perjurum, atque improbum.
B. me quæritat: (modo. 20
Nam illa sunt cognomenta, nomen si memoret
Quid est ei homini nomen? S. Leno Ballio. B. sci-
vin' ego? (Ballio?
Ipse sum, adolescens, quem tu quæritas. S. tune es
B. Ego enim vero is sum. S. ut vestitus est perfossor
parietum?
B. Credo in tenebris conspicatus si sis me, abstineas
manum. (re: 25
S. Herus meum tibi me salutem multam voluit dice-
Hanc epistolam accipe à me, hanc me tibi jussit dare.
B. Quis is homo'st qui jussit? P. perii! nunc ho-
mo in medio luto est
Nomen nescit, hæret hæc res. B. quem hanc misisse
ad me autumas? (hi,
S. Nosce imaginem, tute ejus nomen memorato mi-
Ut sciam te Ballionem esse ipsum. B. cedo mihi
epistolam. 30
S. Accipe, cognosce signum. B. eho Polyma-
chæroplacides.
Purus putus est ipsus. novi. heus! S. Polymachæ-
roplacides
Nomen est. scio jam tibi me recte dedisse episto-
lam,
Postquam Polymachæroplacidæ elocutus nomen es.
S. Sed quid agit is? S. quod homo edepol fortis,
atque bellator probus. 35
Sed properè hanc pellege quæso epistolam, ita ne-
gotium est,
Atque accipere argentum actutum, mulieremque
mihi emittere:
Nam necesse hodie Sicyoni me esse, aut cras mor-
tem exequi, (dicas.
Ita herus meus est imperiosus. B. novi, notis præ-
S. Propera pellegere epistolam ergo. B. id ago, si
taceas modo. 40
Miles lenoni Ballioni epistolam
Conscriptam mittit Polymachæroplacides,

Ima-

Digitized by Google

Imagine obſignatam, quæ inter nos duo
Convenit olim. S. ſymbolum eſt in epiſtola.
B. Video, & cognoſco ſignum. ſed in epiſtola
Nullam ſalutem mitterene ſcriptam ſolet?
S. Ita militaris diſciplina eſt, Ballio:
Manu ſalutem mittunt benevolentibus,
Eadem malam rem mittunt malevolentibus.
Sed ut occœpiſti, perge operam experirier,
Quid epiſtola iſta narret. B. auſculta modo.
Harpax calator meus eſt, ad te qui venit.
Tune is es Harpax? S. ego ſum, atque ipſe Harpax quidem.
B. Qui epiſtolam iſtam fert, ab eo argentum accipi, &
Cum eo ſimitu mulierem mitti volo.
Salutem ſcriptam dignum eſt dignis mittere:
Te ſi arbitrarem dignum, miſiſſem tibi.
S. Quid nunc? B. argentum des, abducas mulierem.
S. Uter remoratur? B. quin ſequere ergo intro.
S. ſequor,

ACTUS IV. SCENA III.

PSEUDOLUS.

PEjorem ego hominem, magiſque verſute malum,
Nonquam edepol quenquam vidi, quam hic eſt Simia, (male,
Nimiſque ego illum hominem metuo, & formido
Ne malus item erga me ſit, ut erga illum fuit,
Ne in re ſecunda nunc mihi obvertat cornua,
Si occaſionem cap ſit qui ſiet malus.
Atque edepol equidem nolo: nam illi bene volo.
Nunc in metu ſum maxumo, triplici modo.
Primum omnium jam hunc comparem metuo meum,
Ne deſerat nunc me, atque ad hoſtis tranſeat.
Metuo autem, ne herus redeat etiam domum à foro,
Ne capta præda capti prædones ſuant.
Cum hæc metuo, metuo ne ille huc Harpax adveniat,
Priuſquam hinc hic Harpax abierit cum muliere.
Perii hercle! nimium tarde egrediuntur foras.
Cor colligatis vaſis expectat meum,
Si non educat mulierem ſecum ſimul,
Ut exulatum ex pectore aufugiat meo.
Victor ſum, vici cautos cuſtodes meos.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA IV.

SYCOPHANTA, PSEUDOLUS.

NE plora: nescis ut res sit, Phœnicium;
Verum haud multo post faxo scibis accubans;
Non ego te ad illum duco dentatum virum
Macedonienſem, qui te nunc flentem facit.
Quoiam esse te vis maxume, ad eum duco te;
Callidorum haud multo post faxo amplexabere.
P. Quid tu intus quæso desedisti? quamdiu
Mihi cor retunsum'st oppugnando pectore?
S. Occasionem repperisti, verbero,
Ubi perconteris me insidiis hostilibus:
Quin hinc metimur gradibus militariis.
P. Atque edepol, quanquam nequam homo es, recte mones,
Ite hac triumphi ad cantharum recta via.

ACTUS IV. SCENA V.

BALLIO *leno.*

HAhæ! nunc demum animus in tuto est loco.
Postquam iste hinc abiit, atque abduxit mulierem.
Mihi libet nunc venire Pseudolum, scelerum caput,
Et abducere à me mulierem fallaciis.
Conceptis hercle verbis, satis certo scio,
Ego perjurare mavellem me millies,
Quam mihi illum verba per deridiculum dare.
Nunc deridebo hercle hominem, si convenero.
Verum in pistrinum credo, ut convenit, fore.
Nunc ego Simonem mihi obviam veniat velim,
Ut mea lætitia lætus promiscam fiet.

ACTUS IV. SCENA VI.

SIMO *senex*, BALLIO *leno.*

VIso quid rerum meus Vlysses egerit,
Jamne habeat signum ex arce Ballionia,
B. O fortunate! cedo fortunatam manum,
Simo. S. quid est; B. jam. S. quid jam; B. nihil est quod metuas. S. quid est;
Venitne homo ad te: B. non. S. quid est igitur boni;
B. Minæ viginti sanæ ac salvæ sunt tibi,
Hodie quas abs te inde ſt stipulatus Pseudolus.

S. Vo-

Velim quidem hercle. B. roga me viginti minas,
ille hodie illa sit potitus muliere.
ve eam tuo gnato hodie, ut promisit, dabit.
ogato hercle obsecro, gestio promittere,
mnibus modis tibi esse rem ut salvam scias.
tque etiam habeto mulierem dono tibi.
. Nullum periclum est, quod sciam, stipularier.
Ut concœpisti verba, viginti minas
Dabin'? B. dabuntur. S. hoc quidem actum'st haud male.
Sed hominem conveniistin'? B. immo ambos simul,
S. Quid ait? quid narrat? quæso quid dicit tibi?
B. Nugas theatri, verba quæ in Comœdiis
Solent lenoni dici, quæ pueri sciunt.
Malum, & scelestum, & perjurum ajebat esse me.
S. Pol haud mentitu'st. B. ergo haud iratus fui.
Nam quanti refert te nec recte dicere,
Qui nihili faciat, quique inficias non eat.
S. Quid est quod non metuas ab eo? id audire expeto. (potest.
B. Quia nunquam ab me abducet mulierem. jam nec
Meminisse tibi me dudum dicere,
Eam vænisse militi Macedonio?
S. Memini. B. hem illius servos huc ad me argentum attulit,
Et obsignatum symbolum. S. quid postea:
B. Qui inter me atque illum militem convenerat,
Is secum abduxit mulierem haud multo prius.
S. Bonan' fide istuc dicis? B. unde ea sit mihi?
S. Vide modo ne illic sit contechnatus quippiam.
B. Epistola atque imago me certum facit.
Quin jam quidem illam in Sicyonem ex urbe abduxit modo,
S. Bene hercle actum quid ego cesso Pseudolum
Facere, ut det nomen ad molarum coloniam,
Sed quis hic homo est chlamydatus? B. non ædepol scio,
Nisi ut observemus quo eat, aut quam rem gerat.

ACTUS IV. SCENA VII.

HARPAX, SIMO, BALLIO.

MAlus & nequam est homo, qui nihili imperium heri.

Sui

Sui ſervos facit: nihili eſt autem ſuum
Qui officium facere immemor eſt, niſi adeo monitus.
Nam qui liberos eſſe illico ſe arbitrantur,
Ex conſpectu heri ſi ſui ſe abdiderunt,
Luxuriantur, luſtrantur, comedunt quod
Habent, ii nomen diu ſervitutis ferunt:
Nec boni ingenii quicquam in his ineſt, niſi ut im-
Probis ſe artibus teneant. cum his mihi nec locus, nec ſermo
Convenit, neque his unquam nobilis fui.
Ego ut mihi imperatum eſt, etſi abeſt, hic adeſſe herum.
Arbitror: nunc ego illum metuo, cum hic non adeſt;
Ne cum aſſiet, metuam, ei rei operam dabo.
Nam me in taberna uſque adhuc ſineret Syrus,
Cui dedi ſymbolum: manſi ut juſſerat:
Leno ubi eſſet domi, me ajebat arceſſere:
Verum ubi is non venit, nec vocat, venio huc ultro,
Ut ſciam quid rei ſiet, ne illic homo me ludificetur.
Neque quicquam eſt melius, quam ut hoc paltem, atque aliquem (cipiat;
Evocem huc intus. leno argentum hoc volo à me ac-
Atque amittat mulierem mecum ſimul.
B. Heus tu! S. quid vis? B. hic homo meu'ſt. S. quidum? B. quia
Præda hæc mea eſt: ſcortum quærit, habet argentum.
Jam admordere hunc mihi lubet.
S. Jamne illum comeſurus es? B. dum recens eſt,
Dum datur, dum calet, devorari decet: nam
Boni viri me pauperant, improbi alunt,
Augent rem meam mali, populi ſtrenui
Damno mihi, improbi uſui ſunt. S. malum
Quod tibi dei dabunt, qui ſic ſceleſtus.
H. Me nunc commoror, cum has fores non ferio,
Ut ſciam ſitne Ballio domi. B. Venus mihi hæc
Bona dat: at cum hos huc adigit lucrifugas, damni
Cupidos, qui ſe ſuamque ætatem bene curant,
Edunt, bibunt, ſcortantur: illi ſunt alio ingenio, atque tu, (invides.
Qui neque tibi bene eſſe patere, & illis quibus eſt,
H. Heus! ubi eſtis vos? B. hic quidem ad me recta habet rectam viam.

H. Heus!

Digitized by Google

H. Heus! ubi estis vos? B. heus adolescens, quid istic debetur tibi? (mihi.
Bene ego ab hoc prædatus ibo. novi. bona scæva est
H. Ecquis hoc aperit? B. heus, chlamydate, quid istic debetur tibi?
H. Ædium dominum lenonem Ballionem quærito.
B. Quisquis es adolescens, operam fac compendi quærere.
H. Quid jam? B. quia te is ipsus coram præsens præsentem videt.
H. Tun' is es? S. chlamydate, cave sis tibi à curio infortunio,
Atque in hunc intende digitum, hic leno est. B. at hic est vir probus.
Sed tu, bone vir, flagitare sæpe clamore in foro,
Cum libella nusquam est, nisi quid leno hic subvenit tibi. (tibi?
H. Quin tu mecum fabulare? B. fabulor. quid vis
H. Argentum accipias. B. jamdudum si des, porrexi manum. (tæ minæ.
A. Accipe: hic sunt quinque argenti lectæ numera-
Hoc tibi herus me jussit ferre Polymachæroplacides, (cium
Quod deberet, atque ut mecum mitteres Phœni-
B. Herus tuus? H. ita dico. B. miles? H. ita loquor. B. Macedonius?
H. Admodum, inquam. B. te ad me misit Polymachæroplacides?
H. Vera memoras. B. hoc argentum ut mihi dares? H. si tu quidem es
Leno Ballio. B. atque ut à me mulierem abduceres? H. ita. (B. mane.
B. Phœniciumne esse dixit? H. recte meministi.
Jam redeo ad te. H. at maturate propera. nam propero: vides
Jam die multum esse, B. video. hunc advocare etiam volo. (Simo? 60
Mane modo istic, jam revertar ad te quid nunc fiet.
Quid agimus? manifesto hunc hominem teneo, qui argentum attulit.
S. Quid jam? B. an nescis, quæ sit hæc res? S. juxta cum ignarissumis.
B. Edepol hominem verberonem Pseudolum! ut dolose dolum.

Com-

Commentu'ſt! tantundem argenti, quantum miles debuit,
Dedit huic, atque hominem exornavit, mulierem qui arceſſeret.
Pſeudolus tuus allegavit hunc, quaſi à Macedonio
Milite eſſet. S. habeſne argentum ab homine, B. rogitas quod vides.
S. Heus! memento ergo dimidium iſtinc mihi de præda dare:
Commune iſtuc eſſe oportet. B. quid, malum? id totum tuum eſt.
H. Quam mox mihi operam das? B. tibi do equidem. quid nunc mihi es auctor, Simo,
S. Exploratorem hunc faciamus ludos ſuppoſititium,
Adeo donicum ipſus ſeſe ludos fieri ſenſerit.
B. Sequere. quid ais? nempe tu illius ſervos es? H. planiſſume
B. Quanti te emit? H. ſuarum in pugna virium victoria. (mea.
Nam ego eram domi imperator ſummus in patria
B. An etiam ille unquam expugnavit carcerem, patriam tuam,
H. Contumeliam ſi dices, audies. B. quotumo die
Ex Sicyone huc perveniſti; H. altero ad meridiem.
B. Strenue me hercle iſti: quamvis pernix hic eſt homo; (compedes.
Ubi ſuram aſpicias, ſcias poſſe eum gerere craſſas
Quid ais; tunc etiam cubitare ſolitus es in cunis puer;
S. Scilicet. B. etiamne facere ſolitus es; ſcin' quid loquar,
S. Scilicet, ſolitum eſſe. H. ſanine eſtis, B. quid hoc quod te rogo. (mul.
Noctu in vigiliam quando ibat miles, tum tú ibas ſi-
Conveniebatne in vaginam tuam machæra militis?
H. I in malam crucem. B. ire licebit tibi tamen hodie tempori.
H. Quin tu mulierem mihi emittis, aut reddis argentum? B. mane.
H. Quid maneam, B. chlamydem hanc commemores quanti conducta'ſt. H. quid eſt.
B. Quid meret machæra? H. helleborum hiſce hominibus eſt opus.

B. Ebo,

Digitized by Google

B. Eho. H. mitte. B. quid mercedis petasus hodie domino demeret.
H. Quid domino? quid somniatis, mea quidem hæc habeo omnia
Meo peculio empta. B. nempe quod femina summa sustinent.
H. Uncti hi sunt senes. fricari sese ex antiquo volunt.
B. Responde obsecro hercle hoc vero serio, quod te rogo;
Quid meres, quantillo argento te conduxit Pseudolus?
H. Qui istic Pseudolu'st, B. præceptor tuus, qui te hanc fallaciam
Docuit, ut fallaciis hic à me mulierem abduceres.
H. Quem tu Pseudolum, quas tu mihi prædicas fallacias,
Quem ego hominem nullius coloris novi. B. non tu istinc abis, (Pseudolo.
Nihil est hodie hic sycophantis quæstus: proin tu
Nuncies abduxisse alium prædam, qui occurrit prior
Harpax. H. is quidem edepol Harpax ego sum.
B. imo edepol esse vis. (tum dedi:
Purus putus hic sycophanta est. H. ego tibi argen-
Et dudum adveniens extemplo symbolum servo tuo.
Heri imagine obsignatam epistolam, hic ante ostium.
B. Meo tu epistolam dedisti servo, cui servo,
H. Syro.
B. Non confidit, sycophanta hic nequam est, nugis meditatur male: (dolum
Edepol hominem verberonem Pseudolum, ut docte
Commentu'st? tantundem argenti quantum miles debuit, (abduceret.
Dedit huic, atque hominem exornavit mulierem qui
Nam illam epistolam ipsus verus Harpax huc ad me attulit. (militis,
H. Harpax ego vocor, ego servus sum Macedonis
Ego nec sycophantiose quicquam ago, nec malefice,
Neque istum Pseudolum mortalis qui sit novi, neque scio. (115
S. Tu nisi mirum'st leno plane perdidisti mulierem.
B. Edepol næ istuc magis magisque metuo, cum verba audio. (perfrigefacit.
S. Mihi quoque edepol jamdudum illi Syrus cor
Symbolum qui hoc accepit, mira sunt. Pseudolus est. Eho

Digitized by Google

Tu! qua facie fuit dudum, cui dediſti ſymbolum?
H. Rufus quidam, ventrioſus, craſſis ſuris, ſubniger
Magno capite, acutis oculis, ore rubicundo, admodum (des.
Magnis pedibus. S. perdidiſti, poſtquam dixiſti Pſeudolus fuit ipſus. B. actum eſt de me, jam morior, Simo.
H. Hercle haud te ſinam emoriri, niſi argentum mihi redditur, (125
Viginti minæ. S. atque etiam mihi aliæ viginti minæ.
B. Auferetur id præmium à me, quod promiſi per jocum? (decet.
S. De improbis viris auferri præmium & prædam
B. Saltem Pſeudolum mihi dedas. S. Pſeudolum ego dedam tibi?
Quid deliquit? dixin, ab eo tibi ut caveres, centies?
B. Perdidit me. S. at me viginti commodis multavit minis. 130
B. Quid nunc faciam? H. ſi mihi argentum dederis, te ſuſpendito.
B. Di te perdant. ſequere ſis me ergo hac ad forum, ut ſolvam. H. ſequor. (civibus.
B. Hodie ego peregrinos abſolvam, cras agam cum
Pſeudolus mihi centuriata habuit capitis comitia,
Qui illum ad me hodie allegavit mulierem qui abduceret. 135
Sequere tu nunc. ne expectetis dum hac domum redeam via. (rier.
Ita res geſta eſt: angiporta hæc certum eſt conſectaH. Si graderere tantum, quantum loquere, jam eſſes ad forum.
B. Certum'ſt mihi lemorualem facere ex natali die.

ACTUS IV. SCENA VIII.

SIMO *ſenex.*

BEne ego illum tetigi, bene autem ſervos inimicum ſuum. (dare,
Nunc mihi certum eſt, alio pacto Pſeudolo inſidias
Quam in aliis Comœdiis ſit, ubi cum ſtimulis aut flagris (nas,
Inſidiantur: at ego jam inultus promam viginti miQuas promiſi, ſi effeciſſet; obviam ei ultro deferam. 5

Nimis

Nimis illic mortalis doctus, nimis versutus, nimis malus, (dolus.
Superavit dolum Trojanum, atque Ulyssem, Pseu-
Nunc ibo intro, argentum promam, Pseudolo insidias dabo.

ACTUS V. SCENA I.

PSEUDOLUS *servus ebrius.*

QUid hoc? siccine hoc sit? pedes, statin'? an non?
An id voltis, ut me hic jacentem aliquis tollat?
Nam hercle si cecidero, vestrum erit flagitium.
Pergitin' pergere? ach! viandum mihi
Hodie est, magnum hoc vitium vino est.
Pedes captat primum, luctator dolosu'st,
Profecto edepol ego nunc probe abeo madussa.
Ita victu excurato, ach! ita munditiis digne ach?
Itaque in loco festivo sumus festive accepti.
Quid opus me multas agere ambages? hoc
Est homini quamobrem vitam amet, hic omnes
Voluptates. in hoc omnes venustates sunt:
Deis proximum esse arbitror. nam ubi amans complexu'st
Amantem, ubi labra ad labella adjungit,
Ubi alter alterum bilingui manifesto
Inter se prehendunt, ubi mamma manicula
Opprimitur alia, aut si lubet, corpora
Conduplicant, manu candida cantharum dulciferum
Propinare, amicissumam amicitiam, neque esse alium alii
Odio, nec molestis nec sermonibus morologis uti:
Unguenta atque odores, lemniscos, corollas dari dapsiles. (get:
Non enim parcipromi victu cætero, ne quis me ro-
Hoc ego modo, atque herus minor, hanc diem sumsimus prothyme,
Postquam opus meum, ut volui, omne perpetravi hostibus fugatis.
Illos accubantis, potantis, amantis, cum scortis
Reliqui, & meum scortum ibidem, cordi atque animo suo (saltem.
Obsequentes. sed postquam exsurrexi, orant med uti
Ad hunc me modum intuli, ut illis satis facerem ex disciplina: quippe ego

Digitized by Google

Qui probe Ionica perdidici. sed palliolatim amictus
Sic hoc incessi ludibundus: plaudunt: partim cla-
mitant me ut revertar.
Occepi denno hoc modo volvi: idem amicæ dabam
me meæ, (nia ludo.
Ut me amaret: ubi circumvorter, cado: id fuit næ-
Itaque dum enitor (pax!) jam pæne inquinavi pal-
lium nimie tum
Voluptati edepol fui ob casum. datur cantharus,
bibi, commuto
Hico pallium, illud posivi, inde huc exii, crapu-
lam dum amoverem.
Nunc ab hero ad herum meum majorem venio, fœ-
dus commemoratum. (tiate.
Aperite, aperite. heus! Simoni me adesse, quis nun-

ACTUS V. SCENA II.

SIMO, *senex*, PSEUDOLUS *servus*,
BALLIO *leno*.

VOx viri pessumi me exciet foras. sed quid hoc?
quo modo? quid tu video ego?
Cum corona ebrium Pseudolum tuum. S. libe-
re hercle hoc quidem. sed vide statum.
Num mea gratia pertimescit? magis cogito, sævi-
ter, blanditerne alloquar.
Sed hoc me vetat vim facere nunc, quod fero, si
qua in hoc spes sita'st mihi.
Vir malus, viro optimo obviam it. S. di te ament,
Pseudole. P'hui! in malam crucem.
Cur egomet afflictor? S. quid tu (malum!) ergo in os mihi ebrius irructas?
Molliter siste nunc me: cave, ne cadam: non
vides me, ut madide madeam?
Quæ ista hæc audacia est? te sic interdius cum
corolla ebrium incedere? P. lubet.
Quin lubet? pergin' ructare in os mihi? P. suavis ructus mihi est: sic sine modo.
Credo equidem potesse: te, scelus, Massici mon-
tis uberrumos quatuor
Eructus ebibere in hora una. P. hyberna addito.
S. haud male mones.
Maledicamen, unde omnium celocem agere te præ-
dicem? P. cum tua filia

Perpe-

Digitized by Google

Perpotavi modo. ſed Simo, ut probe tactus Ballio eſt! quæ tibi dixi,
Ut effecta reddidi. S. derides? peſſumus homo eſt P. mulier hæc
Feci cum tuo filio libera accubet. S. omnia ut quidque egiſti ordine,
Scio. P. quid ergo dubitas dare mihi argentum? S. jus petis, fateor.
Tene. P. at negabas daturum eſſe te mihi; tamen das. onera hunc hominem, atque
Conſequere hac. S. ego iſtum onerem? P. onerabis, ſcio. S. quid ego huic homini faciam?
Satin' ultro & argentum aufert, & me irridet? B. væ victis! S. vorte ergo humerum.
Hem! B. hoc ego nunquam ratus ſum fore, me ut tibi fierem ſupplex.
Heu, heu, heu! P. deſine. B. doleo. P. ni doleres tu, ego dolerem.
B. Quid hoc? auferrene, Pſeudole, abs tuo hero? P. lubentiſſimo corde, atque animo.
B. Non audes quæſo aliquam partem mihi gratiam facere hinc argenti?
P. Novi, me dices avidum eſſe. nam hinc nunquam eris nummo divitior. (ciſſem.
Neque te mei tergi miſereret, ſi hoc non hodie eſſe-
B. Erit, ubi te ulciſcar, ſi vivo. P. quid minitare? habeo tergum.
B. Age ſane. P. igitur redi. B. quid redeam? P. redi modo, non eris deceptus.
B. Redeo. P. i ſimul mecum potatum. B. egone eam? P. fac ut te jubeo:
Si is, aut dimidium, aut plus etiam faxo hinc feres. B. eo; duc me quo vis. P. quid nunc?
Nunquid iratus es, aut mihi, aut filio, propter has res, Simo? S. nihil profecto.
P. I hac. S. te ſequor. quin vocas ſpectatores ſimul? P. hercle me iſti
Haud ſolent vocare, neque ergo ego iſtos: verum ſi voltis applaudere
Atque approbare hunc gregem & fabulam, in craſtinum vos vocabo.

FINIS PSEUDOLI.

Digitized by Google

POENULUS.

Dramatis Personæ.

AGORASTOCLES *adolescens.*
MILPHIO *servus.*
ADELPHASIUM *meretrix.*
ANTERASTILIS *meretrix.*
LYCUS *leno.*
ANTHEMONIDES *miles.*
ADVOCATI.
COLLYBISCUS *villicus.*
SYNCERASTUS *servus.*
HANNO *Pœnus.*
GIDDENEME *nutrix.*
PUER.

ARGUMENTUM.

Puer septuennis surripitur Carthagine.
Or mulierum adoptat hunc emptum senex
Et facit hæredem, ejus pueri cognatæ duæ,
Nutrixque earum raptæ. mercatur Lycus,
Vexatque amantem: at ille cum auro villicum
Lenoni obtrudit, ita eum furto alligat.
Venit Hanno Pœnus, gnatum hunc fratris repperit,
Suasque agnoscit quas perdiderat filias.

PROLOGUS.

ACHillem Aristarchi mihi commentari lubet,
Inde mihi principium capiam ex Tragœdia.
Sileteque & tacete, atque animum advortite.
Audire jubet vos imperator histricus:
Bonoque ut animo sedeant in subselliis,
Et qui esurientes, & qui saturi venerint.
Qui ediστis, multo feciστis sapientius:
Qui non ediστis, saturi fite fabulis.
Nam cui paratum'st quod edit, nostra gratia,
Nimia est stultitia, fessum impransum incedere,
Exurge præco, fac populo audientiam.
Jamdudum expecto, si tuum officium scias.
Exerce vocem quam per vivis, & colis.
Nam nisi clamabis, tacitum te obrepet fames.
Age nunc reside, duplicem ut mercedem feras.

Re-

Digitized by Google

Bonum factum'st, edicta ut servetis mea.
Scortum exoletum ne quis in proscenio
Sedeat, neu lictor verbum, aut virgæ mutiant,
Neu dissignator præter os obambulet,
Neu sessum ducat, dum histrio in scena siet.
Diu qui domi ocioſi dormierunt, decet
Animo æquo nunc stent, vel dormire temperent.
Servi ne obsideant, liberis ut sit locus,
Vel æs pro capite dent. si id facere non queunt,
Domum abeant, vitent ancipiti infortunio,
Ne & hic varientur virgis, & loris domi,
Si minus curassint, cum veniant heri domum.
Nutrices puerosinfanteis minutulos
Domi ut procurent, neu quæ spectatum afferant,
Ne & ipsæ sitiant, & pueri pereant fame:
Neve esurientes hic quasi hœdi obvagiant.
Matronæ tacite spectent, tacite rideant,
Canora hic voce sua tinnire temperent,
Domum sermones fabulandi conferant,
Ne & hic viris sint & domi molestiæ.
Quodque ad ludorum curatores attinet,
Ne palma détur quoiquam artifici injuria,
Neve ambitionis causſa extrudantur foras,
Quo deteriores anteponantur bonis.
Et hoc quoque etiam, quod pæne oblitus fui:
Dum ludi fiunt, in popinam pedisequi
Irruptionem facite; nunc dum occasio est,
Nunc dum scribilitæ æstuant, accurrite.
Hæc imperata quæ sunt pro imperio histrico,
Bonum hercle factum pro se quisque ut meminerit,
Ad argumentum nunc vicissatim volo
Remigrare, æque ut mecum sitis ignarures.
Ejus nunc regiones, limites, confinia
Determinabo, ei rei factus sum ego finitor.
Sed nisi molestum est, nomen dare vobis volo
Comœdiæ: sin odio est, dicam tamen.
Siquidem licebit per illos, quibus est in manu.
Carchedonius vocatur hæc comœdia,
Latine Plautus, PATRUUS PULTIPHAGONIDES.
Nomen jam habetis. nunc rationes cæteras
Accipite: nam argumentum hoc hic censebitur.
Locus argumento 'st suum sibi proscenium.

Digitized by Google

Vos juratores estis, quæso operam date.
Carthaginenses fratres patrueles duo
Fuere, summo genere, & summis divitiis;
Eorum alter vivit, alter est emortuus.
Propterea apud vos dico confidentius,
Quia mihi pollinctor dixit, qui eum pollinxerat.
Sed illi seni, qui mortuus est, filius
Unicus qui fuerat, abditivus à patre,
Puer septuennis surripitur Carthagine,
Sexennio prius quidem, quam moritur pater.
Quoniam periisse sibi videt gnatum unicum,
Conjicitur ipse in morbum ex ægritudine.
Facit illum hæredem fratrem patruelem suum:
Ipse abiit ad Acheruntem sine viatico.
Ille qui surripuit puerum, Calydonem avehit:
Vendit eum domino hic diviti cuidam seni,
Cupienti liberorum, osori mulierum.
Emit hospitalem is filium imprudens senex
Puerum illum, eumque adoptat sibi pro filio.
Eumque hæredem fecit, cum ipse obiit diem.
Is illic adolescens habitat in illisce ædibus
Revortor rursus denuo Carthaginem.
Si quid mandare voltis aut curarier,
Argentum nisi qui dederit, nugas egerit:
Verum qui dederit, magis majores egerit.
Sed illi patruo hujus, qui vivit senex,
Carthaginensi duæ fuere filiæ:
Altera quinquennis, altera quadrimula.
Cum nutrice una periere: à Magaribus.
Eas qui surripuit, in Anactorium devehit,
Venditque has omnes, & nutricem, & virgines,
Præsenti argento homini, si leno est homo,
Quantum hominum terra sustinet, sacerrumo.
Vosmet nunc facite conjecturam cæterum,
Quid id sit hominis, cui Lyco nomen siet.
Is ex Anactorio ubi prius habitaverat,
Huc commigravit in Calydonem, haud diu,
Sui quæsti gratia: is in illis habitat ædibus.
Earum hic adolescens alteram efflictim perit
Suam sibi cognatam imprudens, neque scit quæ ea
Sit, neque eam unquam tetigit: ita eum leno macerat.
Neque quicquam cum ea fecit etiamnum stupri.

Neque

Digitized by Google

Neque duxit unquam, neque ille voluit mittere.
Qui amare cernit, tangere hominem volt bolo.
Illam minorem in concubinatum sibi
Volt emere miles quidam, qui illam deperit.
Sed pater illarum Pœnus, postquam eas perdidit,
Marique terraque usquequaque quæritat.
Ubi quamque in urbem est ingressus, illico
Omnes meretrices, ubi quisque habitant, invenit:
Dat aurum; ducit noctem: rogitat postibi
Unde sit, quojatis, captane an surrepta sit,
Quo genere gnata, qui parentes fuerint.
Ita docte atque astu filias quærit suas.
Et is omnis linguas scit, sed dissimulat sciens
Se scire. Pœnus plane est. quid verbis opus est?
Is heri huc in portum navi venit vespere.
Pater harum idem huic patruus adolescentulo est.
Jamne hoc tenetis? si tenetis, ducite.
Cave dirumpatis, quæso sinite transigi.
Ehem! pæne oblitus sum reliquom dicere.
Ille qui adoptavit hunc pro filio sibi,
Is illi Pœno hujusce patri hospes fuit;
Is hodie huc veniet, reperietque hic filias,
Et hunc sui fratris filium, ut quidem didici ego.
Ego ibo: ornabor: vos æquo animo noscite.
Hic qui hodie veniet, reperiet suas filias,
Et hunc sui fratris filium. dehinc cæterum
Valete, adeste. ibo: alius fieri nunc volo.
Quod restat, restant alii, qui faciant palam.
Valete, atque adjuvate, ut vos servet salus.

ACTUS I. SCENA I.

AGORASTOCLES *adolescens*,
MILPHIO *servus*.

SÆpe ego res multas tibi mandavi, Milphio,
Dubias, egenas, inopiosas consilii,
Quas tu sapienter, docte, & cordate, & cute
Mihi reddidisti opiparas operatua.
Quibus pro bene factis fateor deberi tibi
Et libertatem, & multas gratas gratias.
M. Scitum'st, Per tempus si obviam it, verbum vetus.
Nam tuæ blanditiæ mihi sunt quod dici solet,
Gerræ germanæ, atque edepol lirœ lirœ.
Nunc mihi blandidicus es, heri in tergo meo

Tris facile corios contrivisti bubulos.
A. At amans per amorem si quid feci, Milphio,
Ignoscere id te mihi æquum est. M. haud vidi magis,
Et nunc ego amore pereo. sine te verberem,
Item ut tu mihi fecisti, ob nullam noxiam.
Post id locorum tu mihi amanti ignoscito.
A. Si tibi lubido est aut voluptati, sino.
Suspende, vinci, verbera, autor sum, sino.
M. Si autoritatem postea defugeris,
Ubi dissolutus tu sies, ego pendeam.
A. Egone istuc ausim facere, præsertim tibi?
Quin si feriri video te, extemplo dolet.
M. Mihi quidem hercle. A. immo mihi. M. istuc mavelim.
Sed quid nunc tibi vis? A. cur ego apud te mentiar?
Amo immodeste. M. meæ istuc scapulæ sentiunt.
A. At ego hanc vicinam dico Adelphasium meam,
Lenonis hujus meretricem majusculam.
M. Jampridem equidem istuc ex te audivi. A. differor
Cupidine ejus, sed lenone istoc Lyco,
Illius domino, non lutum'st lutulentius.
M. Vin' tu illi nequam dare nunc? A. cupio. M. hem! me dato.
A. Abi dierectus. M. dic mihi vero serio,
Vin' dare malum illi? A. cupio. M. hem! eundem me dato,
Utrumque faxo habebit & nequam & malum.
A. Jocare. M. vin' tu illam hodie sine damno & dispendio tuo
Tuam libertam facere? A. cupio, Milphio.
M. Ego faciam, ut facias. sunt tibi intus aurei
Trecenti nummi Philippii. A. sexcenti quoque.
M. Satis sunt trecenti. A. quid facturus? M. tace.
Totum lenonem tibi cum tota familia
Dabo hodie dono. A. quid facturus? M. jam scies.
Tuus Collybiscus nunc in urbe 'st villicus,
Eum hic non novit leno. satin' intellegis?
A. Intellego hercle, sed quo evadas nescio.
M. Non scis? A. non hercle. M. at ego jam faxo
Ei dabitur aurum, ut ad lenonem deferat, (scies.
Dicatque se peregrinum esse ex alio oppido:
Se amare velle se atque obsequi animo suo:

Locum

Deum sibi velle liberum præberier,
Ubi nequam faciat clam, ne quis sit arbiter.
Leno ad se accipiet, auri cupidus, illico
Habebit hominem, & aurum. A. consilium placet.
M. Rogato, servos veneritne ad eum tuus.
Ille me censebit quæri. continuo tibi
Negabit. quid tu dubitas? quin extempulo
Dupli tibi auri & hominis fur leno fiet.
Neque id unde efficiat, habet. ubi in jus venerit,
Addicet prætor familiam totam tibi.
Ita decipiemus fovea lenonem Lycum.
A. Placet consilium. M. immo etiam ubi expolivero
Magis, hoc tum demum dices; nunc etiam rude 'st.
A. Ego in ædem Veneris eo, nisi quid vis, Milphio,
Aphrodisia hodie sunt. M. scio hoc. A. oculos volo
Meos delectare munditiis meretriciis.
M. Hoc primum agamus, quod consilium cœpimus.
Abeamus intro, ut Collybiscum villicum
Hanc perdoceamus ut ferat fallaciam.
A. Quanquam Cupido in corde vorsatur, tamen
Tibi auscultabo. M. faciam, ut facto gaudeas.
Inest amoris macula huic homini in pectore,
Sine damno magno quæ elui neutiquam potest.
Itaque hic scelestus est homo leno Lycus,
Cui jam infortunii intenta balista est probe,
Quam ego haud multo post mittam è balistario.
Sed Adelphasium eccam exit, atque Anterastilis.
Hæc est prior quæ meum herum dementem facit.
Sed evocabo. heus! i foras, Agorastocles,
Si vis videre ludos jucundissimos.
A. Quid istuc tumulti 'st, Milphio? M. hem! amores tuos
Si vis spectare. A. ô multa tibi dî dent bona!
Cum mihi hoc obtulisti tam lepidum spectaculum.

ACTUS I. SCENA II.

ADELPHASIUM, ANTERAST, *meretrices duæ*. MILPHIO *servus*, AGORASTOCLES *adolescens*.

NEgotii sibi qui volet vim parare,
Navem, & mulierem, hæc duo comparato.
Nam nullæ magis res duæ plus negotii
Habent. forte si occœperis exornare

Neque unquam ſatis hæ duæ res ornantur,
Neque eis ulla ornandi ſatis ſatietas eſt.
Atque hæc ut loquor, nunc modo docta dico.
Nam nos uſque ab aurora, ad hoc, quod dici eſt,
Ex induſtria ambæ nunquam conceſſavimus
Lavari, aut fricari, aut tergeri, aut ornari,
Poliri, expoliri, pingi, fingi: & una
Binæ ſingulis quæ datæ nobis ancillæ,
Eæ nos lavando, eluendo operam dederunt:
Aggerundaque aqua ſunt viri duo defeſſi.
Apageſis negotii quantum in muliere una eſt!
Sed vero duæ, ſat ſcio, maximo-nunc
Populo cui lubet plus ſatis dare potis ſunt.
Quæ noctes dieſque omni in ætate ſemper
Ornantur, lavantur, tergentur, poliuntur.
Poſtremo modus muliebris nullus eſt,
Neque unquam lavando & fricando ſcimus
Facere, ** Nam quæ lavata eſt, niſi
Perculta eſt, meo quidem animo, quaſi illauta eſt.
AN. Miror equidem, ſoror, te iſtæc ſic fabulari,
Quæ tam callida, & docta ſis, & faceta.
Nam cum ſedulo munditer nos habemus,
Vix ægreque amatorculos invenimus.
AD. Ita eſt. verum hoc unum tamen cogitato.
Modus omnibus in rebus, ſoror, optumum eſt habitu.
Nimia omnia nimium exhibent negotium hominibus ex ſe.
AN. Soror, cogita amabo, item nos perhiberi:
Quaſi ſalſa muriatica eſſe autumantur,
Sine omni lepore, & ſine ſuavitate,
Niſi multa aqua uſque & diu macerantur,
Olent, ſalſa ſunt, tangere ut non velis: item nos ſumus
Ejus ſeminis mulieres. ſunt inſulſæ
Admodum, atque invenuſtæ, ſine munditia & ſumptu.
M. Coqua eſt hæc quidem, Agoraſtocles, ut ego opinor:
Scit, muriatica ut maceret. AG. quid moleſtus?
AD. Soror, parce amabo: ſat eſt iſtuc alios dicere nobis;
Ne nosmet noſtra etiam vitia loquamur.
AN. Quieſco AD. ergo amo te, ſed hoc nunc reſponde mihi:

Sunt

Sint hic omnia quæ ad deûm pacem oportet adesse?
AN. Omnia accuravi. AC. diem pulcrum, & celebrem & venustatis plenum,
Agnum Veneri pol: cui sunt Aphrodisia hodie.
M. Ecquid gratiæ, cum huc foras te evocavi? jam non
Me decet cado donari vini veteris? dic dari.
Nihil respondes? lingua huic excidit, ut ego opinor. quid hic malum, (tace.
Astans obstipuisti? AG. sine amem: ne me obturba, ac
M. Taceo. AG. si tacuisses, jam istuc taceo non natum foret.
AN. Eamus, mea soror? AD. ohe: anabo, quid illo nunc properas, AN. rogas,
Quin herus nos apud ædem Veneris mantat. AG. maneas pol. mane. (sarier?
Turba est nunc apud aram. an te ibi vis inter istas vor-
Prosedas, pistorum amicas, relliquias alicarias,
Miseras, schœno delibutas, servicolas sordidas:
Quæ tibi olant stabulum, statumque, sellam, & sessibulum merum.
Quas adeo haud quisquam unquam liber tetigit, neque duxit domum:
Servulorum sordidulorum scorta diobolaria.
M. In malam crucem: tun' audes etiam servos spernere; (tent.
Propudium, quasi bella sit, quasi eampse reges ducti-
En monstrum mulieris! tantilla tanta verba funditat,
Quojus ego nebulæ cyatho septem noctes non emam. (pulcrius;
AG. Dii immortales omnipotentes! quid est apud vos
Quid habetis? qui mage immortales vos credam esse quam ego siem;
Qui hæc tanta oculis bona concipio, nam Venus non est Venus.
Hanc equidem Venerem venerabor, me ut amet post hac propitia.
Milphio, heus Milphio, ubi es; M. assum apud te eccum. AG. at ego elixus sis, volo.
M. Enimvero, here, facis delicias. AG. de te quidem hæc didici omnia.
M. Etiamne ut ames eam, quam nunquam tetigeris? nihil illic quidem est.

AG. Deos

Digitized by Google

AG. Deos quoque edepol, & amo, & metuo, quibus ego tamen abſtineo manus.

AN. Heu! eraſtor cum ornatum aſpicio noſtrum ambarum, pœnitet

Exornatæ ut ſumus. AD. immo vero ſane commodè. Nam pro herili & noſtro quæſtu ſatis bene ornatæ ſumus.

Non enim poteſt quæſtus conſiſtere, ſi eum ſumptus ſuperat, ſoror.

Eo illud ſatius'ſt, ſatis quod ſatis eſt, habitus plus quam ſat eſt.

AG. Ita me dii ament, ut illa me amet malim, quam dii, Milphio, (poteſt.

Nam illa mulier lapidem ſilicem ſubigere, ut ſe amet,

M. Pol id quidem haud mentire, nam tu es lapide ſilice ſtultior,

Qui hanc ames. AG. at vide ſis, cum illac nunquam limavi caput.

M. Curram igitur aliquo ad piſcinam, aut lacum, limum petam.

AG. Quid eo opus'ſt? M. ego dicam, ut illi & tibi limem caput.

AG. I in malam rem. M. ibi ſum equidem. AG. pergis? M. taceo. AG. at perpetuo volo. (facis.

M. Enimvero here, meo me laceſſis ludo, & delicias

AN. Satis nunc lepide ornatam credo, ſoror, te tibi viderier, (ibi tibi

Sed ubi exempla conferentur meretricum aliarum,

Erit cordolium, ſi quam ornatam melius forte conſpexeris.

AD. Invidia in me nunquam innata'ſt, neque malitia, mea ſoror. (mavolo:

BONO INGENIO me eſſe ornatam, quam auro multo

AURUM in FORTUNA invenitur, natura ingenium bonum.

BONAM EGO, quam beatam me eſſe nimio dici mavolo. (purpuram.

MERETRICEM pudorem gerere magis decet, quam Magiſque meretricem pudorem, quam aurum gerere condecet.

PULCRUM ornatum turpes mores pejus cœno colinunt: (comprobant.

EPIDI. MORES turpem ornatum facile facie-

AG. Ita

AG. Eho tu! vin' tu facinus facere lepidum & festivum? M. volo.
AG. Potesne mihi auscultare? M. possum. AG. abi domum, ac suspendete.
M. Quamobrem? AG. quia jam nunquam audibis verba tot tam suavia.
Quid tibi opu'st vixisse? ausculta mihi modo ac suspende te.
M. Siquidem tu es mecum futurus pro uva passa (pensilis.
AG. At ego amo hanc. M. at ego esse & bibere.
AD. eho tu, quid-ais? AN. quid rogas?
AD. Viden' tu? pleni oculi sordium qui erant, jam splendent mihi.
AN. Immo etiam in medio oculo paulum sordet.
AD. cedo sis dexteram.
AG. Ut tu quidem hujus oculos illotis manibus tractes ac teras?
AN. Nimia nos socordia hodie tenuit. AD. qua de re obsecro?
AN. Quia jam non dudum ante lucem ad ædem Veneris venimus,
Primæ ut inferremus ignem in aram. AD. ah! non facto'st opus.
Quæ habent nocturna ora, noctu sacrificatum ire occupant: (sedulo
Priusquam Venus expergiscatur, prius deproperant
Sacrificare. nam vigilante Venere si veniant eæ,
Ita sunt turpes; credo ecastor, Venerem ipsam è fano fugent.
AG. Milphio. M. edepol Milphionem miserum quid nunc vis tibi?
AG. Obsecro hercle, ut mulsa loquitur? M. nihil nisi laterculos,
Sesamum, papaveremque, triticum, & frictas nuces.
AG. Ecquid amare videor? M. damnum, quod Mercurius minime amat.
AG. Namque edepol lucrum amare nullum amatorem addecet.
AN. Eamus, mea germana. AD. age sis ut lubet. sequere hac. AN. sequor.
AG. Eunt hæ. quid si adeamus? M. adeas. AG. primum prima salva sis.
Et secunda tu secundo salve in precio, tertia

Salve

Salve extra precium. ANC. tum pol ego, & oleum & operam perdidi.

AG. Quo te agis? AD. egone? in ædem Veneris. AG. quid eo tu? AD. ut Venerem propitiem.

AG. Ehon' irata eſt? propitia hercle eſt. vel ego pro illa ſpondeo.

AD. Quid tu agis? quid mihi moleſtus, obſecro? AG. ah! tam ſæviter.

AD. Mitte amabo. AG. quid feſtinas? turba nunc illi eſt. AD. ſcio.

Sunt illi aliæ quas ſpectare ego, & me ſpectari volo.

AG. Qui lubet ſpectare turpes, pulcram ſpectandam dare?

AD. Quia apud ædem Veneris hodie eſt mercatus meretricius.

Eo conveniunt mercatores. ibi ego me oſtendi volo.

AG. Invendibili merce oportet ultro emptorem adducere.

PROBA merx facile emptorem reperit, tametſi in abſtruſo ſita eſt.

Quid ais tu? quando illi apud me mecum caput & corpus copulas?

AD. Quo die Orcus ab Acheronte mortuos amiſerit.

AG. Sunt mihi intus neſcio quot nummi aurei Lymphatici. (phaticum.

AD. Deferto ad me, faxo actutum conſtiterit lym-

M. Bellula hercle eſt. AG. I dierecte in maximam malam crucem.

M. Quam magis aſpecto, tam magis eſt nimbata, & nugæ meræ.

AD. Segrega ſermonem. tædet. AG. age ſuſtolle hoc amiculum. (Agoraſtocles.

AD. Pura ſum: comperce, amabo, me attrectare

AG. Quid agam nunc? M. ſi ſapias, curam hanc facere compendi potes.

AG. Quid ego nunc curem? quid agis Milphio? M. ecce odium meum:

Quid me vis? AG. cur mihi hæc irata eſt? M. cur hæc irata eſt tibi? (tio.

Cur ego id curem? namque iſtæc magis tua eſt cura-

AG. Jam hercle tu periſti, niſi illam mihi tam tranquillam facis, (ſuos.

Quam mare eſt olim, cum ibi alcedo pullos educit

M. Quid

M. Quid faciam? AG. exora, blandire, expalpa.
M. faciam sedulo.
Sed vide sis, ne tu oratorem hunc pugnis pectas postea.
Ag. Non faciam. AD. nos eamus nunc; etiam morare? male facis. (dunc
Bene promittis multa ex multis. omnia incassum ca-
Liberare juravisti me haud semel, sed centies.
Dum te expecto, neque usquam aliam mihi paravi copiam, (minus.
Neque istuc usquam apparet. ita nunc servio nihilo
Isoror, abscede tu à me. AG. perii: eho! quid agis, Milphio?
M. Mea voluptas, mea deliciæ, mea vita, mea amœnitas, (vium,
Meus ocellus, meum labellum, mea salus, meum sa-
Meum mel, meum cor, mea colostra, meus mollículus caseus.
Ag. Mene ego illæc patiar præsente dici? discrucior miser, (rapi.
Nisi ego illum jubeo quadrigis cursim ad carnificem
M. Noli, amabo, succensere hero meo, caussa mea.
AD. Si non ego faxo, irata es, nimium pro te dabit.
Atque te faciet, ut sis civis Attica, atque libera.
AD. Quin abire sinis? quid vis tibi? qui bene volunt, bene vis item.
M. Si ante quidem mentitus est, nunc jam dehinc erit verax tibi.
AD. Abscede hinc sis, sycophanta. M. pareo. at scin' quomodo? (saviam.
sine te exorem, sine te prendam auriculis, sine dem
Jam hercle ego faciam plorantem illum, nisi te facio propitiam. (pitio.
Atque hic me ne verberet, (illud faciet, nisi te pro-
Male formido: novi ego hujus mores morosi malos: (rier.
Quamobrem, amabo, mea voluptas, sine te exora-
Ag. Non ego homo trioboli sum, nisi ego illi mastigiæ
Exturbo oculos, atque dentes. hem voluptatem tibi,
Hem mel, hem cor, hem labellum, hem salutem, hem savium!

M. Im-

M. Impias, here, te, oratorem verberas? AG. jam istoc magis,
Et jam ocellum addam, & labellum, & linguam.
M. Ecquid facies modi?
AG. Siccine ego te orare jussi? M. quomodo ergo orem? AG. rogas?
Sic enim diceres, sceleste, hujus voluptas, te obsecro,
Hujus mel, hujus cor, hujus labellum, hujus lingua hujus savium,
Hujus colostra, hujus salus, amœna hujus festivitas,
Hujus colostra, hujus dulciculus caseus, mastigia,
Hujus cor, hujus studium, hujus savium, mastigia.
Omnia illa, quæ dicebas tua esse, ea memorares mea.
M. Obsecro hercle te, voluptas hujus, atque odium meum:
Hujus amica mammeata, mea inimica, & malevola,
Oculus hujus, lippitudo mea: mel hujus, fel meum,
Ut tu huic irata ne sis: aut si id fieri non potest.
AD. Capias restim, ac te suspendas cum hero, & vestra familia? (sorbilo,
M. Non: mihi jam video propter te vicitandum
Itaque jam quasi ostreatum tergum ulceribus gestito,
Propter amorem vostrum. AD. amabo, men' prohibere postulas,
Ne te verberet magis quam ne mendax me advorsum fiet?
AN. Aliquid huic responde, amabo, commode, ne incommodus
Nobis fit, nam detinet nos de nostro negocio.
AD. Verum etiam tibi hanc amittam noxiam unam, Agorastocles.
Non sum irata. AG. non es? AD. non sum. AG. da ergo ut credam savium.
AD. Mox dabo, cum ab re divina rediero. AG. i ergo strenue.
AD. Sequere me, soror. AG. atque audin' etiam? Veneri dicito
Multam meis verbis salutem. AD. dicam. AG. atque hoc audi. AD. quid est?
AG. Paucis verbis rem divinam facito, atque audin'? respice.
Respexit: idem pol Venerem credo facturam tibi.

ACTUS

ACTUS I. SCENA III.

AGORASTOCLES *Adolescens*, MILPHIO *servus*.

Quid nunc mihi es auctor, Milphio? M. ut me verberes,
Atque auctionem facias. nam impunissume
Tibi quidem hercle vendere hasce ædis licet.
A. Quid jam? M. majorem partem in ore habitas meo.
A. Supersede istis verbis. M. quid nunc vis tibi?
A. Trecentos Philippos Collybisco villico
Dedi dudum, priusquam me evocasti foras.
Nunc obsecro te, Milphio, hanc per dexteram,
Perque hanc sororem lævam, perque oculos tuos
Perque meos amores, perque Adelphasium meam
Perque tuam libertatem. M. hem: nunc nihil obsecras.
A. Mi Milphidisce, mea commoditas, mea salus,
Fac quod facturum te esse promisisti mihi.
Ut ego hunc lenonem perdam. M. perfacile id quidem est.
I, adduce testes tecum, ego intus interim
Jam & ornamentis meis & sycophantiis
Tuum exornabo villicum. propera atque abi.
A. Fugio. M. meum est istuc magis officium, quam tuum.
A. Egone? egone si istuc lepide effexis? M. i modo.
A. Ut non ego te hodie? M. abi modo. A. emittam manu?
M. I modo: non hercle moream. A. oh! oh! M. vah! abi modo.
A. Quantam Acherunt'st mortuorum. M. eclamne (abis?
A. Neque quantum aquæ est in mari. M. abiturusne es?
A. Neque nubis quantum est. M. pergin' vero (gere?
A. Neque stellæ in cœlo M. pergin' aures rundere?
A. Neque hoc, neque illuc: neque enimvero serio,
Neque hercle vero. M. quid opus est verbis? quippini
Quod uno verbo dicere hic quidvis licet.
A. Neque hercle vero serio. scin, quomodo?
Ita me Dii amabunt! vin' bona dicam fide?

Quod hic inter nos liceat. ita me Juppiter!
Scin' quam? vide tu. credin? quod ego fabulet?
M. Si nequeo facere, ut abeas, egomet abiero.
Nam isti quidem hercle orationi Oedipo
Opus est conjectore, qui Sphyngi interpres fuit.
A. Illic hinc iratus abiit. nunc mihi cautio est,
Ne meamet culpa meo amori objexim moram.
Ibo, atque arcessam testîs: quando amor jubet,
Me obedientem, me esse servo liberum.

ACTUS II.

LYCUS *leno*, ANTHEMONIDES *miles*.

DI illum infelicent omnes, qui post hunc diem
Leno ullam Veneri unquam immolarit hostiam:
Quive ullum thuris granum sacrificaverit.
Nam ego hodie infelix diis meis iratissumis,
Sex agnos immolavi, nec potui tamen
Propitiam Venerem facere, uti esset mihi.
Quoniam litare nequeo, abii illinc illico
Iratus. vetui exta proficarier,
Neque ea aspicere volui, quoniam non bona
Aruspex dixit, Deam esse indignam credidi.
Eo pacto avarae Veneri pulcre adii manum.
Quando id quod sat erat, satis habere noluit.
Ego pansam feci. sic ago, sic me decet.
Ego faxo posthac dii deaeque caeteri
Contentiores mage erunt, atque avidi minus,
Cum scibunt, Veneri ut adierit leno manum.
Condigne haruspex, non homo trioboli,
Omnibus in extis ajebat portendi mihi
Malum, damnumque, & deos esse iratos mihi.
Quid ei divini aut humani aequom est credere?
Mina mihi argenti dono postilla data est.
Sed quaeso ubinam illic restitit miles modo
Qui hanc mihi donavit? quem ego vocavi ad prandium.
Sed eccum incedit. A. ita ut occepi dicere,
Lenulle, de illa pugna pentetronica,
Qua sexaginta millia hominum uno die
Volaticorum, manibus occidi meis.
L. Eh! volaticorum hominum? A. ita dico quidem.
L. An obsecro usquam sunt homines volatici?

A. Fuere

A. Fuere: verum ego interfeci. L. quomodo
Potuisti? A. dicam. Viscum legioni dedi,
Fundasque: eo præsternebant folia farferi.
L. Quoi rei? A. ne ad fundas viscus adhæresceret.
L. Perge, optume hercle perjuras. quid postea?
A. In fundas visci indebant grandiculos globos.
Eo illos volantes juffi funditarier.
Quid multa verba? quemquem visco offenderant.
Tam crebri ad terram accidebant quam pira.
Ut quisque acciderat, eum necabam illico
Per cerebrum pinna sua sibi, quasi turturem.
L. Si hercle istuc unquam factum est, tum me Jupiter
Faciat, ut semper sacrificem, nec unquam litem.
A. An mihi hæc non credis? L. credo, ut mihi est æquom credier.
A. Age, eamus intro, dum exta referuntur: volo
Narrare tibi etiam unam pugnam. L. nihil moror.
A. Auscultа. L. non hercle. A. tuum jam elidam caput
Nisi auscultas, aut is hinc in malam crucem.
L. Malam crucem ibo potius. A. certumne est tibi?
L. Certum. A. tum tu igitur die bono Aphrodisii
Addice tuam mihi meretricem minuscula.
Ita res divina mihi fuit. res serias
Omnes extollo ex hoc die in alium diem.
Profecto festos habeam decretum est mihi.
Nunc hinc eamus intro. L. sequere hac me. A. sequor.
In hunc diem jam tuus sum mercenarius.

ACTUS III. SCENA I,

AGORASTOCLES *adolescens*, ADVOCATI.

Ita me di ament. TARDO AMICO nihil est quicquam iniquius,
Præsertim homini amanti; qui quicquid agit, properat omnia.
Sicut ego hos duco advocatos homines spissigradissumos,
Tardiores quam corbitæ sunt in tranquillo mari.
Atque equidem hercle dedita opera amicos fugitavi senes.
Scibam ætate tardiores. metui meo amori moram.

Nec quidquam hos procos mihi elegi: loripedis, ta
dissumos. (cruce
Quin si ituri estis hodie, ite, aut ite hinc in mala
Siccine oportet ire amicos homini amanti opera
datum? (rio. S
Nam ille quidem gradus succretu'st cribro pollina
Nisi cum pedicis condidiciſtis sic hoc grassari gradu
AD. Heus tu! quanquam nos videmur tibi plebe
& pauperes,
Si nec recte dicis nobis, dives de summo loco
Divitem audacter solemus mactare infortunio.
Nec tibi nos obnoxii sumus istuc, quid tu ames, aut
oderis,
Cum argentum pro capite dedimus, nostrum dedi-
mus, non tuum.
Liberos nos esse oportet: nostre nihili pendimus,
Ne tuo nos amori servos tuos esse addictos censeas.
Liberos homines per urbem modico magis par est
gradu
Ire, servuli esse duco festinantem currere.
Præsertim in re populi placida, atque interfectis
hostibus,
Non decet tumultuari. sed si properabas magis,
Pridie nos te advocatos huc duxisse oportuit.
Ne tu opinere, haud quisquam hodie nostrum cur-
ret per vias,
Neque nos populus pro cerritis insectabit lapidibus.
AG. At si ad prandium me in ædem vos dixissem
ducere
Vinceretis cervum cursu, vel clavatorem gradu:
Nunc, vos, quia mihi advocatos dixi, & testes ducere,
Podagrosi estis, ac vicistis cochleam tarditudine.
AD. An vero non justa caussa est, quo curratur celeri-
ter. (tim,
Ubi bibas, edas de alieno, quantum velis usque asta-
Quod tu invitus nunquam reddas domino de quo
ederis? (perculi,
Sed tamen quomodocumque, quanquam sumus pau-
Est domi quod edimus, ne nos tam contemptim con-
teras. (intus est:
Quicquid est pauxillulum illuc, nostrum illud omne
Neque nos quenquam flagitamus, neque nos quis-
quam flagitat.

Tua

a cauſſa nemo noſtrum eſt ſuos rupturus ramices.
G. Nimis iracundi eſtis: equidem hæc vobis dixi
per jocum. (reſpondimus.
D. Per jocum item dictum habeto, quæ nos tibi
G. Obſecro hercle operam celocem hanc mihi, ne
corbitam date, (ſtulo. 41
ttrepidate ſaltem, nam vos approperare haud po-
D. Si quid tu placide ocioſeque agere vis, ope-
ram damus.
i properas, curſores meliu'ſt te advocatos ducere.
AG. Scitis: rem narravi vobis, quod veſtra opera
mihi opus ſiet. (45
De lenone hoc, qui me amantem ludificatur tam diu,
Ei paratæ ut ſint inſidiæ, de auro & de ſervo meo.
AD. Omnia iſtæc ſcimus jam nos, ſi hi ſpectatores
ſciant. (bula,
Horunc hic nunc cauſſa hæc agitur ſpectatorum fa-
Hos te ſatius eſt docere, ut, quando agas, quid agant,
ſciant. (ſimul 50
Nos tu ne curaſſis. ſcimus rem omnem: quippe omnes
Didicimus tecum una, ut reſpondere poſſimus tibi.
AG. Ita profecto eſt: ſed agite igitur, ut ſciam vos
ſcire rem
Expedite, & mihi, quæ dudum vobis dixi, dicite.
AD. Itane tentas an ſciamus? non meminiſſe nos
ratus, (55
Quomodo trecentos Philippeo Collybiſco villico
Dederis, quos deferret huc ad lenonem inimicum
tuum? (alio oppido?
Iſque ſe ut aſſimularet peregrinum eſſe aliunde, ex
Ubi is detulerit, tu eo quæſitum ſervom adventes
tuum (me.
Cum pecunia. AG. meminiſtis memoriter. ſervaſtis
AD. Ille negabit, Milphionem quæri cenſebit tuum:
Id duplicabit omne furtum, leno addicetur tibi. 60
Ad eam rem nos eſſe teſtis vis tibi. AG. tenetis rem.
AD. Vix quidem hercle, ita pauxilla eſt, digitulis
primoribus.
AG. Hoc cito & curſim eſt agendum: propera jam
quantum poteſt. (cere: 65
AD Bene vale igitur; te advocatos melius celeris du-
Tardi ſumus nos. AG. optume itis poſſume hercle-
dicitis.

Digitized by Google

Quin etiam deciderint vobis femina in talos velim.
AD. At edepol nostibi in lumbos linguam, atque oculos in solum. (joco.
AG. Eja, haud vostrum est iracundos esse, quod dixi
AD. Nec tuum quidem est, amicis per jocum injuste loqui.
AG. Mittite istæc, quid velim, vos scitis. AD. callemus probe: (rem.
Lenonem perjurum ut perdas, id studes. AG. tenetis
Ecce opportune egrediuntur Milphio una
Et villicus. basilice exornatus incedit & fabre ad fallaciam.

ACTUS III. SCENA II.

MILPHIO *servus*, COLLYBISCUS *villicus*, AGORASTOCLES *adolescens*, ADVOCATI.

JAm tenes præcepta in corde. C. pulcre. M. vide sis calleas.
C. Quid opus est verbis? callum aprugnum callere æque non sinam. (laciam.
M. Fac modo ut condocta tibi sint dicta ad hanc fal-
C. Quin edepol condoctior sum, quam tragœdi aut comici.
M. Probus homo es. AG. adeam propius, assunt testes. M. tot quidem
Non potuisti adducere homines magis ad hanc rem idoneos.
Nam istorum nullus nefastu'st, comitiales sunt meri.
Ibi habitant, ibi eos conspicias quam prætorem sæpius.
Hodie juris coctiores non sunt, qui lites creant,
Quam sunt hi: qui si nihil est litium, lites serunt.
AD. Diite perdant. M. vos quidem hercle commendo: quom quiquitamen
Et bene, & benigne facitis: quom hero amanti operam datis. (ordine.
Sed isti jam sciunt negotii quid sit? AG. omnem rem
M. Tum vos animum advortite igitur. hunc voslenonem *Lycum*
Novistis? AD. facile. C. at ego pol eum qua sit facie, nescio.
Eum volo mihi demonstretis hominem. AD. nos curabimus.

Satis

Satis præceptum. AG. hic trecentos nummos numeratos habet.
AD. Ergo nos inſpicere oportet iſtuc aurum, Agoraſtocles,
Ut ſciamus, quid dicamus mox pro teſtimonio.
AG. Agite, inſpicite, aurum eſt. C. profecto, ſpectatores, comicum:
Macerato hoc pingues fiunt auro in barbaria boves.
Verum ad hanc rem agundam Philippeum eſt.
AD. ita nos aſſimulabimus.
C. Sed ita aſſimulatote, quaſi ego ſim peregrinus.
AD. ſcilicet (veris,
Et quidem quaſi tu nobiſcum adveniens hodie ora-
Liberum ut commonſtraremus tibi locum, & voluptarium.
Ubi ames, potes, pergræcere. M. heu! edepol mortales malos.
AG. Ego enim docui. M. quis te porro? C. agite intro abite, Agoraſtocles,
Ne hic vos mecum conſpicetur leno, neu fallaciæ
Præpedimentum objiciatur. M. hic homo ſapienter ſapit.
AD. Facite quod jubet. AG. abeamus. ſed vos. ſatis dictum'ſt? C. abi.
AG. Abeo. quæſo dii immortales? C. quin abis? AG. abeo. 'ſt ſapis.
C. Tace. AD quid eſt? C. fores hæ fecerunt magnum flagitium modo.
AD. Quid id eſt flagitii? C. crepuerunt clare. AD. dii te perduint.
Pone nos recede. C. fiat. AD. nos priores ibimus,
C. Faciunt ſcurræ quod conſuerunt; pone ſeſe homines locant.
AD. Illic homo eſt, qui egreditur, leno. C. bonus eſt nam ſimilis malo eſt. (procul.
Jam nunc ego illi egredienti ſanguinem exugam

ACTUS III. SCENA III.

LYCUS *leno*. ADVOCATI, COLLYBISCUS *villicus*.

JAm iſtuc ego revortar, miles: convivas volo
Repetere nobis commodos, qui una ſient:
Interibi attulerint exta: atque eadem mulieres

Digitized by Google

Jam ab re divina credo apparebunt domi.
Sed quid hic tantum hominum incedunt? ecquidnam afferunt? (cul.
Et ille chlamydatus quisnam est? qui sequitur pro-
A. Ætoli cives te salutamus, Lyce.
Quanquam hanc salutem ferimus inviti tibi,
Et quanquam bene volumus leviter lenonibus.
L. Fortunati omnes sitis, quod certe scio
Nec fore, nec fortunam id futuram fieri.
A. Istic est thesaurus stultis in lingua situs,
Ut quæstui habeant, male loqui melioribus.
L. Viam qui nescit, qua deveniat ad mare,
Eum oportet amnem quærere comitem sibi:
Ego male loquendi vobis nescivi viam,
Nunc vos mihi amnes estis, vos certum est sequi.
Si bene dicetis, vostra ripa vos sequar?
Si male dicetis, vostro gradiar limite.
A. Malo benefacere, tantundem est periculum,
Quantum bono male facere. L. qui vero? A. scies.
MALO si quid benefacias, id beneficium interit:
Bono si quid malefacias, ætatem expetit.
L. Facete dictum: sed quid istuc ad me attinet?
A. Quia nos honoris tui caussa huc ad te venimus.
Quanquam bene voluimus leviter lenonibus
L. Si quid boni apportatis, habeo gratiam.
A. Boni de nostro tibi nec ferimus, nec damus,
Neque pollicemur, neque adeo volumus datum.
L. Credo hercle vobis: ita vostra est benignitas
Sed quid nunc vultis? A. hunc chlamydatum, quem vides.
Ei Marsiratus est. C. capiti vestro istuc quidem.
A. Hunc nunc, Lyce, ad te diripiendum adducimus.
Cum præda hic hodie incedet venator domum.
Canes compellunt in plagas lepide Lycum.
L. Quis hic est? A. nescimus nos istum quidem, qui fiet:
Nisi dudum à mani ut ad portum processimus,
Atque istunc è navi exeuntem oneraria
Videmus, adiit ad nos extemplo exiens,
Salutat, respondemus. C. mortales malos!
Ut ingrediuntur docte in sycophantiam!
L. Quid deinde? A. sermonem nobiscum ibi co-
Ait se peregrinum esse hujus ignarum oppidi. (pulat
Lo-

Digitized by Google

Locum sibi velle liberum præberier,
Ubi nequam faciat. nos hominem ad te adduximus.
Tu, si te dii ament, agere tuam rem occasio est.
L. itane ille est cupiens? A. aurum habet. L. præda hæc mea est.
A. Potare, amare volt, L. locum lepidum dabo.
A. At enim hic clam furtim esse volt, ne qui sciant,
Neve arbiter sit. nam hic latro in Sparta fuit,
Ut quidem ipse nobis dixit, apud regem Attalum.
Inde huc aufugit, quoniam capitur oppidum.
C. Nimis lepide de latrone, de Sparta optume.
L. Dii deæque vobis multa bona dent, cum mihi
Et bene præcipitis, & bonam prædam datis.
A. Immo ut ipse nobis dixit, quo accures magis,
Trecentos nummos Philippos portat præsidii.
L. Rex sum, si ego illum hodie hominem ad me allexero.
A. Quin hic quidem tuus est. L. obsecro hercle hortamini
Ut divortatur ad me in hospitium optumum.
A. Neque nos hortari, neque dehortari decet
Hominem peregrinum: tuam rem tu ages, si sapis.
Nos tibi palumbem ad aream usque adduximus,
Nunc te illum melius capere, si captum esse vis.
L. Jamne itis? C. quid quod vobis mandavi, hospites?
A. Cum illoc te melius tuam rem adolescens loqui:
Illic est ad istas res probus, quas quæritas.
C. Videre equidem vos vellem, cum huic aurum darem.
A. Illinc procul nos istuc inspectabimus.
C. Bonam dedistis mihi operam. L. it ad me lucrum.
C. Illuc quidem, quorsum asinus cædit calcibus.
L. Blande hunc hominem compellabo. hospes hospitem
Salutat: salvom te advenire gaudeo.
C. Multa tibi dii dent bona, cum me salvum esse vis.
L. Hospitium te ajunt quæritare. C. quærito,
L. Ita illi dixerunt, qui hinc à me abierunt modo,
Te quæritare à muscis. C. minime gentium.
L. Quid ita? C. Quia à muscis si mihi hospitium quærerem,
Adveniens huc irem in carcerem recta via:

Ego id quæro hoſpitium, ubi ego curer mollius
Quam regi Antiocho oculi curari ſolent.
L. Edepol næ tibi poſſum illum feſtivum dare,
Siquidem potes eſſe pati te in lepido loco,
In lecto lepide ſtrato, lepidam mulierem
Complexum contractare te. C, is leno viam.
L. Ubi Leucadio, Lesbio, Thaſio, Coo,
Vetuſtate vino edentulo ætatem irriges.
Ibi te replebo uſque unguentûm echeumatis.
Quid multa verba? faciam, ubi tu laveris,
Ibi ut balneator faciat unguentariam,
Sed hæc latrocinantur, quæ ego dixi omnia.
C. Quid ita? L. quia aurum poſcunt præſentarium.
C. Quin hercle acciperetu non mavis quam ego dare
LY. Quin ſequere me intro. C. Duc ergo me intro, additum tenes.
A. Quid ſi evocemus hinc foras Agoraſtoclem,
Ut ipſe teſtis ſit ibi certiſſumus?
Heus tu, qui furem captas, egredere ocius,
Ut tute inſpectes aurum lenoni dare.

ACTUS III. SCENA IV.

AGORASTOCLES *adoleſcens*, & IIDEM.

QUid eſt? quid vultis teſtes? AD. ſpecta ad dexteram.
Tuus ſervus aurum ipſi lenoni datat.
G. Age accipe hoc ſis, hic ſunt numerati aurei
Trecenti nummi qui vocantur Philippei.
Hinc me procura, propere hoſce abſumi volo.
L. Edepol feciſti prodigum promum tibi.
Age eamus intro. C. te ſequor. L. age age ambulæ
Ibi quæ reliqua alia una fabulabimur.
C. Eadem narrabo tibi res Spartiaticas.
L. Quin ſequere me ergo. C. abduc intro. additum tenes.
AG. Quid nunc mihi autores eſtis? AD. ut frugi ſies.
AG. Quid ſi animus eſſe non ſinit? AD. eſto, ut ſinit.
AG. Vidiſtis leno cum aurum accepit? AD. vidimus.
AG. Eum vos eſſe meum ſervum ſcitis? AD. ſcimus.
AG. Rem advorſus populi ſæpe leges? AD. ſcivimus.
AG. Hem! iſtæc volo ergo vos commeminiſſe omnia, (mus
Mox cum ad prætorem uſus veniet, AD. meminerti-
AG. Quid ſi recenti te sedis pultem? AD. cenſeo.

Digitized by Google

AG. Si pultem, non recludet. AD, panem frangito.
AG. Si exierit leno, censetis hominem interrogem? 20
Meus servus si ad eum venerit necne? AD. quippini?
AG. Cum auri ducentis nummis Philippis. AD. quippini;
AG. Ibi extemplo leno errabit. AD. qua de re? AG. ro-
Quia centum nummis minus dicetur. AD. bene putas.
AG. Alium censebit quæritari. AD. scilicet. 25
AG. Extemplo denegabit. AD. juratus quidem.
AG Homo furti se astringet. AD. haud dubium id-
quidem est.
AG. Quantum quantum ad eum erit delatum.
AD. quippini?
AG. Diespiter vos perduit. AD. te quippini? 30
AG. Ibo. & pultabo januam hanc. AD. ita: quippini?
AG. Tacendi tempus est, nam crepuerunt fores.
Foras egredier video lenonem Lycum.
Adeste quæso. AD. quippini? quin si voles
Operire capita, ne nos leno viderit,
Qui illi malæ rei tantæ fuimus illices.

ACTUS III. SCENA V.

LYCUS *leno*, AGORASTOCLES, ADVOCATI.

SUspendant omnes nunc jam se haruspices:
Quid ego illis posthac, quod loquantur, creduam?
Qui in re divina dudum dicebant. mihi
Malum damnumque maxumum portendier,
Is explicavi meam rem, post illa lucro. 5
AG. Salvus sis leno. L. dii te ament, Agorastocles.
AG. Magis me benigne nunc salutas, quam antidhac.
L. Tranquillitas evenit quasi navi in mari:
Utcunque est ventus, exin velum vortitur,
AG. Valeant apud te volo, atque haud te volo, 10
L. Valent, ut postulatum est, verum non tibi.
AG. Mitte ad me, sodes, hodie Adelphasium tuam,
Die festo celebri, nobilique Aphrodisiis.
L. Calidum prandisti prandium hodie? dic mihi.
AG. Quid jam? L. quia os nunc frigefactas, cum
rogas. 15
AG. Hoc agesis, leno, servum esse audivi meum
Apud te. L. apud me? nunquam factum reperies.
AG. Mentire. nam ad te venit, aurumque attulit.

Digitized by Google

Ita mihi renunciatum eſt, quibus credo ſatis.
L. Malus es, captatum me advenis cum teſtibus.
Tuorum apud me nemo eſt, nec quicquam tui.
AG. Mementote illuc advocati. AD. meminimus.
L. Ha ha he! jam teneo, quid ſit? perſpexi modo.
Ili, qui illum dudum conciliaverunt mihi
Peregrinum Spartanum, id nunc his cerebrum uritur,
Me eſſe hos trecentos Philippos facturum lucri.
Nunc hunc inimicum quia eſſe ſciverunt mihi,
Eum allegaverunt, ſuum qui ſervom diceret
Cum auro eſſe apud me. Compoſita eſt fallacia,
Ut eo me privent, atque inter ſe dividant.
Lupo agnum eripere poſtulant, nugas agunt.
AG. Negaſne apud te eſſe aurum, nec ſervom meum?
L. Nego: & negando, ſi quid refert, ravio.
AD. Periiſti leno: nam iſte eſt hujus villicus,
Quem tibi nos eſſe Spartiatem diximus,
Qui ad te trecentos Philippos modo detulit.
Idque adeo in iſtoc aurum ineſt marſupio.
L. Væ noſtræ ætati! AD. id quidem in mundo eſt tuæ:
AG. Age, omitte actutum, furcifer, marſupium:
Manifeſto fur es. mihi quæſo hercle operam date,
Dum me videatis ſervum ab hoc abducere.
L. Nunc pol ego perii certo, haud arbitrario.
Conſulto hoc factum eſt, mihi ut inſidiæ fierent.
Sed quid ego dubito fugere hinc in malam crucem,
Priuſquam obtorto collo ad prætorem trahor?
Eheu, quam ego habui ariolos aruſpices,
Qui ſi quid boni promittunt, proſpiſſo evenit:
Id quod mali promittunt, præſentarium eſt.
Nunc ibo, amicos conſulam, quo me modo
Suſpendere æquum cenſeant potiſſumum.

ACTUS III. SCENA VI

AGORASTOCLES *adoleſcens*, COLLYBISCUS *villicus*, ADVOCATI.

AGe tu progredere, ut teſtes videant te ire iſtinc foras. (raſtocles:
Eſtne hic ſervos meus? C. ſum hercle vero, Ago-
AG. Quid nunc ſceleſte leno? AD. quicum litigas,
Abſceſſit. AG. utinam hinc abierit malam crucem.
AD. It

AD. Ita nos velle æquum est. AG. cras subscribam homini dicam.
C. Nunquid me? AG. abscedas, sumas ornatum tuum.
Ç. Non sum nequicquam miles factus, paululum
Prædæ intus feci, dum lenonis familia
Dormitat, extis sum satur factus probe.
Abscedam hinc intro. AG. factum à vobis comiter,
Bonam dedistis, advocati, operam mihi.
Cras mane quæso in comitio estote obviam.
Tu sequere me intro. vos valete. AD. & tu vale.
Injuriam illic insignite postulat,
Nostro servire nos sibi censet cibo
Verum ita sunt isti nostri divites:
Si quid bene facias, levior pluma est gratia;
Si quid peccatum'st, plumbeas iras gerunt.
Domos abeamus nostras sultis nunc jam,
Quando id quoi rei operam dedimus, impetravimus,
Ut perderemus corruptorem civium.

ACTUS IV. SCENA I.

MILPHIO *servus.*

EXpecto quo pacto meæ technæ processuræ sient
Studeo hunc lenonem perdere, velut meum herum miserum macerat.
Is me autem porro verberat, incursat pugnis, calcibus.
Servire amanti miseria est, præsertim qui, quod amat, caret.
Atat! è fano recipere video se Synceratum
Lenonis servum; quid habeat sermonis, auscultabo.

ACTUS IV. SCENA II.

SYNCERASTUS, MILPHIO, *servi duo.*

SAtis spectatum est, deos atque homines ejus negligere gratiam,
Cui homini herus est consimilis, velut ego habeo nunc hujusmodi.
Neque perjurior, neque pejor alter usquam est gentium,
Quam herus meus est: neque tam luteus, neque tam cœno collitus.
Ita me dii ament, vel in lautumiis, vel in pistrino mavelim
Agere ætatem, præpeditus latera forti ferro mea,

Quam

Digitized by Google

Quam apud lenonem hunc servitutem colere. quid
illuc est genus? (fidem!
Quæ illic hominum corruptelæ fiunt! dii vostram
Quodvis genus ibi hominum videas, quasi Acheruntem veneris, (velis,
Equitem, peditem, libertinum, furem, ac fugitivum
Verberatum, vinctum, addictum: qui habet quod det, ut homo est,
Omnia genera recipiuntur: itaque in totis ædibus
Tenebræ, latebræ: bibitur, estur, quasi in popina, haud secus.
Ibi tu videas litteratas fictiles epistolas,
Pice signatas: nomina insunt cubitum longis literis.
Ita vinariorum habemus nostræ delectum domi.
M. Omnia edepol mira sunt, nisi herus hunc hæredem facit: (tuo.
Nam is quidem illi, ut meditatur, verba facit emor-
Et adire lubet hominem: & autem nimis eum ausculto libens. (maxumis
S. Hæc cum hic video fieri, crucior pretiis emptos
Apud nos expeculiatos servos fieri suis heris.
Sed ad postremum nihil apparet. MALE partum male disperit.
M. Proinde habet hic orationem, quasi ipse sit frugi bonæ: (viam.
Qui ipsus hercle ignaviorem potis est facere igna-
S. Nunc domum hæc ab æde Veneris refero vasa, ubi hostiis
Herus nequivit propitiare Venerem suo festo die.
M. Lepidam Venerem! S. nam meretrices nostræ primis hostiis
Venerem placavere extemplo. M. ô lepidam Venerem! denno.
S. Nunc domum ibo. M. heus Synceraste. S. Sinceraste qui vocat?
M. Tuus amicus. S. haud amice facis, qui cum onere offeras moram.
M. At ob hanc rem tibi reddam operam, ubi voles. ubi jusseris:
Habe rem pactam. S. futurum est, do tibi operam hanc. M. quomodo?
S. Ut enim ubi mihi vapulandum est, tute corium sufferas.

Ex Apa-

M. Apage. S. nescio quid v um.
S. tibi sis. M. te volo.
S. At onus urget. M. at tu appone, & respice ad me. S. fecero,
Quanquam haud otium est. M. salvos sis, Synceraste. S. ô Milphio,
Dii omnes deæque ament. M. quemnam hominem? S. nec te, nec me, Milphio,
Neque herum meum adeo. M. quem ament igitur? S. alium quemlibet.
Nam nostrorum nemo dignus est. M. lepide loquere. S. me decet.
M. Quid agis? S. facio quod manifesto deprensi mœchi haud ferme solent.
M. Quid id est? S. refero vasa salva. M. dii te & tuum herum perduint.
S. Me non perdant: illum ut perdant facere possim, si velim,
Meum herum ut perdant, ni mihi metuam, Milphio. M. quid id est? cedo.
S. Malus es. M. malus sum. S. male mihi est. M. mora dum: esse aliter decet.
Quid est, quod male sit? quoi domi est quod edis, quod ames affatim,
Neque triobolum ullum amicæ das, & ductas gratiis. (gnus es.
S. Diespiter me sic amabit! M. ut quidem edepol di-
S. Ut ego hanc familiam interire cupio! M. adde operam, si cupis.
S. Sine pennis volare haud facile'st, meæ alæ pennas non habent. (sibus
M. Nolito edepol te vellisse, jam his duobus men-
Volucres tibi erunt hirquinæ. S. i in malam rem. M. i tu atque herus.
S. Verumenim, qui homo eum norit, cito homo pervorti potest.
M. Quid jam? S. quasi tu tacere quicquam potis sis. M. rectius (mulieri.
Tacitus tibi resistam, quam quod dictum est malæ
S. Animum inducam facile, ut tibi istuc credam, ni te noverim.
M. Crede audacter meo periculo. S. male credam, & credam tamen.

M. Scin'

Digitized by Google

M. Scin' tu herum tuum meo hero esse inimicum
capitalem? S. scio.
M. Propter amorem. S. omnem operam perdis.
M. quid jam? S. quia doctum doces.
M. Quid ergo dubitas? quin lubenter tuo hero,
meus quod possiet
Facere, faciat male ejus merito: tum autem, si quid
tu adjuvas, (Milphio. 65
Eo facilius poterit facere. S. fat ego hoc metuo,
M. Quid est quod metuas? S. dum hero insidias
parem, ne à te peream,
Si heras meus me esse locutum cuiquam mortali
sciat,
Continuo is me ex Synceraſto cruri fragium fecerit.
M. Nunquam edepol mortalis quisquam fiet è me
certior, (enunciet, 65
Nisi hero meo uni indicasso, atque ei quoque ut ne-
Id esse facinus ex te ortum. S. male credam, & cre-
dam tamen.
Sed hoc tu tecum tacitum habeto. M. fidei non me-
lius creditur.
Loquere, locus occasioque est, libere hic soli sumus,
S. Herus si tuus volet facere frugem, meum herum
perdet. M. quid id potest? 70
S. Facile. M. fac ergo id facile noscam, ut ille possit
noscere.
S. Quia Adelphasium, quam herus deamat tuus, in-
genua est. M, quomodo?
S, Eodem, quo soror illius altera Anteraſtilis. M. sed
qui id credam? S. quin
Illas emit in Anactorio parvolas. M. quanti? S. duo-
diviginti minis (minis. 75
De prædone Siculo. M. quanti? S. duodevigini
M. Duas illas? S. nutricem earum tertiam.
Et ille, qui eas vendebat, dixit se furtivas vendere.
Ingenuas Carthagine ajebat esse. M. dii vostram
fidem!
Nimium lepidum memoras facinus: nam herus meus
Agoraſtocles
Ibidem gnatus inde surreptus fere sexennis: post
ibi 80
Qui eum surripuit, huc devexit, meoque hero eum
hic vendidit.

In

s in divitias homo adoptavit hunc, cum diem obiit
suum. (asserat
S. Omnia memoras. quo id facilius fiat, manu eas
suas populares liberali caussa. M. tacitus tace modo.
S. Profecto ad incitas lenonem rediget, si eas ab-
duxerit. (civerit. 86
M. Quin prius disperibit faxo, quam unam calcem
Ita paratum est. S. ita dii faxint! ne apud lenonem
hunc serviam.
L. Quin hercle collibertus meus faxo eris, si dii
volent. (phio?
S. Ita dii faxint! nunquid aliud me morare, Mil-
M. Valeas, beneque ut tibi sit. S. pol istuc tibi, &
tuo hero, est in manu. 90
Vale, & hæc cura clanculum ut sint dicta. M. non
dictum est: Vale.
S. At enim nihil est, nisi, dum calet, hoc agitur.
M. lepidus, cum mones:
Et hoc ita fiet. S. proba materies data est, si pro-
bum adhibes fabrum.
M. Potin'ut taceas? S. taceo, atque abeo. M. mihi
commoditatem creas.
Illic hinc abiit: dii immortales meum herum ser-
vatum volunt, (exitii. 96
Et hunc disperditum lenonem: tantum eum instat
Satine, priusquam unum est injectum telum, tum
instat alterum?
Ibo intro, hæc ut meo hero memorem. nam huc
si ante ædes sevocem,
Quæque audivistis modo, nunc si eadem hic iterem,
inscitia'st. (omnibus. 100
Hero uni potius intus ero hodie, quam hic sim vobis
Dii immortales! quanta advenit calamitas
Hodie ad hunc lenonem? sedego, nunc est, cum
me moror.
Id negotium institutum est, non datur cessatio.
Nam & hoc docte consulendum quod modo con-
creditum'st, (105
Et illud autem inferendum'st consilium vernaculum.
Remora si sit, qui malam rem mihi det, merito fe-
cerit.
Nunc intro ibo: dum herus adveniat à foro, ope-
riar domi.

Digitized by Google

ACTUS V. SCENA I.

HANNO POENUS *loquitur Punice,*

YThalonim uvalonuth si corathisima consith,
Chym lach chunyth mumys tyalmyctibari imischi
Lipho canethyth bynithii ad ædin binuthii.
Byrnarob syllo homalonin uby misyrrhoho
Bythlym mothyn noctethii nelechanti dasmachon
Yssidele brim tyfelyth chylys chon, ten lyphui
Uth bynim yscdibut thinno cuthnu Agorastocles
Ythe manet ihy chyrsæ lycoch sith naso
Byuni id chil lubili gubylim lasibit thym
Bodyalyt berayn nyn nuys lym moncoth lusim
Exanolim volanus succuratim misti Atticum esse
Concubitum à bello cutius beant lalacant chonxnus es
Huiec si lec paneſſe athidamascon alem indubere felono buthume
Celtum comucro lueni: at enim avoso uberbent hyach Aristoclem
Et te se anecche nasoctelia helicos alemus duberter mi comps vespiti
Aodeanec lictor bodes jussum limnimcolus.
Deos deasque venero, qui hanc urbem colunt,
ut quod de mea re huc veni, rite venerim:
Measque ut gnatas, & mei fratris filium,
Reperire me sititis. dii vostram fidem!
Quæ mihi surreptæ sunt, & fratris filium.
Sed hic mihi antehac hospes Antidamas fuit.
Eum feciſſe ajunt sibi quod faciundum fuit.
Ejus filium hic esse prædicant Agorastoclem.
Deum hospitalem, ac tesseram mecum fero.
In hisce habitare monstratu'st regionibus:
Hos percontabor, qui huc egrediuntur foras.

ACTUS V. SCENA II.

AGORASTOCLES, MILPHIO,

HANNO. *Panus.*

AIn' tu tibi dixe Synceraſtum, Milphio,
Has esse ingenuas ambas surreptitias
Carthaginenſis? M. ajo, & si frugi esse vis,
Eas liberali jam adsexes caussa manu.

Digitized by Google

Nam tuum flagitium'st, tuas populareis te pati
Servire ante oculos, domi quæ fuerint liberæ.
P. Prô dii immortales! obsecro vostram fidem!
Certa est profecto horum hominum mihi oratio.
Quam orationem hanc aures dulcem devorant!
Ut mihi abstersérunt omnem sorditudinem!
A. Si ad eam rem testis habeam, faciam quod jubes.
M. Quid tu mihi testis? quin tu insistis fortiter.
Aliqua fortuna fuerit adjutrix tibi.
A. Incipere multo est, quam impetrare, facilius.
M. Sed quænam illæc avis est! quæ huc cum tunicis advenit
A. Numnam it à balneis circumductus pallio?
Facies quidem edepol *Punica est*: *gugga est homo.*
M. Servos quidem edepol veteres antiquosque habet. (qui
A. Qui scis? M. viden' homines sarcinatos consé-
Atque ut opinor, digitos in manibus non habent.
A. Quid jam? M. quia incedunt cum annulatis antibus.
Adibo ad hosce, atque appellabo Punice,
Si respondebunt, Punice pergam loqui:
Si non, tum ad horum mores linguam vortero.
Quid ais tu? ecquid commeministi Punice?
A. Nihil edepol. nam quî scire potui, dic mihi,
Qui illinc sexennis perierim Carthagine?
P. Prô dii immortales! plurimi ad hunc modum
Periere pueri liberi Carthagine?
M. Quid ais tu? A. quid vis? M. vin' appellem hunc Punice?
A. An scis? M. nullus me est hodie Pœnus Punior.
A. Adi, atque appella quid velit? quid venerit?
Quid sit, cujatis, unde sit? ne parseris.
M. Havo cujates estis, aut quo ex oppido?
P. Hanno Muthum balle bechædreanech.
A. Quid ait? M. Hannonem sese ait Carthagine,
Carthaginiensem, Muthum Ballis filium.
P. Havo. M. salutat. P. donni. M. doni vult tibi,
Dare hinc nescio quid. audin' pollicerier?
A. Saluta hunc rursus Punice verbis meis.
M. Avodonni, hic mihi tibi inquit verbis suis.
P. Me bar bocca. M. istuc sit tibi potius, quam mihi.
A. Quid ait? M. miseram esse prædicat buccam sibi.

Fortaſſe medicos nos eſſe arbitrarier.
A. Si ita eſt, nega eſſe, nolo ego errare hoſpitem.
M. Audi tu ruſen nuco iſtam. A. ſic volo,
Profecto vera cuncta huic expeditior.
Roga nunquid opus ſit? M. tu, qui zonam non habes,
Quid in hanc veniſtis urbem, aut quid quæritis?
P. Muphurſa. A. quid ait? P. mi vulechianna.
A. quid venit?
M. Non audis? mures Africanos prædicat
In pompam ludis dare ſe velle ædilibus.
P. Lalech lachananim limi nichot. A. quid nunc ait?
M. Ligulas, canales ait ſe advexiſſe, & nuces:
Nunc orat, operam ut des ſibi, ut ea veneant.
A. Mercator credo eſt. P. Iſam aruinam. M. quid eſt?
P. Palum erga dectha. A. Milphio, quid nunc ait?
M. Palas vendundas ſibi ait, & mergas datas,
Ut hortum fodiat, atque ut frumentum metat.
Ad meſſim credo miſſus hic quidem tuam.
A. Quid iſtuc ad me? M. certiorem te eſſe volui,
Ne quid clam furtive accepiſſe cenſeas.
P. Muphonnium ſuccorahim. M. hem! cave ſi feceris,
Quod hic te orat. A. quid ait, aut orat? expedi.
M. Sub cratim uti jubeas ſeſe ſupponi, atque eo
Lapides imponi multos, ut ſeſe neces.
P. Gunebel balſamenieraſan. A. narra, quid eſt?
Quid ait? M. non hercle nunc quidem quicquam ſcio.
P. At ut ſcies nunc, de hinc Latine jam loquar.
Servom hercle te eſſe oportet & nequam & malum,
Hominem peregrinum atque advenam qui irrideas.
M. At hercle te hominem & ſycophantam, & ſubdolum.
Qui huc adveniſti nos captatum migdilybs,
Biſulcilingua, quaſi proſerpens beſtia.
A. Maledicta hinc aufer, linguam compeſcas face.
Maledicere huic tu temperabis, ſi ſapis.
Meis conſanguineis nolo te injuſte loqui.
Carthagine ego ſum natus, ut tu ſis ſciens.
P. O mi popularis, ſalve. A. & tu edepol, quiſquis es.
Et ſi opus eſt, quæſo dic, atque impera,
Popularitatis cauſſa. P. habeo gratiam.
Verum ego hic unum hoſpitium habeo: Antidamæ filium

Qua;

Digitized by Google

Quæro, commonſtra, ſi noviſti Agoraſtoclem.
Ecquem adoleſcentem tu hîc noviſti Agoraſtoclem?
A. Siquidem tu Antidamarchi quæris adoptatitium, (audio? 85
Ego ſum ipſus, quem tu quæris. P. hem! quid ego
A. Antidamæ gnatum me eſſe. P. ſi ita eſt, teſſeram
Conferre ſi vis hoſpitalem, eccam attuli.
A. Agedum huc oſtende; eſt par probe. nam habeo domi.
P. O mi hoſpes, ſalve multum! nam mihi tuus pater,
Pater tuus ergo hoſpes Antidamas fuit. (90
Hæc mihi hoſpitalis teſſera cum illo fuit.
A. Ergo hic apud me hoſpitium tibi præbebitur.
Nam haud repudio hoſpitium, neque Carthaginem,
Inde ſum oriundus. P. dii dent tibi omnes quæ velis.
Quid ais? quî potuit fieri, ut Carthagini 96
Gnatus ſis, hic autem habuiſti Ætolum patrem?
A. Surreptus ſum illinc: hic me Antidamas hoſpes
Emit me, & is me ſibi adoptavit filium. (tuus
P. Demarcho item ipſe fuit adoptatitius. 100
Sed mitto de illo, & ad te redeo: dic mihi,
Ecquid meminiſti tuûm parentum nomina?
A. Patris atque matris memini. P. memora dum mihi,
Si novi forte, aut ſi ſunt cognati mihi.
A. Amſigura mater mihi fuit, Iachon pater. 105
P. Patrem atque matrem viverent vellem tibi.
A. An mortui ſunt? P. factum, quod ægre tuli:
Nam mihi ſobrina Amſigura tua mater fuit.
Pater tuus is erat frater patruelis meus:
Et is me hæredem fecit, cum ſuum obiit diem. 110
Quo me privatum ægre patior mortuo.
Sed ſi ita eſt, ut tu ſis Iachonis filius,
Signum eſſe oportet in manu læva tibi,
Ludenti puero quod momordit ſimia.
Oſtende ut inſpiciam: aperi. A. vide, eccum adeſt.
Mi patrue, ſalve. P. & tu ſalveto, Agoraſtocles. 116
Iterum mihi gnatus videor, quia te repperi.
M. Pol iſtam rem vobis bene eveniſſe gaudeo.
Et te moneri num nevis? P. ſane volo.
M. Paterna oportet reddi filio bona. 120
Æquum eſt habere nunc bona, quæ poſſedit pater.

Digitized by Google

P. Haud poſtulo aliter, reſtituentur omnia.
Suam rem ſibi ſalvam ſiſtam, ſi illo advenerit.
M. Facito ſis reddas, etſi hic habitabit tamen.
P. Quin mea quoque iſte habebit, ſi quid me fuat.
M. Feſtivum facinus venit mihi in mentem modo.
P. Quid id eſt? M. tua eſt opus opera. P. dic mihi, quid lubet?
Profecto utèris ut voles operam meam.
Quid eſt negotii? M. potin' tu fieri ſubdolus?
P. Inimico poſſum, amico inſipientia eſt.
M. Inimicus hercle eſt hujus. P. male faxim lubens.
M. Amat à lenone hic. P. facere ſapienter puto.
M. Leno hic habitat vicinus. P. male faxim lubens.
M. Ei duæ puellæ ſunt meretrices ſervulæ
Sorores. earum hic alteram efflictim perit,
Neque eam inceſtavit unquam. P. acerba amatio eſt.
M. Hunc leno ludificatur. P. ſuum quæſtum colit.
M. Hic illi malam rem dare volt. P. frugi, ſi id facit.
M. Nunc hoc conſilium capio, & hanc fabricam apparo,
Ut te allegemus, filias dicas tuas,
Surreptas que eſſe parvulas Carthagine,
Manuque liberali cauſſa ambas aſſeras,
Manuque liberali cauſſa ambas aſſeras,
Quaſi filiæ tuæ ſint ambæ, intellegis?
P. Intellego hercle. nam mihi item gnatæ duæ
Cum nutrice una ſurreptæ ſunt parvulæ.
M. Lepide hercle aſſimulas: jam in principio id mihi placet.
P. Pol magis quam vellem. M. heu! hercle mortalem catum,
Malum, crudumque & callidum, atque ſubdolum!
Ut aſſlet, quo illud geſtu faciat facilius!
Me quoque dolis jam ſuperat architectonem.
P. Sed earum nutrix, qua ſit facie, mihi expedi.
M. Statura haud magna, corpore aquilo eſt. P. ipſa ea'ſt.
M. Specie venuſta, ore æque ac oculis pernigris.
P. Formam quidem hercle verbis depinxti mihi.
M. Vin' eam videre? P. filias malo meas.
Si illarum eſt nutrix, me continuo novit.
M. Heus! ecquis hic eſt? nunciate, ut prodeat
Foras Giddeneme, eſt qui illam conventam eſſe volt.

ACTUS

ACTUS V. SCENA III.

GIDDENEME *nutrix*, HANNO *Pœnus*, MILPHIO *servus*, AGORASTOCLES, PUER.

QUis pultat? M. qui te proxumus est. G. quid vis? M. eho!
Novistin' tu illunc tunicatum hominem qui siet?
G. Nam quem ego aspicio, proh supreme Juppiter!
Herus meus hic quidem est, mearum alumnarum pater,
Hanno Carthaginiensis. M. ecce autem mala.
Præstigiator hic quidem Pœnus probus est,
Perduxit omnis ad suam sententiam.
G. O mi here salve; Hanno, insperatissume.
Mihi tuisque filiis, salve! atque eho!
Mirari noli, neque me contemplarier:
Cognoscin' Giddenemen ancillam tuam?
H. Novi. sed ubi sunt meæ gnatæ, id scire expeto.
A. Apud ædem Veneris. H. quid ibi faciunt? dic mihi.
G. Aphrodisia hodie Veneris est festus dies,
Oratum ierunt deam, ut sibi esset propitia.
M. Pol satis scio impetrarunt, quando hic hic adest.
A. Eho! an hujus sunt illæ? G. ita ut prædicas.
Tua pietas plane nobis auxilio fuit,
Cum huc advenisti hodie in ipso tempore.
Namque hodie earum mutarentur nomina,
Facerentque indignum genere quæstum corpore.
P. Hondones illi havon bene si illi in mustine.
G. Me ipsi, & encste dum, & alamna cestinum.
A. Quid illi locuti sunt inter se? dic mihi.
M. Matrem salutat hic suam, hæc autem hunc filium.
H. Tace atque parce muliebri supellectili.
A. Quæ ea est suppellex? H. clarus clamor sine modo,
Tu abduc hos intro, & una nutricem simul
Tube abire hanc ad te. A. fac quod imperat
M. Sed quis illas tibi monstrabit? A. ego doctissume.
M. Abeo igitur. A. facias modo, quam memores, mavelim.
A. Patruo advenienti cœna curetur volo.
M. Lachanam vos! quos iam deorsum ad molas.

Digitized by Google

Inde porro ad puteum, atque ad robuſtum codicem.
Ego faxo hoſpitium hoc leviter laudabitis.
AG. Audin' tu patrue? dico, ne dictum neges,
Tuam mihi majorem filiam deſpondeas.
H. Pactam rem habeto. A. ſpondeſne igitur? H ſpondeo.
A. i patrue, ſalve: nam nunc es plane meus,
Nunc demum ego cum illa fabulabor libere.
Nunc, patrue, ſi vis tuas videre filias,
Me ſequere. H jamdudum equidem cupio, & te ſequor.
A. Quid ſi eamus illis obviam? H. at ne inter vias
Præterbitamus metuo. magne Juppiter!
Reſtitue certas mihi ex incertis nunc opes.
A. Ego quidem meos amores mecum confido fore?
Quantæ è quantillis jam ſunt factæ? A. ſcin' quid eſt?
Græcæ ſunt columnæ; ſuſtolli ſolent.
M. Opinor hercle hodie, quod ego dixi per jocum,
Id eventurum eſſe, & ſeverum, & ſerium,
Ut hæ inveniantur hodie eſſe hujus filiæ.
A. Pol iſtud quidem jam certum eſt: tu iſtos, Milphio,
Abduce intro; nos haſce hic præſtolabimur.

ACTUS V. SCENA IV.

ANTERASTILIS, ADELPHASIUM, AGORASTOCLES, HANNO *Pœnus.*

FUit hodie operæ pretium ejus, qui amabilitati animum addiceret, (vi∫ere venit.
Oculis epulas dare, delubrum qui hodie ornatum eo
Deamavi ecaſtor illic ego hodie lepidiſſima munera meretricum,
Digna Diva venuſtiſſima Venere, neque contemſi ejus opus hodie
Tanta ibi copia venuſtatum aderat, in ſuo quæque loco ſita nitide.
Arabius murrhinuſque omnes odor complebat, haud ſordere viſus eſt
Feſtus dies, Venus, nec tuum fanum: tantus ibi clientarum erat numerus,

Qua

Quæ ad Calydoniam venerant Venerem: certo
enim, quod quidem ad nos duas
Attinuit, præpotentes, pulcræ, paciſque potentes, ſoror, fuimus,
Neque ab juventute ibi irridiculo habitæ, quod pol ſoror cæteris omnibus factum eſt.
AD. Malim iſtuc aliis videatur, quam uti tute, ſoror, collaudes. AN. ſpero quidem.
AD. Et pol ego: cum, ingeniis quibus ſumus, atque aliæ, cognoſco. (caſtas.
Eo ſumus gnatæ genere, ut deceat nos eſſe à culpa
P. Juppiter! qui genus colis aliſque hominum, per quem vivimus viralem ævum,
Quem penes ſpes vitæ ſunt hominum omnium, da diem hunc ſoſpitem, quæſo,
Rebus meis agundis: quibus annos multos carui, quaſque è patria
Perdidi parvas, redde his libertatem, invictæ præmium ut eſſe ſciam pietati.
AG. Omnia faciet Juppiter faxo, nam mihi eſt obnoxius, & me metuit.
P. Tace quæſo. AG. ne lacruma, patrue.
AN. Ut volupe'ſt homini, mea ſoror, ſi quod agit, cluet victoria! (ne.
Sicut hodie nos inter alias præſtitimus pulchritudi-
AD. Sulta, ſoror, es magis quam volo. an vero pulcra videre, obſecro,
Si tibi illi non os oblitum eſt fuligine? AG. ô patrue, mi patruiſſime!
P. Quid eſt fratris mei gnate, mi gnate, quid vis? expedi.
AG. At enim volo hoc agas. P. at enim ago iſtuc. AG. patrue, mi patruiſſime!
P. Quid eſt? AG. eſt lepida & lauta. ut ſapit! P. ingenium patris habet quod ſapit.
AG. Quæ res? jam diu edepol ſapientiam tuam abuſa eſt hæc quidem.
Nunc hinc ſapit, hinc ſentit: quicquid ſapit, amore meo ſapit.
AD. Non eo ſumus genere prognatæ, tametſi ſumus ſervæ, ſoror,
Ut deceat facere nos quicquam, quod homo quisquam irrideat.

Multa ſunt mulierum vitia, ſed hoc è multis maximum eſt,
Cum ſibi nimis placent, nimiſque operam dant, ne placeant viris.
Niniæ voluptati eſt, quod in extis noſtris portentum eſt, ſoror,
Quodque aruſpex de ambabus dixit. AG. velim de me aliquid dixerit.
AN. Nos foreinvito domino noſtro diebus paucis liberas.
Id ego, niſi quid dii aut parentes faxint, qui ſperem haud ſcio.
AG. Mea fiducia hercle aruſpex, patrue, his promiſit, ſcio,
Libertatem: quia me amare hanc ſcit. AD. ſoror, ſequere hac. AN. ſequor.
P. Priuſquam abitis, vos volo ambas; niſi piget, conſiſtite.
AD. Quis revocat? AG. qui bene volt vobis facere. AD. facere occaſio eſt.
Sed quis homo eſt? AG. amicus vobis. AD. qui quidem non inimicus eſt.
AG. Bonus eſt hic homo, mea voluptas. AD. poſ iſtum malim, quam malum.
AG. Siquidem amicitia eſt habenda, cum hoc habenda eſt. AD. haud precor.
AG. Multa bona vobis facere volt. AD. bonus bonis beneſeceris.
P. Gaudio ero vobis, AD. at edepol nos voluptati tibi. (ceris.
P. Libertatique. AD. iſto precio tuas nos facile fe-
AG. Patrue mi, ita me dii amabunt! ut ego, ſi ſim Juppiter,
Jam hercle ego illam uxorem ducam, & Junonem extrudam foras.
Ut pudice verba facit! cogitare, & commode!
Ut modeſte orationem præbuit! certo hæc mea eſt.
P. Sed ut aſtu ſum aggreſſus ad eas! AG. lepide hercle atque commode.
Perge etiam tentare, in pauca confer, ſitiunt qui ſedent,
P. Quid iſtic? quod faciundum eſt, cur non agimus? in jus vos voco.

AG. Nunc

Digitized by Google

AG. Nunc tene patrue. P. tu frugi si bonæ es. AG. vin' ego hanc apprehendam? P. tene.
AD. An patruus est Agorastocles tuus hic? AG. jam faxo scibis.
Nunc pol ego te ulciscar probe: nam faxo mea eris sponsa. (duce.
P. Ite in jus, ne moremini: AN. antestare me, atque
AG. Ego te antestabor, postea hanc amabo, atque amplexabo. 60
Sed illud quidem volui dicere, immo dixi hercle quod volebam. (hendi.
P. Moramini. in jus vos voco, nisi honnestiu'st pre-
AD. Quid in jus vocas nos? quid tibi debemus? AG. dice tu illi.
AD. Etiam meæ in me latrant canes? AG. at tu hercle alludiato. (cito, 65
Dato mihi pro offa savium, pro osse linguam objicito.
Ita hanc canem faciam tibi oleo tranquilliorem.
P. Ite sultis. AD. quid nos fecimus tibi? P. fures estis ambæ.
AG. Nosne tibi? P. vos inquam. AG. atque ego scio.
AD. quid furti est? AG. hunc rogato.
P. Quia annos multos filias meas celavistis clam me.
Atque equidem ingenuas liberas summoque genere gnatas. (penes nos. 70
AD. Nunquam mecastor reperies tu istuc probrum
AG. Da pignus, ni nunc perjures, in savium, uter utri det.
AD. Nihil tecum ago, abscede obsecro. AG. atque hercle mecum agendum est.
Nam hic patruus meus est, pro hoc mihi patronus sim necesse est.
Ei prædicabo, quomodo vos furta faciatis multa, 75
Quoque modo hujusce filias apud vos habeatis servas,
Quas vos ex patria liberas surreptas esse scitis.
AD. Ubi sunt eæ, aut quæ sunt, obsecro? P. satis sunt macerataæ.
Quin eloquar. AG. censeo hercle, patrue. AD. misera, timeo quid (asto, 80
Hoc sit negotii, mea soror, ita stupida sine animo
P. Advortite animum mulieres, primum, si id fieri possit,

Ne

Digitized by Google

Ne indigna indignis dii darent, id ego evenire vel-
lem: (matri,
Nunc quod boni mihi dii dant, vobis, voſtræque
Eas dis eſt æquum gratias nos agere ſempiternas.
Cum noſtram pietatem approbant decorantque dii
immortales: 85
Vos meæ eſtis ambæ filiæ, & hic eſt cognatus veſter
Hujuſce fratris filius Agoraſtocles. AD. amabo,
Num hi falſo oblectant gaudio nos? AG. at me ita
dii ſervent!
Ut hic pater eſt voſter. date manus. AD. ſalve inſpe-
rate nobis
Pater, te complecti nos ſine. P. cupitæ, atque ex-
pectatæ. (ambæ. 91
AN. Pater, ſalve, ambæ filiæ ſumus, amplectamur
AG. Quis me amplectetur poſtea? P. nunc ego ſum
fortunatus, (ſedo.
Multorum annorum miſerias nunc hac voluptate
AD. Vix hoc videamur credere. P. magis qui cre-
datis, dicam:
Nam voſtra nutrix primum me cognovit. AD. ubi
ea, amabo, eſt? 95
P. Apud hunc eſt. AG. quæſo qui lubet tam diu te-
nere collum,
Priuſquam te mihi deſponderit? AD. omitto. AG. ſpe-
rata ſalve, omitte (enicas me.
Salutem AG. & tu altera. AN. nolo ego. AG. iſtuc
P. Conſamus alter alterum ergo in nervum bra-
chialem. (dignis. 100
Quibus nunc in terra melius eſt? AG. evenium digna
Tandem huic cupitum contigit. ô Apella! ô Zeuxis
pictor! (retis?
Cur numero eſtis mortui, hinc exemplum ut pinge-
Nam alios pictores nihil moror hujuſmodi tractare
exempla. (gratias,
P. Dii deæque omnes vobis habeo merito magnas
Cum hac me lætitia tanta & tantis affeciſtis gau-
diis, 105
Ut meæ gnatæ ad me redirent in poteſtatem meam.
AD. Mi pater, tua pietas plane nobis auxilio fuit.
AG. Patrue, facito in memoria ut habeas, tuam
majorem filiam (promiſeris,
Mihi te deſpondiſſe. P. memini. AG. & dotis quid

ACTUS

ACTUS V. SCENA V.

ANTHEMONIDES *miles* & EIDEM.

SI ego minam non ultus fuero probe, quam leno-
ni dedi,
Tum profecto me sibi habento scurræ ludificatui.
Is etiam me ad prandium ad se adduxit ignavissu-
mus.
Ipse abiit foras, me reliquit pro Atrienſi in ædibus
Ubi nec leno, neque illæ redeunt, nec quod edam
quidquam datur,
Pro minore parte prandii pignus cepi, abii foras.
Si dedero ære militari tetigero lenunculum.
Nactus est hominem, mina quem argenti circumdu-
ceret. (lim.
Sed mea amica nunc mihi irato obviam veniat ve-
Jam pol ego illam pugnis totam faciam ut sit morula;
Ita replebo atritate, atrior multo ut fiet,
Quam Ægyptii, aut qui cortinam ludis per circum
ferunt.
AD. Tene sis me arcte, mea voluptas, male ego me-
tuo milvos. mala
Illa bestia est: ne forte me auferat pullum tuum.
ANTH. Ut nequeo satis te complecti, mi pater.
ANTH. ego me moror. (mihi.
Propemodum hoc nunc obsonare prandium potero
Sed quid hoc est? quid hoc? quid hoc est? quid ego
video? quomodo?
Quid hoc est conduplicationis? quæ hæc est conge-
minatio?
Quis hic homo est cum tunicis longis? quasi puer
capponius.
Satin' ego oculis cerno? estne illæc mea amica An-
teraſtilis?
Et ea certo est. jampridem ego me sensi nihili pen-
dier. (via?
Non pudet puellam amplexari baliolum in media
am hercle ego illum excruciandum totum carni-
fici dabo.
Sane genus hoc muliebrosum est tunicis demissitiis:
Sed adire certum est hanc ad amatricem Aphricam.
Heus tu! tibi dico, mulier, ecquid te pudet?
Quid tibi negotii autem est cum istac? dic mihi.

P. Ado-

Digitized by Google

P. Adoleſcens, ſalve. ANTH. nolo: nihil ad te attinet.
Quid tibi hanc digito tactio eſt? P. quia mihi lubet.
ANTH. Lubet? P. ita dico. ANTH. ligula, i in malam crucem:
Tune hic amator audes eſſe, allex viri?
Aut contrectare, quod mares homines amant?
Deglupta mœna, ſarrapis ſementium,
Maſtruga, halagoras, hama, tum autem plenior
Alii ulpicique, quam ſunt Romani remiges.
AG. Num tibi, adoleſcens, malæ aut dentes pruriunt,
Qui huic es moleſtus? au malam rem quæritas?
ANTH. Cur non adhibuiſti, dum iſtæc loquereris, tympanum,
Nam te cinædum eſſe arbitror magis, quam virum.
AG. Scin' quam cinædus ſum? ite iſtinc ſervi foras,
Efferte fuſtis. ANTH, heus tu! ſi quid per jocum
Dixi, nolito in ſerium convertere.
ANTE. Quid tibi lubido eſt, obſecro, Anthemonides.
Loqui inclementer noſtro cognato, & patri?
Nam hic noſter pater eſt, hic nos cognovit modo,
Et hunc ſui fratris filium. ANTH. ita me Juppiter
Bene amet, bene factum: gaudeo, & volupe' ſt mihi,
Siquidem quid lenoni obtigit magni mali,
Cumque è virtute vobis fortuna obtigit.
ANTE Credibile ecaſtor dicit. crede huic mi pater.
P. Credo. AG. & ego credo, ſed eccum lenonem Lycum:
Bonum virum eccum video: ſe recipit domum.
P. Quis hic eſt? AG. utrumvis eſt, & leno, & Lycus.
In ſervitute hic habuit duas filias tuas.
Et mihi hic aurifur eſt. P. bellum hominem, quem noveris.
AG. Rapiamus in jus. P. minime. AG. quapropter? P. quia
Injuriarum multam indici ſatius eſt.

ACTUS SCENA VI.

LYCUS *leno*, AGORASTOCLES. HANNO *Pœnus*, ANTHEMONIDES *miles*.

DEcipitur nemo quidem, mea ſententia,
Qui ſuis amicis narrat recte res ſuas,

Na

Nam omnibus amicis meis idem unum convenit.
Ut me ſuſpendam, ne addicar Agoraſtocli.
AG. Leno eamus in jus. L. obſecro te, Agoraſtocles,
Suſpendere ut me liceat. P. leno, in jus te voco.
L. Quid tibi mecum autem? P. quia haſce ajo liberas
Ingenuaſque eſſe filias ambas meas,
Quæ ſunt ſurreptæ cum nutrice parvulæ.
L. Jampridem equidem iſtuc ſcivi, & miratus ſui,
Neminem venire, qui iſtas aſſereret manu.
Meæ quidem profecto non ſunt. AN. leno in jus eas.
L. De prandio tu dicis. debetur, dabo.
AG. Duplum pro furto mihi opus eſt. L. ſume hinc quid lubet.
P. Et mihi ſuppliciis multis. L. ſume hinc quid lubet.
AN. Et mihi quidem mina argenti. L. ſume hinc quid lubet.
Collo rem ſolvam jam omnibus, quaſi bajolus.
AG. Nunquid recuſas contra me? L. advorſum quidem.
AG. Ite igitur intro mulieres: ſed, patrue mi,
Tuam, ut dixiſti, mihi deſponde filiam.
P. Haud aliter auſim. AN. bene vale. AG. & tu bene vale.
AN. Leno, arthabonem hoc pro mina mecum fero.
L. Perii hercle! AG. imo haud multo poſt cum in jus veneris.
L. Quin egomet tibi me addico. quid prætore opus eſt?
Verum obſecro te, ut liceat ſimplum ſolvere,
Trecentos Philippos, credo, corradi poteſt.
Cras auctionem faciam. AG. tantiſper quidem,
Ut ſis apud me lignea in cuſtodia.
L. Fiat. AG, ſequere intro, patrue mi, ut hunc feſtum diem
Habeamus hilarem, hujus malo, & noſtro bono.
Multum valete, multa verba fecimus.
Malum poſtremo hoc omne ad lenonem redit.
Nunc quod poſtremum eſt condimentum fabulæ,
Si placuit, plauſum poſtulat Comœdia.

FINIS POENULI.

PER-

Digitized by Google

PERSA.

Dramatis Perſonæ.

TOXILUS *ſervus.*
SAGARISTIO *ſervus.*
SATURIO *paraſitus.*
SOPHOCLIDISCA *ancilla.*
LEMNISE LENE *meretrix.*
PÆGNIUM *puer.*
VIRGO.
DORDALUS *leno.*

ARGUMENTUM.

Profecto domino ſuos amores Toxilus
Emit, atque curat, leno ut emittat manu.
Raptamque ut emeret de prædone virginem
Subornata ſuadet ſui paraſiti filia,
Atque ita intricatum ludit potans Dordalum.

ACTUS I. SCENA I.

TOXILUS, SAGARISTIO, *ſervi.*

QUi amans egens ingreſſus eſt princeps in amoris vias,
Superavit ærumnis is ſuis ærumnas Herculis:
Nam cum leone, & cum excetra, cum cervo, cum apro Æolico,
Cum avibus Stymphalicis, cum Antæo deluctari mavelim,
Quam cum amore: ita fio miſer quærendo argento mutuo,
Nec quicquam, niſi, *Non eſt*, ſciunt mihi reſpondere, quos rogo.
S. Qui hero ſuo ſervire volt bene ſervus ſervitutem,
Næ edepol illum multa in pectore ſuo collocare oportet,
Quæ hero placere cenſeat præſenti atque abſenti ſuo
Ego neque libenter ſervio, neque ſatis ſum hero ex ſententia,
Sed quaſi lippo oculo me herus meus manum abſtinere haud quit tamen,
Quin mihi imperet, quin me ſuis negotiis præfulciat.
Quis illic eſt quis contra me aſtat? T. quis hic eſt qui contra me aſtat?

Simi-

Digitized by Google

similis est Sagaristionis. S. Toxilus hic quidem meus amicus est.
T. Is est profecto. S. cum esse opinor. T. congrediar. S. contra aggrediar.
T. O Sagaristio! dii amentte. S. ô Toxile! dabunt dii quæ exoptes.
Ut vales? T. ut queo. S. quid agitur? T. vivitur.
S. Satin' ergo ex sententia? T. si eveniunt, quæ exopto, satis.
S. Nimis stulte amicis utere. T. quid jam? S. quia jam imperare oportet. (visitavi.
T. Mihi quidem tu jam cras mortuus, quia te non
S. Negotium edepol. T. ferreum fortasse. S. plusculum annum
Fui præferratus apud molas tribunus vapularis.
T. Vetus jam istæc militia est tua. S. satin' tu usque valuisti? T. haud probe.
S. Ergo edepol palles. T. saucius factus sum in Veneris prælio, (hic amant?
Sagitta Cupido cor meum transfixit. S. jam servi
T. Quid ergo faciam? diisne advorser, quasi Titani com
Dis belligerem, quibus sat esse non queam?
S. Vide modo ulmeæ catapultæ tuum ne transfigant latus.
T. Basilice eleutheria agito. S. quid jam? (
T. Quia herus peregre est. S. ain' tu, peregre est?
T. Si tute tibi bene esse potes pati, veni, vives mecum, (riunt,
Basilico accipiere victu. S. vah! jam scapulæ pru-
Quia te istæc audiviloqui. T. sed hoc me unum excruciat.
S. Quidnam id est? T. hæc dies summa hodie est, mea amica sitne libera, (ergo?
An sempiternam servitutem serviat. S. quid nunc vis.
T. *Facere amicum* tibi me potis es sempiternum.
S. quemadmodum?
T. Ut mihi des nummos sexcentos, quos pro capite illius pendam? (triduo.
Quos continuo tibi reponam in hoc triduo, aut qua-
Age si benignus, subveni.
S. Qua confidentia rogare tu à me argentum tantum audes

Impudens? quin si egomet totus veneam, vix recipi
potesſit (postulas,
Quod tu me rogas. nam tu aquam à pumice nunc
Qui ipſus ſitiat. T. ſiccine hoc te mihi facere? S. quid
faciam? T. rogaſne? (ne.
Alicunde exora mutuom. S. tu fac idem, quod rogas
T. Quæſivi, nuſquam repperi. S. quæram equidem,
ſi quis credat.
T. Nempe habeo in mundo. S. ſi id domi eſſet mihi, jam pollicerer.
Hoc meum eſt, ut faciam ſedulo. T. quicquid erit, recipe te ad me.
S. Quære tamen, ego item ſedulo ſi quid erit, faciam ut ſcias.
T. Obſecro te, reſecro, operam da hanc mihi fidelem. S. ah! odio me enicas. (ſo
T. Amoris vitio, non meo, nunc tibi morologus fio.
S. At pol ego abs te conceſſero. T. jamne abis? bene ambulato:
Sed recipe te quamprimum potes: cave fuas mihi in quæſtione.
Uſque ero domi, dum excoxero lenoni malum.

ACTUS I. SCENA II.

SATURIO *paraſitus.*

VEterem atque antiquom quæſtum *meum alimonia*
Servo atque obtineo & magna cum cura colo.
Nam nunquam quiſquam meorum majorum fuit,
Quin paraſitando paverint ventres ſuos:
pater, avos, proavos, abavos, atavos, tritavos,
Quaſi mures ſemper edere alienum cibum,
Neque edacitate eos quiſquam poterat vincere.
His cognomentum erat duris capitonibus.
Unde hunc ego quæſtum obtineo, & majorum locum.
Neque quadruplari me volo: neque enim decet,
Sine meo periculo ire aliena ereptum bona;
Neque illi qui faciunt, mihi placent: plane loquor.
Nam publicæ rei cauſſa quicunque id facit
Magis, quam ſui quæſti, animus induci poteſt.
Eum eſſe civem & fidelem & bonum,
Sed legirupam quidem, ni duit in publicum

Dimi-

Digitized by Google

Dimidium: atque etiam mea lege ascribitor,
Ubi quadruplator quempiam injexit manum,
Tantidem ille illi rursus injiciat manum.
Ubi æqua parti prodeant ad Tresviros.
Si id fiat, næ isti faxim usquam appareant,
Qui hic albo rete aliena oppugnant bona.
Sed sumne ego stultus, qui rem curo publicam,
Ubi sunt magistratus, quos curare oporteat?
Nunc huc introibo, visam hesternas reliquias,
Quieverint recte, necne. num infucrit febris,
Opertæne fuerint, ne quis obreptaverit.
Sed aperiuntur ædes, remorandus est gradus.

ACTUS I. SCENA III.

TOXILUS *servus*, SATURIO *parasitus*.

OMnem rem inveni, ut sua sibi pecunia
Hodie illam faciat leno libertam suam.
Sed eccum parasitum, quoius mihi auxilio est opus,
Simulabo quasi non videam: ita alliciam virum.
Curate istic vos, atque approperate ocius:
Ne mihi moræ sit quicquam, ubi ego intro advenero.
Comminisce mulsum struthea, colutheaque appara.
Bene ut in scutris concaleant, & calamum injice.
Jam pol ille hic aderit, credo, congerro meus.
S. Me dicit, euge! T. lautum credo à balneis
Jam hic affuturum. S. ut ordine omnem rem tenet.
T. Collyræ facite ut madeant, & colliphia.
Ne mi hæc incocta detis. S. rem loquitur meram.
Nihil sunt crudæ, nisi quas madidas glutias.
Tum nisi cremore crasso est jus collyricum,
Nihil est: macrum illud, epicrocum, pellucidum,
Quasi jurcam esse jus decet collyricum.
Nolo in vesicam quod eat, in ventrem volo.
T. Prope me hic nescio quis loquitur. S. ô mi Juppiter
Terrestris, te coepulonus compellat tuus.
T. O Saturio opportune advenisti mihi.
S. Mendacium edepol dicis, atque haud te decet.
Nam Esurio venio, non advenio Saturio.
T. At edis: nam jam intus ventris fumant foculæ.
Calefieri jussi reliquias. S. pernam quidem
Jus est apponi frigidam postridie.

Digitized by Google

T. Ita fieri jussi. S. ecquid alecis? T. vah! rogas?
S. Sapis multum ad genium. T. sed ecquid *memi-*
nisti, here,
Qua de re ego tecum mentionem feceram.
S. Memini, ut muræna & conger ne calefierent.
Nam nimio melius oppectuntur frigida.
Sed quid cessamus prælium committere?
Dum mane est, omneis esse mortalis decet. (peris
T. Nimis pene mane'st. S. MANE QUOD tu occæ-
Negocium agere, id totum procedit diem.
T. Quæso animum advorte: hoc enim jam here
narravi tibi,
Tecumque oravi, ut nummos sexcentos mihi
Dares utendos mûtuos. S. memini & scio,
Et te me orare, & mihi non esse quod darem.
NIHILI parasitus est, cui argentum domi est.
Lubido extemplo cœpere est convivium,
Tuburcinari de suo, si quid domi est.
Cynica esse è gente oportet parasitum probè:
Ampullam, strigilem, scaphium, soccos, pallium,
Marsupium habeat, inibi paulum præsidii,
Qui familiarem suam vitam oblectet modo:
T. Jam nolo argentum, filiam utendam tuam
Mihi da. S. nunquam edepol quoiquam etiam uten-
dam dedi. (T. scies,
T. Non ad istoc, quod tu insimulas. S. quid eam vis?
Quia forma lepida & liberali est. S. res ita'st.
T. Hic leno, neque te novit, neque gnatam tuam,
S. Me ut quisquam norit, nisi ille qui præbet cibum?
T. Ita est, hoc tu mihi reperire argentum potes.
S. Cupio hercle. T. tum tu me sine illam vendere.
S. Tun' illam vendas? T. immo alium allegavero
Qui vendat, qui esse se peregrinum prædicet.
Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus
Hoc est cum commigravit. S. pereunt reliquiæ.
Posterius istuc tamen potest. T. scin' quam potest?
Nunquam hercle hodie hic prius edis, ne frustra sis,
Quam te hoc facturum, quod rogo, affirmas mihi.
Atque nisi gnatam tecum huc jam quamtum potest,
Adducis, exigam hercle ego te ex hac decuria.
Quid nunc? quid est? quin dicis, quid facturus sis?
S. Quæso hercle me quoque etiam vendas, si lubet,
Dum saturum vendas. T. hoc si facturus, face. (65
S. Fa-

Digitized by Google

S. Faciam equidem, quæ vis. T. bene facis. propera, abi domum.
Præmonstra docte, præcipe astu filiæ,
Quid fabuletur, ubi se natam prædicet,
Qui sibi parentes fuerint, unde surrepta sit.
Sed longe ab Athenis esse se gnatam autumet:
Et ut astleat, cum ea memoret. S. etiam tu taces?
Ter tanto pejor ipsa est, quam illam tu esse vis.
T. Lepide hercle dicis. sed scin' quid facias? cape
Tunicam atque zonam, & chlamydem affertο & causiam,
Quam ille habeat, qui hanc lenoni huic vendat. 75
S. heu! probe.
T. Quasi sit peregrinus. S. laudo. T. & tu tuam gnatam tamen
Ornatam adduce lepide in peregrinum modum.
S. πόθεν ornamenta? T. abs chorago sumito.
Dare debet: præbenda ædiles locaverunt. 80
S. Jam faxo hic aderunt: sed ego horum nihil scio.
T. Nihil hercle vero. nam ubi ego argentum accepero,
Continuo tu illam à lenone asserito manu.
S. Sibi habeat, si non extemplo ab eo abduxero.
T. Abi, & istuc cura: interibi ego puerum volo 85
Mittere ad amicam meam, ut habeat animum bonum,
Me esse effecturum hodie. nimis longum loquor.

ACTUS II. SCENA I.

SOPHOCLIDISCA, LEMNISELENE.

SAtis fuit indoctæ, immemori, insipienti dicere toties.
Nimis tandem me quidem pro barda & pro rustica reor habitam
Esse abs te quamquam ego vinum bibo, at mandata non consuevi simul bibere
Una me quidem jam satis tibi spectatam censueram esse, & meos mores:
Nam equidem te jam sector quintum hunc annum, cum interim credo 5
Cucus si in lucum iret, potuisset jam fieri ut probe literas sciret, (atque infans.
Cum interim tu meum ingenium fans non edidicisti,

Digitized by Google

Potin' ut taceas? potin' ne moneas? memini, & scio & calleo, & commemini.
Amas pol misera, id tuus scatet animus: ego istuc placidam tibi
Ut sit, faciam. L. MISER EST QUI AMAT. 10
S. Certo is quidem nihili est, qui nihil amat. quid ei homini opus vita est?
Me decet me, ut heræ obsequens fiam, libera mea opera ocius ut sit,
Conveniam hunc Toxilum, ejus aures quæ mandata sunt, onerabo.

ACTUS II. SCENA II.

TOXILUS *servus*, PÆGNIUM *puer*. SOPHOCLIDISCA *ancilla*.

SAtin' hæc tibi sunt plana, & certa? satin' hæc meministi, & tenes?
P. Melius quam qui docuisti. T. ain' vero verbereum caput?
P. Ajo enimvero. T. quid ergo dixi? P. ego recte apud illam dixero.
T. Non edepol scis. P. da hercle pignus, ni omnia memini, & scio.
T. Equidem si scisture, quot habeas hodie digitos in manu, (dere. 6
Eo dem pignus tecum. P. audacter, si lubido est per-
T. Bona pax sit potius. P. tum igitur sine me ire.
T. & jubeo, & sino.
Sed ita volo te curare, ut domi sis, cum ego te esse illi censeam.
P. Faciam. T quo ergo is nunc? P. domum, ut domi sim, cum illi censeas.
T. Scelus tu pueri es, atque ob istam rem ego aliquid te peculiabo. 10
P. Scio fidei hercle herili ut soleat impudicitia opprobrari. (judicem.
Nec subigi queantur unquam, ut pro ea fide habeant
T. Abi modo. P. ego laudabis faxo. T. sed hasta bellas, Pægnium,
Ipsi Lemniselenæ facedes, & quæ jussi, nunciato.
S. Cesso ire ego, quo missa sum? 15
P. Eo ego. T. i sane: ego domum ibo: face rem hanc cum cura geras.

Vola

Digitized by Google

Vola curriculo. P. iſtuc marinus paſſer per circum ſolet.
Illic abiit hinc intro huc. ſed quis hæc? quæ me advorſum incedit?
S. Pægnium hic quidem eſt. P. Sophoclidiſca hæc peculiaris eſt ejus,
Quo ego ſum miſſus. S. nullus eſſe hodie hoc puero pejor perhibetur.
Compellabo. P. commorandum'ſt mihi apud hanc inebram.
S. Pægnium deliciæ pueri, ſalve. quid agis? ut vales?
P. Sophoclidiſca, dii me amabunt. S. quid me? utrum? P. hercle *neſcio*.
Sed, ſi ut digna es faciant, odio hercle habeant, & faciant male.
S. Mitte male loqui. P. cum ut digna es, dico bene, non male loquor.
S. Quid agis? P. feminam ſceleſtam te aſtans contra contuor.
S. Certe equidem puerum pejorem, quam te novi neminem.
P. Quid mali facio? aut cui maledico? S. cui pol cunque occaſio eſt.
P. Nemo homo unquam ita arbitratus eſt. S. at pol multi eſſe ita ſciant.
P. Eja! S. eja! P. tuo ex ingenio mores alienos probas.
S. Fateor ego profecto, me eſſe ut decet lenonis familiæ.
P. Satis jam dictum habeo. S. ſed quid tu? confitere, ut te autumo?
P. Fatear, ſi ita ſim. S. jam abi. viciſti. P. abi nunc jam. S. ergo hoc mihi expedi.
Quo agis? P. quo tu? S. dic tu, prior rogavi. P. at poſt ſcies.
S. Eo ego hinc haud longe. P. & quidem ego haud longe. S quo ergo, ſcelus?
P. Niſi ſciero prius ex te, tu ex me nunquam hoc, quod rogitas, ſcies.
S. Nunquam ecaſtor hodie ſcibis, priuſquam ex te audivero.
P. Itane eſt? S. itane eſt? P. mala es. S. ſceleſtus. P. decet me. S. me quidem haud decet.
P. Quid ais, certumne eſt, celare, quo iter facias. peſſuma?

Digitized by Google

S. Affirmastin' occultare, quo te immittas, pessume?
P. Par pari respondes dicto. abijam, quando ita
certa res est.
Nihili facio scire. valeas. S. at sta. P. at propero.
S. & pol ego item.
P. Ecquid habes? S. ecquid tu? P. nihil equidem.
S. cedo manum ergo. P. estne hæc manus?
S. Ubi illa altera est furtifica læva? P. domi. eccam
huc nullam attuli.
S. Habes nescio quid. P ne me attrecta, subagita-
trix. S. sin te amo?
P. Male operam locas. S. qui? P. quia enim nihil
amas, cum ingratum amas.
S. Tempori hanc vigilare oportet formulam, atque
ætatulam:
Ne ubi capillus versipellis fiat, fœde semper servias.
Tu quidem haud etiam es octoginta pondo. P. at
confidentia
Illa militia militatur multo magis quam pondere.
Atque ego hanc nunc operam perdo. S. quid jam?
P. quia peritæ prædico.
Sed ego cesso. S. mane. P. molesta es. S. ero quo-
que, nisi scio
Quo agas te. P. ad vos. S. & pol ego ad vos. P. quid
eo? S. quid id ad te attinet,
P. Enim non ibis nunc vicissim, nisi scio. S. odiosus
es. P. lubet.
Nunquam hercle istuc exterebrabis tu, ut sis pejor
quam ego siem.
S. Malitia certare tecum, miseria est. P. merx tu ma-
S. Quid est, quod metuas? P. idem istuc quod tu.
S. dic ergo, *quid est?*
P. Ne hoc cuiquam homini edicerem, omnes muti ut
loquerentur prius,
S. Et edictum est magnopere mihi, ne cuiquam ho-
Omnes muti, ut loquerentur prius hoc, quam ego.
S at tu hoc face,
Fide data credamus. P. novi, omnes sunt lenæ levi
Neque tippulæ lævius pondus est, quam fides leno-
nia.
S. Dic amabo. P. dic amabo, S. nolo ames. P. fa-
S. Tecum habero. P. & tu hoc taceto. S taciturn
erit. P. celabitur.

S. To-

Digitized by Google

S. Toxilo has fero tabellas, tuo hero. P. abi: eccillum domi.
At ego hanc ad Lemniſelenem tuam heram obſignatam abierem.
S. Quid iſtic ſcriptum? P. juxta tecum, ſi tu neſcis, neſcio.
Niſi fortaſſe blanda verba. S. abeo. P. at ego abiero: S. ambula.

ACTUS II. SCENA III.

SAGARISTIO *ſervus.*

JOvi opulento, inclyto, Opegnato, ſupremo, valido, viripotenti,
Opes, ſpes, bonas copias commodanti, lubens meritoque vitulor:
Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam
Danunt argenti mutui, ut egenti opem afferam:
Quod ego non magis ſomniabam, neque opinabar, neque cenſebam, cælo.
Eam fore mihi occaſionem; ea nunc quaſi decidit de
Nam herus meus me Eretriam miſit, domitos boves ut ſibi mercarer. ſeptimi.
Dedit argentum: nam ibi mercatum dixit eſſe die
Stultus qui hoc mihi daret argentum, cujus ingenium noverat:
Nam hoc argentum alibi abutar; boves quos emerem, non erant.
Nunc & amico meo proſperabo, & Genio meo multa bona faciam.
Diu quod bene erit, die uno abſolvam: tax! tax! tergo meo erit, non caro.
Nunc amico homini bobus domitis, mea ex crumina largiar.
Nam id demum lepidum eſt, triparcos homines, vetulos, avidos, aridos ſale.
Bene admordere, qui ſalinum ſervo obſignant cum
Virtus eſt, ubi occaſio admonet diſpicere. quid faciet mihi? let,
Verberibus cædi juſſerit, compedes imponi, vapu-
Ne ſibi me credat ſupplicem fore, væ illi: nihi jam nihil novi
Offerri poteſt, quin ſim peritus: ſed Toxili puerum Pægnium eccum.

ACTUS II. SCENA IV.

PÆGNIUM *puer*, SAGARISTIO, *servus*.

PEnsum meum quod datum'st confeci, nunc propero domum. S. mane, etsi
Properas, Pægnium, ausculta. P. emere oportet, quem tibi obedire velis.
S. Asta. P. exhibeas molestiam, ut opinor, si quid debeam, (respicis?
Qui nunc sic tam es molestus. S. scelerate, etiam
P. Scio ego, quid sim ætatis, eo istuc maledictum impune auferes.
S. Ubi Toxilus est tuus herus? P. ubi illi libet, neque te consulit.
S. Etiamne dicis ubi sit, venefice? P. nescio inquam, ulmitriba tu. (tiare:
S. Maledicis majori. P. prior promeritus, perpe-
SERVAM operam, linguam liberam herus me jussit habere.
S. Dicisne mihi, ubi sit Toxilus? P. dico, ut perpetuo pereas. (causa:
S. Cædere hodie tu restibus, P. tua quidem cucule,
Non hercle si os perciderim tibi, metuam, morticine.
S. Video ego te: jam incubitatus es. P. ita, sum. quid id attinet ad te?
At non sum ita, ut tu, gratis. S. confidens. P. sum hercle vero. (speras.
Nam ego me confido liberum fore, tu te nunquam
S. Potin' ut molestus ne sies; P. quod dicis, facere non quis.
S. Abi in malam rem. P. at tu domum. nam ibi tibi parata præs est. (ut sis!
S. Vadatur hic me. P. utinam vades desint, in carcere
S. Quid hoc? P. quid est? S. etiam, scelus, male loquere? P. tandem ut liceat,
Cum servos sis, servom tibi maledicere. S. itane? specta.
Quid dedero. P. nihil: nam nihil habes. S. dii deæque me omnes perdant.
Nisi te hodie, si prehendero, defigam in terram colaphis.
P. Amicus sum: eveniant volo tibi quæ optas, atque id fiat.

Digitized by Google

me defigas, te cruci ipſum prope diem affigent.
Quin te dii deæque! ſcis' quid hinc porro dicturus
fuerim.
linguæ moderari queam, potin' abeas? P. abigis
facile, (que perdant!
am umbra mea intus vapulat. S. ut iſtunc dii deæ-
am quam proſerpens beſtia eſt, bilinguis, & ſce-
leſtus. (autem,
erci e illum abiiſſe gaudeo, foris aperitur. eccere
em convenire maxume cupiebam, egreditur intus

ACTUS II. SCENA V.

TOXILUS, SAGARISTIO, *ſervi duo*, SOPHOCLIDISCA *ancilla*.

) Aratum jam eſſe dicito, unde argentum ſit futu-
rum: (multum.
ubeto habere animum bonum: dic me illam amare
bi ſe allevat, ibi me allevat quæ dixi ut nunciares,
atin' ea tenes? S. magis calleo, quam aprugnum
callum callet.
. Propera: abi domum. SA. nunc ego huic gra-
phice facetus fiam.
ubnixis aliis me inferam, atque amicibor glorioſe.
T. Sed quis hic anſatus ambulat? SA. magnifice
conſcreabor. (ut valetur!
T. Sagariſtio hic quidem eſt. quid agitur, Sagariſtio?
Ecquid quod mandavi tibi? eſtne quid in te ſpecu-
læ? S. adito,
Videbitur, factum volo, venito, promonetо.
T. Quid hoc hic in collo tibi tumet? S. vomica'ſt;
preſſare parce, (tur.
Nam ubi quis mala tetigit manu, dolores cooriun-
T. Quando iſtæc innata nam'ſt tibi? S. hodie. T.
ſecari jubeas.
S. Metuo, ne immaturam ſecem, ne exhibeat plus
negotii. (ſis.
T. Inſpicere morbum tuum lubet. S. abi, atque cave
A. Cornu. T. quid jam? SA. quia boves bini hic
ſunt in crumena.
T. Emitte ſodes, ne enices fame: ſine ire paſtum.
S. Enim metuo, ut poſſim in bubilem rejicere ne
vagentur.

T. Ego

Digitized by Google

T. Ego rejiciam. SA. habe animum bonum; cre
tur, commodabo. (rogasti
Sequere hac sis. argentum hic est, quod me du
T. Quid tu ais? S. dominus me boves merca
Eretriam misit:
Nunc mihi Eretria erit hæc tua domus. T. nimis
facete loquere.
Atque ego omne argentum tibi actutum incolume
redigam: (ravi
Nam jam omnes sycophantias instruxi, & compa
Quo pacto ab lenone auferam hoc argentum.
SA. tanto melior. (tum. 1
T. Et mulier ut sit libera, atque ipse ultro det argen
Sed sequere me, ad eam rem usus est tua mihi ope
ra. SA. utere ut vis.

ACTUS III. SCENA I.

PARASITUS, VIRGO.

QUæres bene vortat mihi, & tibi, & ventri meo,
Perennitatisque adeo huic perpetuo cibo,
Ut mihi superfit, suppetat, superstiret:
Sequere hac, mea gnata, mecum, diis volentibus.
Quoi rei opera detur, scis, tenes, intelegis: 5
Communicavi tecum consilia omnia.
Ea caussa ad hoc exemplum te exornavi ego.
venibis tu hodie virgo. V. amabo mi pater.
Quanquam libenter escis alienis studes,
Tain' ventris caussa filiam vendis tuam? 10
P. Mirum, quin regis Philippi caussa, aut Attali
Te potius vendam, quam mea, quæ sis mea.
V. Utrum tu pro ancilla me habes, an pro filia?
P. Utrum hercle magis in ventris rem videbitur:
Meam, opinor, imperium in te, non in me tibi'st. 15
V. Tua istæc potestas est pater, veruntamen
Quanquam res nostræ sunt, pater, pauperculæ,
Modice & modeste melius est vitam vivere:
Nam si ad paupertatem admigrant infamiæ,
Gravior paupertas fit, fides subtilior, 20
P. Enimvero odiosa es. V. non sum, neque me esse
arbitror,
Cum parva natu recte præcipio, pater.
Nam inimici famam non ita ut nata est, ferunt.
P. Ferant, eantque in maximam malam crucem:

Non

n ego inimicitias omneis pluris æstimo,
am mensa inanis nunc si apponatur mihi.
Pater; hominum immortalis est infamia;
en tum vivit, cum esse credas mortuam.
Quid? metuis, ne te vendam? V. non metuo, pater;
rum insimulari nolo. P. at ne quicquam nevis,
eo modo istud potius fiet, quam tno.
Fiat. P. quæ hæ res sunt? V. cogita hoc verbum
pater:
erus si minatus est malum servo suo,
ametsi id futurum non est, ubi captum'st flagrum,
am tunicas ponit, quanta afficitur miseria?
go nunc, quod non futurum'st, formido tamen.
Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
quæ præter sapiet quam placet parentibus.
Virgo atque mulier nulla erit, quin sit mala,
quæ reticet si quid fieri pervorse videt.
Malo cavere melius est te. V. at si non licet
avere, quid agam? nam ego tibi cautum volo.
Malusne ego sum? V. non es. neque me dignum'st
dicere.
erum ei rei operam do, ne alii dicant, quibus licet.
Dicat quod quisque volt, ego de hac sententia
Non demovebor. V. at meo si liceat modo,
apienter potius facias quam stulte. P. lubet.
. Lubere per me tibi, licere intellego;
erum lubere haud lubeat, si liceat mihi.
. Futura es dicto obediens an non patri?
. Futura. P. scisnam tibi quæ præcepi? V. omnia.
. Et id, ut surrepta fueris? V. docte calleo.
. Et qui parentes fuerint? V. habeo in memoria.
Necessitate me, mala ut fiam, facis.
Verum videto, ubi me voles nuptum dare,
Ne hæc fama faciat repudiosas nuptias.
P. Tace stulta, non tu nunc hominum mores vides?
Quojusmodi hic cum fama facile nubitur.
Dum dos sit, nullum vitium vitio vortitur.
V. Ergo istuc facito, ut veniat in mentem tibi,
Me esse indotatam. P. cave sis tu istuc dixeris.
Pol deum virtute dicam, & majorum meum,
Ne te indotatam dicas, quoi dos sit domi.
Librorum eccillum habeo plenum foracum.
Si hoc accurassis lepide, quoi rei operam damus.

Dat.

Digitized by Google

Dabuntur dotis tibi inde ſexcenti logi,
Atque Attici omnes, nullum Siculum acceperis.
Cum hac dote poteris vel mendico nubere.
V. Quin tu me ducis, ſi quo ductarus, pater.
Vel tu me vende, vel face, quod tibi lubet.
P. Bonum æquomque oras: ſequere hac. V. dicto ſum audiens.

ACTUS III. SCENA II.

DORDALUS *leno.*

QUidnam eſſe acturum hunc dicam vicinum meum?
Qui mihi juratus eſt, ſeſe hodie argentum dare:
Quod ſi non dederit, atque hic dies præterierit,
Ego argentum, ille jusjurandum amiſerit.
Sed ibi concrepuit foris: quiſnam egreditur foras?

ACTUS III. SCENA III.

TOXILUS *ſervus*, DORDALUS *leno.*

CUrate iſtuc intus, jam ego domum me recipiam.
D. Toxile, quid agitur? T. eho, lutum lenonium,
Commictum cœnum, ſterquilinium publicum;
Impure, inhoneſte, injure, illex, labes populi,
Pecuniæ accipiter avide, atque invide,
Procax, rapax, trahax; trecentis verſibus
Tuas impuritias traloqui nemo poteſt.
Accipin' argentum? accipe ſis argentum impudens.
Tene ſis argentum. etiam tu argentum tenes?
Poſſum te facere, ut argentum accipias, lutum?
Qui niſi jurato mihi, nihil auſus credere.
D. Sine reſpirare me, tibi ut reſpondeam.
Vir ſumme populi, ſtabulum ſervitricium,
Scortorum liberator, ſubiculum flagri,
Compedium tritor, piſtrinorum civitas,
Perenniſerve, lurco, edax, furax, fugax:
Cedo ſis mihi argentum, da mihi argentum impudens. (cedo,
Poſſum à te exigere argentum; argentum, inquam,
Quin tu mihi argentum reddis? nihilne te pudet?
Leno te argentum poſcit, ſolida ſervitus,
Pro liberanda amica, ut omnes audiant.
T. Tace obſecro, hercle, næ tua vox valide valet.
B. Referundæ ego habeo linguam natam gratiæ.

Eodem

Digitized by Google

Eodem mihi precio sal præhibetur, quo tibi.
Nisi me hæc defendet, nunquam delinget salem.
J. Jam omitto iratus esse: id tibi succensui,
Quia te negabas credere argentum mihi.
T. Mirum, quin tibi ego crederem, ut idem mihi
Faceres, quod partim faciunt argentarii.
Ubi quid credideris, citius extemplo à foro
Fugiunt, quam ex porta ludis cum emissu'st lepus.
T. Cape hoc sis. D. quin das? T. nummi sexcenti hic erunt
Probi, numerati: fac sit mulier libera.
Atque huc continuo adduce. D. jam faxo hic erit.
Non hercle cui nunc hoc dem spectandum, scio.
T. Fortasse metuis in manum concredere.
D. Mirum, quin citius jam à foro argentarii
Abeunt, quam in cursu rotula circumvortitur.
T. Abi istac avorsis angiportis ad forum,
Eadem istæc facito mulier ad me transeat
Per hortum. D. jam hic faxo aderit. T. at ne propalam.
D. Sapienter sane. T. supplicatum cras eat.
D. Ita hercle vero. T. dum stas, reditum oportuit.

ACTUS IV. SCENA I.

TOXILUS.

SI quam rem accures sobrie, an frugaliter,
Solet illa recte sub manus succedere.
Atque edepol ferme ut quisque rem accurat suam,
Sic ei procedunt post principia denique.
Si malus aut nequam'st, male res vortunt, quas agit;
Sin autem frugi'st, inveniunt frugaliter.
Hanc ego rem exorsus sum facere, & callide,
Igitur proventuram bene confido mihi.
Nunc ego lenonem ita hodie intricatum dabo,
Ut ipsus sese, qua se expediat, nesciat.
Sagaristio, heus exi, atque educe virginem,
Et istas tabellas, quas consignavi tibi,
Quas tu attulisti ab hero meo usque è Persia.

ACTUS IV. SCENA II.

SAGARISTIO, TOXILUS, *servi.*

NUnquid moror? T. euge! euge! exornatus basilice,

Tiara

Tiara ornatum lepide condecorat tuum!
Tum hanc hospitam autem crepidula ut graphice decet!
Sed satin' estis meditati? S. tragici atque comici
Nunquam æque sunt meditati. T. lepide hercle adjuvas.
Age, illuc abscede procul e conspectu, & tace.
Ubi cum lenone me videbis colloqui,
Id erit adeundi tempus. nunc agite, ite vos.

ACTUS IV. SCENA III.

DORDALUS *leno*, TOXILUS *servus*.

CUi homini dii propitii sunt, aliquid objiciunt lucri.
Nam ego hodie compendi feci binos panes indies.
Ita ancilla mea quæ fuit hodie, sua nunc est: argento vicit:
Jam hodie alienum cœnabit: nihil gustabit de meo.
Sumne probus? sum lepidus civis, qui Atticam hodie civitatem
Maximam majorem feci, atque auxi civi fœmina.
Sed ut & ego hodie fui benignus, ut ego multis credidi!
Nec satis â quîquam homine accepi, ita prorsum credebam omnibus.
Nec metuo quibus credidi hodie, ne quis mihi in jure abjurassit.
Bonus volo jam ex hoc die esse, quod neque fiet, neque fuit.
T. Hunc ego hominem hodie in transennam doctis virum.
Ducam dolis.
Itaque huic insidiæ paratæ sunt probe: aggrediar
Quid agis? D. credo. unde agis te nunc, Dordale?
P. credo tibi.
T. Dii dent quæ velis: eho an jam manu emisisti meretricem?
P. Credo pol, credo inquam tibi. T. jam libertâ auctus es? D. enicas.
Quin tibi me dico credere. T. dic bona fide, jam libera est?
D. I, i ad forum, ad prætorem, exquire; siquidem credere mihi non vis:
Libera inquam est: ecquid audis? T. at tibi dii bene faciant omnes;
Nunquam enim posthac tibi nec tuorum quod nolis volam.

D. Abi.

Digitized by Google

. Abi, ne jura, satis credo. T. ubi nunc tua liberta'st? D. apud te. T. ain',
pud me est? D. ajo inquam, apud te est, inquam.
T. ita me dii ament! ut ob istam rem
Tibi multa bona instant à me: nam est res quædam
quam occultabam
Tibi dicere: nunc eam narrabo, unde tu prægrande lucrum facias: (nedictis
Faciam ut mei memineris, dum vitam vivas. D. beTuis bene facta aures meæ auxilium expostulant.
T. Tuum promeritum'st, merito ut faciam, & ut me
scias esse facturum,
Tabellas tene has, pellege. D. hæ qui ad me? T. immo ad te attinent,
Et tua refert. nam è Persia ad me allatæ modo sunt
istæ à meo domino.
D. Quando? T. haud dudum. D. quid istæc narrant?
T. percunctare ex ipsis.,
Ipsæ tibi narrabunt. D. tedo sane mihi. T. at clarè
recitato.
D. Tace dum pellego. T. haud verbum faciam.
D. Salutem dicit Toxilo Timarchides,
Et familliæ omni. Si valetis, gaudeo.
Ego valeo recte, & rem gero, & facio lucrum,
Neque isto redire his octo possum mensibus.
Itaque hic est, quod me detinet, negotium.
Eleusipolim Persæ cepere urbem in Arabia,
Plenam bonarum rerum, atque antiquom oppidum:
Ea comparatur præda, ut fiat auctio
Publicitus. ea res me domo expertem facit:
Operam atque hospitium ego isti præhiberi volo,
Qui tibi tabellas affert. cura quæ is volet:
Nam is mihi honores suæ domi habuit maxumos.
D. Quid id ad me, aut ad meam rem refert, Persæ
quid rerum gerant,
Aut quid herus tuus? T. tace, stultiloque; nescis
quid instet boni: (cere volt.
Nec quidquam tibi fortuna faculam lucrificam allu-
D. Quæ istæc fortuna lucrifica est? T. istas quæ notunt, roga: (prior:
Ego tantundem scio, quantum tu, nisi quod pellegi
Sed ut occœpisti, ex tabellis nosce rem. P. bene me mones,

Digitized by Google

Fac ſilentium. T. nunc ad illud venies, quod reſ
tua.
P. Iſte qui tabellas affert, adduxit ſimul
Forma expetenda liberalem mulierem,
Furtivam, advectam ex Arabia penitiſſuma:
Eam te volo accurare, ut iſtic veneat,
Ac ſuo periculo is emat, qui eam mercabitur:
Mancipio neque promittet, neque quiſquam dabit,
Probum & numeratum argentum et accipiat, face;
Hæc cura, & hoſpes cura ut curetur. Vale.
T. Quid igitur? poſtquam recitaſti quod erat cera
creditum, (attulit? 60
Jam mihi credis? D. ubi nunc ille'ſt hoſpes, qui haſce
T. Jam hic credo aderit, arceſſit illam à navi. D. ni-
hil mihi opus eſt
Litibus, neque tricis, quamobrem ego argentum
numerem foras: (nio?
Niſi mancipio accipio, quid eo mihi opus mercimo-
T. Tacen' an non taces? nunquam ego te tam eſſe
matulam credidi.
Quid metuis? D. metuo hercle vero, ſenſi ego jam
compluries, 65
Neque mihi haud imperito eveniet, tali ut in luto
hæream. (mihi.
T. Nihil periculi videtur. D. ſcio iſtuc, ſed metuo
T. Mea quidem iſtuc nihil refert; tua ego refero
gratia,
Ut tibi recte conciliandi primo facerem copiam.
D. Gratiam habeo. ſed te de aliis, quam alios de re
ſuaviu'ſt 70
Fieri doctos. T. ne quis vero ex Barbaria penitiſſuma
Perſequatur, etiam tu illam deſti-as? D. videam modo
Mercimonium. T. æqua dicis: ſed optime eccum ipſe
advenit,
Hoſpes ille qui has tabellas attulit. D. hiccine eſt'
T. hic eſt.
D. Hæccine illa'ſt furtiva virgo? T. juxta tecum
æque ſcio, (eſt. 76
Niſi quia aſpexi. equidem edepol liberali'ſt, quiſquis
D. Sat edepol concinna eſt facie. T. ut contemptim
carnufex!
Taciti contemplemur formam. D, laudo conſilium
tuum.

ACTUS

ACTUS IV. SCENA IV.

AGARISTIO, VIRGO, TOXILUS, DORDALUS *leno.*

Atin' Athenæ tibi visæ fortunatæ, atque opiparæ?
Urbis speciem vidi, hominum mores perspexi parum.
Nunquid in principio cessavit verbum dicere?
Haud potui etiam in primo verbo perspicere sapientiam.
Quid id quod vidisti, ut munitum muro tibi visum'st oppidum?
Si incolæ bene sunt morati, pulcre munitum arbitror.
Perfidia, & peculatus ex urbe, & avaritia si exulant:
Quarta invidia, quinta ambitio, sexta obtrectatio,
Septimum perjurium. T. euge! V. octava indiligentia; (scelus.
Nona injuria: decimum, quod pessumum aggressu,
Hæc nisi inde aberunt, centuplex murus rebus servandis parum est.
T. Quid ais tu? D. quid vis? T. tu in illis es decem sodalibus;
Te in exilium ire hinc oportet. D. quid jam? quia perjurus es.
D. Verba quidem haud indocte fecit. T. ex tuo, inquam, usu est, me hanc.
D. Edepol qui cum hanc magis contemplo, magis placet, T. si hanc emeris.
Dii immortales, nullus leno te alter erit opulentior.
Evortes tuo arbitratu homines fundis, familiis.
Cum optimis viris rem habebis, gratiam cupient tuam,
Venient ad te comessatum. D. at ego intromitti non sinam. (fores,
T. At enim illi noctu occentabunt ostium, exurent
Proinde tu tibi jubeas concludi ædes foribus ferreis,
Ferreas ædes commutes, limina indas ferrea,
Ferream seram, atque annulum, ne si ferro parseris,
Ferreas tute tibi impingi jubeas crassas compedis.
D. I in malum cruciatum. T. i sane. hanc eme, atque ausculta mihi.

Digitized by Google

D. Modo ut ſciam, quanti indicet. T. vin' hunc vocem? D. ego illo acceſſero.
T. Quid agis hoſpes? S. venio; adduco hanc, ut dudum dixeram. (volo
Nam heri in portum noctu navis venit. venire hanc
Si poteſt: ſi non poteſt, ire hinc volo, quantum pote
D. Salvus ſis, adoleſcens. S. ſiquidem hanc vendidero pretio ſuo.
T. Atqui aut hoc emptore vendes pulcre, aut alio non potes.
S. Eſne tu huic amicus? T. tanquam dii omnes, qui cœlum colunt.
D. Tum tu mihi es inimicus certus. nam generi leonio
Nunquam ullus deus tam benignus fuit, qui fuerit propitius.
S. Hoc age, opus ne'ſt hac tibi empta? D. ſi tibi veniſſe'ſt opus,
Mihi quoque empta eſt: ſi tibi ſubiti nihil eſt, tantundem'ſt mihi.
S. Indica, fac pretium. D. tua merx eſt, tua indicatio eſt.
T. Æquum hic orat. S. vin' bene emere? D. vin' tu pulcre vendere?
T. Ego ſcio hercle utrumque velle. D. age, indica prognariter.
S. Prius dico, hanc mancupio nemo tibi dabit: jam ſcis? D. ſcio.
Indica, minimo daturus qui ſis, qui duci queat.
T. Tace, tace, nimis tu quidem hercle homo ſtultus es puriliter.
D. Quid ita? T. quia enim te ex puella prius percontari volo,
Quæ ad rem referunt. D. & quidem hercle tu me monuiſti haud male.
Vide ſis, ego ille doctus leno pæne in foveam decidi,
Ni hic adeſſes. quantum eſt adhibere hominem amicum, ubi quid geras!
T. Quo genere, aut qua in patria ſit nata, aut quibus parentibus, (meo,
Ne temere hanc te emiſſe dicas ſuaſu atque impulſu
Niſi moleſtum eſt, percontari hanc paucis hic volt.
S. maxume,

ó arbitratu. T. quid ſtas? abi tute, atque ipſe iti-
dem roga:
t tibi percontari liceat quæ velis, etſi mihi
ixit dare poteſtatem ejus: ſed ego te malo tamen
um ipſum adire, ut ne contemnat te ille. D. ſatis
recte mones.
oſpes, volo ego hanc percontari. S. à terra ad cœ-
lum, quid jubet.
. Jube dum ea huc accedat ad me. S. i ſane ac mo-
rem illi gere,
ercontare, exquire quidvis. T. age, age; nunc tu
i præ, vide
Jt ingrediare auſpicato. D. liquidum eſt auſpicium.
T. tace.
Concede ſis, jam ego illam adducam. D. age, ut
rem in noſtram putas.
T. Sequere me, adduco hanc, ſi quid vis ex hac
percontariet.
D. Enim volo te adeſſe. T. haud poſſum, quin huic
operam dem hoſpiti,
Cui herus juſſit. quid ſi hic non volt me adeſſe una?
S. immo i modo.
T. Do ego tibi operam. D. tibi ibidem das, ubi tu
tuum amicum adjuvas.
Exquire. T. heus tu! advigila. V. ſatis eſt dictum:
quanquam ego ſerva ſum,
Scio ego officium meum, ut quæ rogitet, vera, ut
accepi, eloquar.
T. Virgo, hic homo probus eſt: V. credo. T. non
diu apud hunc ſervies.
V. Ita pol ſpero, ſi parentes facient officium ſuum.
D. Nolo ego te mirari, ſi nos ex te percontabimur,
Aut patriam tuam, aut parentes. V. cur ego id mi-
rer, mi homo?
Servitus mea mihi interdixit, ne quid mirer meu n
Malum. T. dii iſtam perdant, ita cata eſt, &
callida.
Habet cor: quam dicit quod opu'ſt! P. quid nomen
tibi eſt?
T. Nunc metuo ne peccet. V. Lucridi nomen in pa-
tria fuit.
T. Nomen atque omen quantivis eſt pretii! quin
tu hanc emis?

Digitized by Google

Nimis pavebam ne peccaret: expedit. D. ſi emam,
Mihi quoque Lucridem confido fore te. T. tu ſi hanc emeris,
Nunquam hercle hunc menſem vertentem cre ſervibit tibi.
D. Ita velim quidem hercle. T. optata ut eveniant, operam addito.
Nihil adhuc peccavit etiam. D. ubi tu nata es? V. ut mihi
Mater dixit, in culina, in angulo ad lævam manum.
T. Hæc erit tibi fauſta meretrix, nata eſt in calido loco;
Ubi rerum omnium bonarum copia eſt, ſæpiſſume.
Tactus eſt leno, qui rogarat ubi nata eſſet diceret.
Lepide luſit. D. at ego patriam te rogo, quæ ſit tua.
V. Quæ mihi ſit, niſi hæc ubi nunc ſum? D. at ego illam quæro, quæ fuit.
V. OMNE EGO pro nihilo eſſe ducto, quod fuit, quando fuit.
Tanquam hominem, quando animam efflavit, quid eum quæras qui fuit?
T. Ita me dii bene ament! ſapienter. atque equidem miſeret tamen.
D. Sed tamen, virgo, quæ patria eſt tua? age actutum expedii quid taces?
V. Dico equidem patriam: quandoquidem hic ſervio, hæc patria eſt mea. (qui,
T. Iam de iſtoc rogare omitte. non vides nolle eloNe ſuarum ſe miſeriarum in memoriam inducas!
D. quid eſt?
Captuſne eſt pater? V. non captus, ſed quod habuit, id perdidit.
T. Hæc erit bono genere nata: nihil ſcit niſi verum loqui.
D. Quis fuit? dic nomen. V. quid illum miſerum memorem, qui fuit?
Nunc & illum miſerum, & me miſeram æquom eſt nominarier:
D. Quojuſmodi is in populo habitus eſt? V. nemo quiſquam acceptior:
Servi liberique amabant. T. hominem miſerum prædicas,

Cum

Digitized by Google

ıam ipſus prope perditu'ſt, & benevolentis perdidit.
. Emam opinor. T. etiam opinor? D. ſummo genere eſſe arbitror.
. Divitias tu ex iſtac facies. D. ita dii faxint. T. eme modo.
'. Jam hoc tibi dico: jam actutum ecaſtor meus pater, ubi me ſciet
'eniſſe huc, aderit hic, & me abſentem redimet. T. quid nunc? D. quid eſt?
'. Audin' quid ait? V. nam etſi res ſunt fractæ, amici ſunt tamen.
). Ne ſis plora, libera eris actutum, ſi crebro cades.
'in' mea eſſe? V. dum quidem, ne nimis diu tua ſim, volo.
'. Satin' ut meminit libertatis! dabit hæc tibi grandes
ıge ſi quid agis, ego ad hunc redeo. ſequere, reduco hanc tibi.
). Adoleſcens, vin' vendere iſtanc? S. magis lubet, quam perdere.
). Tum tu pauca in verba confer; qui datur, tanti indica.
. Faciam ita, ut te velle video, ut emas. habe tibi centum minis.
). Nimium'ſt. S. octoginta. D. nimium'ſt. S. nummus abeſſe hinc non poteſt,
luod nunc dicam. D. quid id eſt ergo? eloquere actutum, atque indica.
. Tuo periculo ſexaginta hæc datur argenti minis.
). Toxile, quid ago? T. dii deæque te agitant irati, ſcelus,
lui hanc non properes deſtinare. D. habeto. T. heu! prædatus probe.
ibi, argentum eſſer huc.
Non edepol ministrecentis cará'ſt: feciſti lucri.
Heus tu! etiam pro veſtimentis huc decem accedent minæ.
). Abſcedent enim, non accedent. T. tace ſis: non tu illum vides
Quærere anſam, infectum ut faciat? abiſne, atque argentum petis?
). Heus tu, ſerva iſtum. T. quin tu is intro? D. abeo, atque argentum affero.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA V.

TOXILUS, SAGARISTIO, *servi*, VIRGO.

E Depol dedisti, virgo, operam allaudabilem.
Probam, & sapientem, & sobriam. V. si quid bonis
Boni sit, esse idem, & grave, & gratum solet.
T. Audin' tu Persa? ubi argentum ab hoc acceperis,
Simulato quasi eas prorsum in navem. S. ne doce.
T. Per angiportum rursum te ad me recipito,
Illac per hortum. S. quod futurum est, prædicas.
T. At ne cum argento protinam permutes domum,
Moneo te. S. quod te dignum 'st, me dignum esse vis.
T. Tace, parce voci, præda progreditur foras.

ACTUS IV. SCENA VI.

DORDALUS *leno*, SAGARISTIO, TOXILUS *servi*. VIRGO.

P Robati hic argenti sunt sexaginta minæ.
Duobus nummis minus est. S. quid ei nummi sciunt? (domum.
D. Cruminam hanc emere, aut facere, ut remigret
S. Ne non sat esses leno, id metuebas miser,
Impure, avare, ne cruminam amitteres.
T. Sine quæso, quando leno 'st, nihil mirum facit.
D. Lucro faciundo ego auspicavi in hunc diem:
Nihil mihi tam parvi 'st, quin me id pigeat perdere.
Age, accipe hoc sis. S. hunc in collum, nisi piget,
Impone. D. vero fiat. S. nunquid cæterum
Me voltis? T. quid tam properas? S. ita negotium 'st,
Mandatæ quæ sunt, volo deferre epistolas.
Geminum autem fratrem servire audivi hic meum:
Eum ego ut requiram, atque ut redimam, volo.
T. Atque edepol tu me commonuisti haud male.
Video vidisse hic forma persimilem tui,
Eadem statura. S. quippe qui frater siet.
D. Sed scire velimus, quod tibi nomen siet.
T. Quid id attinet nos scire? S. ausculta ergo, ut scias:
Vaniloquidorus, Virginisvendonides,
Nugipolyloquides, argenti exterebronides,

Te-

Tedigniloquides, nummorum expalponides,
Quod ſemel arripides, nunquam poſtea eripides.
D. Heu hercle nomen multis modis ſcriptum'ſt.
S. Ita ſunt Perſarum mores, longa nomina (tuum. 25
Contortiplicata habemus. nunquid cæterum
Voltis? D. vale. S. & vos; nam animus in navi'ſt meus.
D. Cras ires potius, hodie hic cœnares. Vale.

ACTUS IV. SCENA VII.

TOXILUS, DORDALUS, SATURIO *paraſitus*, VIRGO.

POſtquam illic abiit, dicere hic quidvis licet;
Næ hic tibi dies illuxit lucrificabilis:
Nam non emiſti hanc, verum feciſti lucri.
D. Ille quidem jam ſcit, quid negotii geſſerit,
Qui mihi furtivam meo periculo vendidit. 5
Argentum accepit, abiit. quid ego nunc ſcio,
An jam afferatur hæc manu? quo illum ſequar?
In Perſas? nugas. T. credidi gratum fore
Beneficium meum apud te. D. immo equidem gra-
Tibi, Toxile, habeo. nam ſenſi te ſedulo (tiam 10
Mihi dare bonam operam. T. tibin' ego? D. immo ſervii,
Atat oblitus ſum intus dudum edicere
Quæ volui edicta: aſſerva hanc. T. ſalva'ſt hæc quidem. (pus eſt.
V. Pater nunc ceſſat. T. quid ſi admoneam? T. tem-
T. Heus, Saturio, exi: nunc eſt illa occaſio 15
Inimicum ulciſci. S. ecce me, nunquid moror?
T. Age illuc abſcede procul è conſpectu. S. tace.
Ubi cum lenone me videbis colloqui,
Tum turbam facito. S. dictum ſapienti ſat eſt.

ACTUS IV. SCENA VIII.

DORDALUS *leno*, TOXILUS *ſervus*.

TRanſcidi loris omneis adveniens domi,
Ita mihi ſuppellex ſqualet, atque ædes meæ.
T. Redis tu tandem? D. redeo. T. næ ego hodie tibi
Bonam vitam feci. D. fateor habere gratiam.
T. Num quippiam aliud me vis? D. ut bene ſit tibi. 5
T. Pol iſtuc quidem jam ego omnem uſurpabo domi:
Nam jam inclinabo me cum liberta tua.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA IX.

SATURIO *parasitus*, DORDALUS, VIRGO.

NIsi ego illum hominem perdo, perii. atque optume
Eccum ipsum ante ædes. V. salve multum, mi pater.
S. Salve, mea gnata. D. hei! Persa me pessum dedit.
V. Pater hic meus est. D. hem! quid? pater? perii oppido!
Quid ego igitur cesso infelix lamentarier
Minas sexaginta? S. ego pol te faciam, scelus,
To quoque etiam ipsum ut lamenteris, D. occidi.
S. Age ambula in jus leno. D. quid me in jus vocas?
S. Illi apud prætorem dicam: sed ego in jus voco.
D. Nonne antestaris? S. Tuan' ego caussa, carnifex,
Quoiquam mortali libero aureis atteram?
Qui hic commercaris cives homines liberos.
D. Sine dicam. S. nolo. D. audi. S. sum surdus: ambula,
Sequere hac, sceleste, feles virginaria.
Sequere hac, mea nata, me usque ad prætorem.
V. sequor.

ACTUS V. SCENA I.

TOXILUS, SAGARISTIO, *servi*, LEMNI SELENE.

HOstibus victis, civibus salvis, re placida, pacibus perfectis,
Bello extincto, re bene gesta, integro exercitu & præsidiis,
Cum bene nos, Juppiter, juvisti, diique alii omnes cœlipotentes,
Ea vobis grates habeo, atque ago, quia probe sum ultus meum inimicum.
Nunc ob eam rem inter participes dividam prædam, & participabo.
Ite foras: hic volo ante ostium, & jannam, meos participes bene accipere.
Statuite hic lectulos, ponite hic quæ assolent. hic statui volo primum
Aquilam mihi: unde ego omnes hilaros, lubentes, lætificantes faciam ut sint;

Qua-

Quorum opera hæc mihi facilia factu facta ſunt, quæ volui effieri.
Nam IMPROBus eſt homo, qui beneficium ſcit ſumere, & reddere neſcit.
L. Toxile mi, cur ego ſine te ſum? T. cur autem tu ſine me es? agedum ergo,
Accede; mea, ad me, atque amplectere ſis, L. ego vero? oh! nihil magis dulce'ſt.
Sed amabo oculus meus, quin lectis nos actutum commendamus?
T. Omnia quæ tu vis, eaeppio. L. mutua fiunt à me. T. age, age, age ergo,
Tu, Sagariſtio, accumbe in ſummo. S ego nihil moror. cedo parem, quem pepegi.
T. Tempori. S. mihi iſtuc tempori ſero'ſt. T. hoc age; accumbe: hunc diem ſuavem
Meum natalem agitemus amœnum: date aquam manibus, apponite menſam.
Do hanc tibi florentem florenti, tu hic eris dictatrix nobis. age puere,
A ſummo ſeptenis cyathis committe hos ludos, move manus, propera.
Pægnium, tarde cyathos mihi das, cedo ſane. bene mihi, bene vobis, bene amicæ meæ.
Optatus hic mihi dies datus hodie'ſt ab dis, quia te licet liberam me amplecti.
L. Tua factum opera bene omnibus nobis; hoc mea manus tuæ poculum donat,
Ut amantem amanti decet. T. cedo. L. accipe. T. bene ei qui invidet mihi.
Et ei, qui hoc gaudio gaudet.

ACTUS V. SCENA II.

DORDALUS, TOXILUS, SAGARISTIO, LEMNISELENE, PÆGNIUM *puer.*

QUi ſunt, quique erunt, quique fuerunt, quique futuri ſunt poſthac,
Solus ego omnibus antideo facile miſerrimus hominum ut vivam.
Perii, interii. peſſumus hic mihi dies hodie illuxit.
Ita me Toxilus perfabricavit, itaque meam rem di- (corruptor (vexavit.
Vehi-

Vehiculum argenti miſer ejeci, amiſi: neque quam-obrem ejeci, habeo.
Qui illum Perſam, atque omnes Perſas, atque etiam omnes perſonas,
Male dii omnes perdant! ita miſer! Toxilus hæc mihi concivit.
Qui ei fidem non habui argenti, eo mihi eas machinas molitu'ſt.
Quem pol ego ut non in cruciatum atque in compedis cogam, ſi vivam:
Siquidem hic unquam herus redierit ejus, quod ſpero. ſed quid ego aſpicio?
Hoc vi le. quæ hæc fabula eſt? pol hic quidem potant. aggrediar, ô bone vir,
Salvero, & tu, bona liberta. F. Dordalus hic quidem eſt. quin jube, adire.
T. Adi, ſi libet, agite applaudamus. Dordale, homo lepidiſſume, ſalve.
Locus hic tuus eſt, huc accumbe, ferte aquam pedibus. præben' tu, puere?
D. Ne ſis me uno digito attigeris, ne ad terram, ſcelus, affligam.
P. At tibi ego hoc continuo cyatho oculum excutam tuum.
D. Quid ais? crux, ſtimulorum tritor? quomodo me hodie verſaviſti!
Ut me in tricas conjeciſti! quomodo de Perſa manus mihi adita'ſt!
T. Jurgium hinc auferas, ſi ſapias. D. at bona liberta hæc ſciviſti,
Et me celaſti? L. STULTITIA'ST, quoi bene eſſe licet, eum prævorti
Litibus. poſterius iſtæc te magis par agere'ſt. D. uritur cor mihi.
T. Da illi cantharum, extingue ignem, ſi cor uritur, caput ne ardeſcat.
D. Ludos me facitis, intellego. T. vin' cinædum novum tibi dari, Pægnium?
Quin elude, ut ſoles, quando liber locu'ſt hic,
Hui habæ! baſilice te intuliſti, & facete.
P. Decet me facetum eſſe, & hunc irridere
Lenonem lubido'ſt, quando dignu'ſt.
T. Perge, ut cœperas. P. hoc, leno, tibi.

P. Per-

Digitized by Google

S. Perii! perculit me prope. Pu. hem! ſerva rurſum.
D. Delude ut lubet, herus dum hinc abeſt.
Pu. Viden', ut tuis dictis pareo?
Sed quin tu meis contra item dictis ſervis,
Atque hoc, quod tibi ſuadeo, facis? D. quid eſt id?
Pu. Reſtim tu tibi cape craſſam, ac ſuſpende te.
D. Cave ſis me attigas, ne tibi hoc ſcipione
Malum magnum dem. Pu. utere, te condono.
T. Jamjam, Pægnium, da pauſam. * * *
D. Ego pol vos eradicabo. Pu. at te ille, qui ſupra nos habitat,
Qui tibi male volt, maleque faciet. non hi dicunt, verum ego.
T. Age circumfer mulſum, bibere da uſque plenis cantharis.
Jamdiu factum eſt, poſtquam bibimus, nimis diu ſicci ſumus.
D. Dii faciant ut id bibatis, quod vos nunquam transeat.
Pu. Nequeo, leno, quin tibi ſaltem ſtaticulum dem olim quem Hegea
Faciebat: vide vero ſi tibi ſatis placet. S. me quoque volo
Reddere, Diodorus quem olim faciebat in Ionia.
D. Malum ego vobis dabo, niſi abitis. S. etiam mattis, impudens?
Jam ego tibi, ſi me iritaſſis, Perſam adducam denuo.
D. Jam taceo hercle, atque tu Perſa es, qui me uſque admutilaviſti ad cutem.
T. Tace ſtulte, hic ejus geminus eſt frater. D. hiccine'ſt? R. ac geminiſſimus.
D. Dii deæque & te & geminum fratrem excrucient. S. qui te perdidit:
Nam ego nihil merui. D. at enim quod ille meruit, tibi id obſit volo.
T. Agite ſultis, hunc ludificemus, niſi non dignu'ſt, S. non opu'ſt.
L. At me haud par eſt. T. eo credo, quia non inconciliavit cum te emo.
L. Attamen. T. non tamen: cave ergo ſis malo, & ſequere me.
Te mihi dicto audientem eſſe addecet, nam hercl abſque me

Foret

Foret, & meo præſidio, hic faceret te proſtibulem
propediem.
Sed ita pars libertinorum eſt, niſi patrono qui adverſatus eſt,
Nec ſatis liber ſibi videtur, nec ſatis frugi, neque ſatis honeſtus,
Ne id efficit, ni ei maledixit, ni grato ingratus repertus eſt.
L. Pol benefacta tua me hortantur, tuo ut imperio paream.
T. Ego ſum tibi patronus plane, qui huic pro te argentum dedi.
Pro hiſce hunc volo ludificari. L. meo ego in loco ſedulo curabo.
P. Certo illi homines mihi neſcio quid mali conſulunt, quod faciant. S, heu vos!
T. Quid ais? S. hiccine Dordalus eſt leno, qui hic liberas virgines?
Hiccine eſt, qui fuit quondam fortis? D. quæ hæres eſt? hei! colaphum icit:
Malum vobis dabo. T. at tibi nos dedimus, dabimuſque etiam. P. hei! nates pervellit.
D. Licet: diu ſæpe ſunt expunctæ. D. loquere tu etiam ſtuſtum pueri?
L. Patrone, i intro, amabo, ad cœnam. D. mea ignavia, tu nunc me irrides?
L. Quiane te voco, bene ut tibi ſit? D. nolo mihi bene eſſe. L. ne ſit.
T. Quid igitur? ſexcenti nummi quid agunt? quas turbas danunt?
D. Male diſperii, ſciunt referre probe inimico gratiam.
T. Satis ſumſimus ſupplicii jam. D. fateor, manus vobis do. T. & poſt dabis
Sub furcis. abi intro. S. in crucem. D. an me hic parum exercitum
Hice me habent? T. conveniſſe te Toxilum memineris.
Spectatores benevalete. leno periit. Plaudite.

FINIS PERSÆ.

Digitized by Google

RUDENS.

Dramatis Perſonæ.

ARCTURUS *prologus.*
SCEPARNIO *ſervus.*
PLEUSIDIPPUS *adoleſcens.*
DÆMONES *ſenex.*
PALÆSTRA *mulier.*
AMPELISCA *mulier.*
SACERDOS *anus.*
PISCATORES.
TRACHALIO *ſervus.*
LABRAX *leno.*
CHARMIDES *paraſitus.*
LORARII.
GRIPUS *piſcator.*

ARGUMENTUM.

REti piſcator de mari extraxit vidulum
Ubi erant herilis filiæ crepundia,
Dominum ad lenonem qua ſurrepta venerat.
Ea in clientelam ſuipte imprudens patris
Naufragio ejecta devenit: cognoſcitur,
Suoque amico Pleuſidippo jungitur.

ARCTURUS, *Prologus.*

QUi gentes omnes, mariaque, & terras movet,
Ejus ſum civis civitate cœlitum.
Ita ſum, ut videtis, ſplendens ſtella, candida,
Signum quod ſemper tempore exoritur ſuo,
Hic atque in cœlo, nomen Arcturo eſt mihi.
Noctu ſum in cœlo clarus, atque inter Deos,
Inter mortales ambuloque interdius.
Et alia ſigna de cœlo ad terram occidunt.
Qui eſt imperator divûm atque hominum Juppiter,
Is nos per gentis alium alia diſparat,
Hominum qui facta, mores, pietatem & fidem
Noſcamus, ut quemque adjuvet opulentia:
Qui falſas lites falſis teſtimoniis
Petunt, qui in jure abjurant pecuniam,
Eorum referimus nomina, exſcripta ad Jovem:
Cotidie ille ſcit, quis hic quærat malum.
Qui hic litem apiſci poſtulant, perjurio,

Mali

Mali, res falsas qui impetrant apud judicem?
Iterum ille eam rem judicatam judicat,
Majore multa multat, quam litem auferunt.
Bonos in aliis tabulis exscriptos habet.
Atque hoc sceleśti illi in animum inducunt sum,
Jovem se placare posse donis, hostiis
Et operam, & sumptum perdunt: id eo fit, quia
Nihil ei acceptum est à perjuris supplicii.
Facilius, si qui pius est, à diis supplicans,
Quam qui scelestus est, inveniat veniam sibi.
Iccirco moneo vos ego hæc, qui estis, boni,
Quique ætatem agitis cum pietate, & cum fide,
Retinete porro, post factum ut lætemini.
Nunc, huc qua causa veni, argumentum eloquar.
Primum dum huic esse nomen urbi Diphilus
Cyrenas voluit. illic habitat Dæmones
In agro, atque villa proxuma propter mare,
Senex, qui huc Athenis exul venit, haud malus.
Neque is adeo propter malitiam patria caret:
Sed, dum alios servat, se impedivit interim,
Rem bene paratam comitate perdidit.
Huic filiola virgo periit parvola,
Eam de prædone vir mercatur pessumus.
Is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.
Adolescens quidam civis hujus Atticus
Eam vidit ire è ludo fidicino domum.
Amare occœpit, ad lenonem devenit.
Minis triginta sibi puellam destinat,
Datque arrhabonem, & jurejurando alligat.
Is leno, ut se æquum est, flocci non fecit fidem,
Neque quod juratus adolescenti dixerat.
Ei erat hospes par illius Siculus senex,
Scelestus Agrigentinus, urbis proditor.
Is illius laudare infit formam virginis,
Et aliarum itidem quæ ejus erant mulierculæ,
Infit lenoni suadere, ut secum simul
Eat in Siciliam: ibi esse homines voluptarios
Dicit, posse ibi fieri eam divitem.
Ibi esse quæstum maxumum meretricibus.
Persuadet. navis clanculum conducitur:
Quicquid erat noctu in navem comportat domo
Leno: adolescenti, qui puellam ab eo emerat,
Ait sese Veneri velle votum solvere.

Digitized by Google

hic est fanum Veneris, & eo ad prandium
ocavit adolescentem huc: ipse hinc illico
onscendit Navem, avehit meretriculas.
doleſcenti alii narrant, ut res gesta sit:
enonem abiviſſe. ad portum adoleſcens venit:
lorum navis longe in altum abſceſſerat.
go quoniam video virginem asportarier,
etuli ei auxilium, & lenoni exitium simul:
crepui hibernum, & fluctus movi maritimos.
lamque Arcturus signum omnium sum acerrumum.
ehemens sum exoriens, cum occido, vehementios.
lunc ambo in saxo, leno atque hospes simul,
edent ejecti, navis confracta est ibus.
lla autem virgo, atque altera itidem ancillula,
)e navi timidæ desiluerunt in scapham:
lunc eas ab saxo fluctus ad terram ferunt,
ld villam illius, exul ubi habitat senex;
Quojus deturbavit ventus tectum, & tegulas,
t servus illic est ejus, qui egreditur foras.
ldoleſcens huc jam adveniet, quem videbitis,
Qui illam mercatu'st de lenone virginem.
'alete, ut hoſtes veſtri diffidant sibi.

ACTUS I. SCENA I.

SCEPARNIO *servus.*

PRoh dii immortales! tempeſtatum cujuſmodi
Neptunus nobis nocte hac miſit proxuma!
)etexit ventus villam. quid verbis opu'st?
Non ventus fuit, verum Alcumena Euripidi;
ta omnis de tecto deturbavit tegulas:
Illustrioris fecit, feneſtraſque indidit.

ACTUS I. SCENA II.

PLEUSIDIPPUS *adoleſcens*, DÆMONES, SCEPARNIO *servus.*

ET vos à veſtris abduxi negotiis,
Neque id proceſſit, qua vos duxi gratia,
Neque quivi lenonem ad portum prehendere.
Sed mea deſidia ſpem deſerere nolui.
Eo vos, amici, detinui diutius.
Nunc huc ad Veneris fanum venio viſere,
Ubi rem divinam se facturum dixerat.
Si sapiam, hoc quod me mactat concinnem lutum.

Digitized by Google

P. Prope me hinc nescio quis loquitur. D. heus, Sceparnio.
S. Quis nominat me? D. qui pro te argentum dedit.
S. Quasi me tuum esse servom dicas, Dæmones!
D. Luto usu'st multo, multam terram contode:
Villam integundam intellego totam mihi:
Nam nunc perlucet ea quam cribrum crebrius.
P. Pater salveto, amboque adeo. D. salvos sies.
S. Sed utrum tu mas, an fœmina es, qui illum patrem
Voces? P. vir sum equidem. D. quære vir porro patrem:
Filiolam ego unam habui, eam unam perdidi.
Virile secus nunquam ullum habui. F. at dii dabunt.
S. Tibi quidem hercle, quisquis es, magnum malum,
Qui oratione hic nos occupatos occupes.
P. Isticcine vos habitatis? S. quid tu id quæritas?
An quo furatum mox venias, vestigas loca?
P. Peculiosum eum esse decet servom, & probum,
Quem hero præsente prætereat oratio,
Aut qui inclementer dicat homini libero.
S. Et impudicum, & impudentem hominem addecet,
Molestum ultro advenire ad alienam domum,
Cui debeatur nihil. D. tace, Sceparnio.
Quid opus est, adolescens? P. isti infortunium,
Qui præfestinet, ubi herus assit, præloqui.
Sed, nisi molestum'st, paucis percontarier
Volo ego ex te. D. dabitur opera, atque in negotio.
S. Quin tu in paludem is, exsicasque arundines,
Qui pertegamus villam, dum sudum'st? D. tace.
Tu si quid opus est, dice. P. dic, quod te rogo.
Ecquem tu hic hominem crispum, incanum videris,
Malum, perjurum, palpatorem? D. plurimos.
Nam ego propter ejusmodi viros vivo miser.
P. Hic dico in fanum Veneris, qui mulierculas
Duas secum adduxit, quique adornarit sibi
Ut rem divinam faciat, aut hodie, aut heri.
D. Non hercle adolescens jam hos dies complusculos
Quemquam istic vidi sacrificare: neque potest
Quam me esse, si qui sacrificant: semper petunt
Aquam hinc, aut ignem, aut vascula, aut culinam, aut veru,
Aut aulam extarem, aut aliquid. quid verbis opus'st?

Vos

Eneri paravi vasa, & puteum, non mihi.
Nunc intervallum jam hos dies multos fuit.
P. Ut verba præhibes, me periisse prædicas.
D. Mea quidem hercle caussa salvus sis licet.
S. Heus tu, qui fana ventris caussa circumis,
Habere melius est prandium ornari domi:
Fortasse tu huc vocatus es ad prandium;
Ille qui vocavit, nullus venit. P. admodum.
S. Nullum'st periculum, te hinc ire impransum domum.
Cererem te melius, quam Venerem sectarier.
Amore hæc curat, tritico curat Ceres.
P. Deludificavit me ille homo indignis modis.
D. Proh dii immortales! quid illud est, Sceparnio,
Hominum secundum littus? S. ut mea est opinio,
Propter viam illi sunt vocati ad prandium.
D. Qui? S. quia post cœnam credo laverunt heri.
Confracta navis in mari est illis. D. ita est.
S. At hercle nobis villa in terra & tegulæ. D. hui!
Homunculi quanti estis? ejecti ut natant!
P. Ubi sunt ii homines, obsecro? D. hac ad dexteram;
Viden' secundum littus? P. video, sequimini.
Utinam sit is, quem ego quæro, vir sacerrumus!
Valete. S. si non moneas, nosmet meminimus.
Sed, ô Palæmon, sancte Neptuni comes,
Quique hercule *illi* socius esse diceris,
Quod facinus video? D quid vides? S. mulierculas
Video sedentes in scapha solas duas.
Ut afflictantur miseræ! euge perbene,
Ab saxo avortit fluctus ad littus scapham.
Neque gubernator unquam potuit.
Non vidisse undas me majoris censeo.
Salvæ sunt, si illos fluctus devitaverint.
Nunc nunc periculum'st, ejecit alteram:
At in vado'st, jam facile enabit. eugepæ!
Viden' alteram illam, ut fluctus ejecit foras?
Surrexit, horsum se capessit: salva res.
Desilivit hæc autem altera in terram è scapha,
Ut præ timore in genua in undas concidit!
Salva'st, evasit ex aqua: jam in littore est.
Sed dextrovorsum avorsa it in malam crucem.
Hem! errabit illæc hodie. D. quid id refert tua?

Digitized by Google

S. Si ad ſaxum, quo capeſſit, ea deorſum cadat,
Erationis fecerit compendium.
D. Si tu de illarum cœnaturus veſperi es,
Illis curandum cenſeo, Sceparnio:
Si apud me eſurus es, mihi dari operam volo.
S. Bonum æquomque oras. D. ſequere me hac ergo.
S. ſequor.

ACTUS I. SCENA III.

PALÆSTRA, *malier.*

NIMIO HOMINUM fortunæ minus miſeræ memorantur,
Quam reapſe experiundo iis datur acerbum.
Hoc deo complacitum eſt? me hoc ornatu ornatam
In incertas regiones, timidam, ejectam?
Hanccine ego ad rem natam miſeram me memorabo? (puam?
Hanccine ego partem capio ob pietatem præci-
Nam hoc mihi haud labori eſt, laborem hunc potiri,
Si erga parentem aut deos me impiavi:
Sed id ſi parate curavi ut caverem,
Tum hoc mihi indecore, inique, immodeſte
Datis dii: nam quid habebunt ſibi igitur impii
Poſthac? ſi ad hunc modum eſt innoxiis honor
Apud vos? nam me, ſi ſciam feciſſe,
Aut parentes ſceleſte, minus me miſerer.
Sed herile ſcelus me ſolicitat: ejus me impietas male
Habet. is navem atque omnia perdidit in mari;
Hæc bonorum ejus ſunt reliquiæ: etiam quæ ſimul
Vecta mecum in ſcapha'ſt, excidit: ego nunc ſola ſum,
Quæ ſi mihi foret ſalva, ſaltem labor
Lenior eſſet hic mihi ejus opera:
Nunc quam ſpem, aut opem, aut conſilii quid capeſſam?
Ita hic ſolis locis compotita ſum:
Hic ſaxa ſunt, hic mare ſonat: nec quiſquam
Homo mihi obviam venit:
Hoc quod induta ſum, ſummæ opes oppido:
Nec cibo, nec loco tecta quo ſim, ſcio.
Quæ mihi eſt ſpes, qua me vivere velim?
Nec loci gnara ſum, nec diu hic fui.
Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis

Aut

Aut viam, aut ſemitam monſtret; ita nunc hac, 30
An illac eam, incerta conſilii ſum:
Nec prope uſquam hic quidem cultum agrum conſpicor.
Algor, error, pavor membra omnia tenent.
Hæc parentes haud mei ſcitis miſeri,
Me nunc miſeram ita eſſe uti ſum. libera ego 35
Prognata fui maxume; nec quicquam fui.
Nunc qui minus ſervio, quam ſi forem ſerva nata?
Neque quicquam unquam iis profui qui me ſibi eduxerunt.

ACTUS I. SCENA IV.

AMPELISCA, PALÆSTRA, *mulieres duæ.*

QUid mihi melius eſt? quid magis in rem eſt quam corpore vitam ſecludam?
Ita male vivo, atque ita mihi multæ in pectore ſunt curæ exanimales.
Nunc dein vitæ haud parco, PERDIDI SPEM, qua me oblectabam.
Omnia jam circumcurſavi, atque omnibus in latebris perreptavi.
Quærere conſervam, voce, oculis, auribus, ut perveſtigarem.
Neque eam uſquam invenio, neque quo eam, neque qua quæram conſultum'ſt, (rea invenio.
Neque quem rogitem reſponſorem, quemquam inte-
Neque magis ſolæ terræ ſunt, quam hæc loca, atque hæ regiones. (deſiſtam.
Neque ſi vivit, eam vivam unquam quin inveniam,
P. Quænam vox mihi prope hic ſonat? A. pertimui. (venta
Quis hic loquitur prope? P. ſpes bona, obſecro, ſubMihi. A. mulier eſt, muliebris vox mihi ad aures
Venit. P. an eximes ex hoc miſeram metu?
A. Certo vox muliebris auriſtetigit meas.
P. Num Ampeliſca obſecto'ſt? A. ten', Palæſtra, audio?
P. Quin voco, ut me audiat, nomine illam ſuo.
Ampeliſca! A. hem! quis eſt? P. ego Palæſtra ſum.
A. Dic ubi es? P. pol ego nunc in malis plurimis.
A. Socia ſum, nec minor pars mea'ſt, quam tua:

Digitized by Google

Sed videre expeto te. P. mihi es æmula.
A. Consequamur gradu vocem. ubi es? P. ecce me,
Accede ad me, atque adi contra. A. fit sedulo.
P. Cedo manum. A. accipe. P. dic, vivisne, obsecro?
A. Tu facis me quidem ut vivere nunc velim,
Quando mihi te licet tangere. ut vix mihi
Credo ego hoc, te tenere! obsecro, amplectere,
Spes mea: ut me omnium jam laborum levas!
S. Occupas præloqui, quæ mea est oratio.
Nunc abire hinc decet nos. A. quo, amabo, ibimus?
P. Litus hoc persequamur. A. sequor quo lubet.
P. Siccine hic cum uvida veste grassabimur?
A. Hoc quod est, id necessarium est perpeti.
Sed quid hoc, obsecro, est? P. quid? A. viden', amabo,
Fanum? videsne hoc? P. ubi est? A. ad dexteram.
P. Videor decorum diis locum viderier.
A. Haud longe abesse oportet homines hinc; ita hic
Lepidu'st locus. nunc, quisquis est, deus, veneror,
Ut nos ex hac ærumna miseras eximat?
Inopes, ærumnosas, aliquo auxilio adjuvet.

ACTUS I. SCENA V.

SACERDOS, ET EÆDEM MULIERES.

QUi sunt, qui à patrona preces mea expetessunt?
Nam vox precantum me huc foras excitavit.
Bonam atque obsequentem deam, atque haud gravatam
Patronam exsequuntur, benignamque multum.
P. Jubemus te salvere, mater. S. salvete
Puellæ; sed unde vos ire cum uvida
Veste dicam, obsecro, tam mœstiter vestitas?
P. Illico hinc imus, haud longule ex hoc loco.
Verum longe hinc abest, unde huc vectæ sumus.
S. Nempe equo ligneo per vias cæruleas
Estis vectæ. P. admodum. S. ergo æquius vos erat
Candidatas venire, hostiatasque ad hoc
Fanum: ad istunc modum non veniri solet.
P. Quæ ne ejectæ è mari sumus ambæ, obsecro,
Unde nos hostias agere voluisti huc?
Nunc tibi amplectimur genua, egentes opum,
Quæ in locis nesciis nescia spe sumus,

Ut

Digitized by Google

Te tuo recipias tecto, ſerveſque nos,
Miſerarumque te ambarum oti miſereat,
Quibus nec locus ullus, nec ſpes parata eſt.
Neque hoc amplius, quam quod vides, nobis quicquam'ſt.
S. Manus mihi date, exurgite à genibus ambæ:
Miſericordior nulla me eſt fœminarum.
Sed hic pauperes res ſunt, inopeſque, puellæ:
Egomet vix vitam colo, Veneri cibo meo
Servio. A. Veneris fanum, obſecro, hoc eſt? S. fateor ego.
Hujus fani ſacerdos clueo. verum quicquid eſt,
Comiter fiet à me, quo noſtra copia
Valebit. ite hac mecum. P. amice benigneque
Honoremi, mater, noſtrum habe. S. oportet.

ACTUS II. SCENA I.

PISCATORES.

OMnibus modis qui pauperes ſunt homines, miſeri vivunt,
Præſertim quibus nec quæſtus eſt, nec artem didicere ullam.
Neceſſitate quicquid eſt domi, id ſat eſt habendum.
Nos jam de ornatu propemodum ut locupletes ſimus, ſcitis.
Hiſce hami, atque hæ harundines, ſunt nobis quæſtui & cultui.
Ex urbe ad mare huc prodimus pabulatum.
Pro exercitu gymnaſtico, & palæſtrico, hoc habemus:
Echinos, lepadas, oſtreas, balanos captamus, conchas,
Marinam urticam, muſculos, plaguſias, ſtriatas:
Poſt id piſcatum hamatilem & ſaxatilem aggredimur.
Cibum captamus è mari: ſin eventus non venit,
Neque quicquam captum eſt piſcium, falſi lautique dure
Domum redimus clanculum, dormimus incœnati.
Atque ut nunc valide fluctuat mare, nulla nobis ſpes eſt:
Niſi quid concharum capſimus, incœnati ſumus profecto.
Nunc Venerem hanc veneremur bonam, ut nos lepide adjuverit hodie.

Digitized by Google

ACTUS II. SCENA II.

TRACHALIO *servus*, ET EIDEM. PISCATORES.

ANimo advorsavi sedulo, ne herum usquam præterirem. (ire.
Nam cum modo exibat foras, ad portum se ajebat
Me huc obviam jussit sibi venire ad Veneris fanum.
Sed quos perconter commode, eccos video astare; adibo. (s
Salvete, fures maritimi, conchitæ, atque hamiotæ,
Famelica hominum natio, quid agitis? ut peritis?
P. Ut piscatores æquom est, fame, siti, speque. T. ecquem adolescentem huc,
Dum hic astatis, strenua facie, rubicundum, fortem, qui tres (re?
Duceret chlamydatos cum machæriis, vidistis veni-
P. Nullum istac facie, ut prædicas, venisse huc scimus. T. ecquem
Recalvom, ac silonem senem, statutum, ventriosum,
Tortis superciliis, contracta fronte, fraudulentum,
Deorum odium atque hominum, malum, mali vitii, probrique plenum,
Qui duceret mulierculas duas secum satis venustas?
P. Cum istiusmodis virtutibus operisque natus qui sit,
Eum quidem ad carnificem est æquius, quam ad Venerem commeare.
T. At si vidistis, dicite. P. huc profecto nullus venit.
Vale. T. valete. credidi: factum est, quod suspicabar.
Data verba hero sunt. leno abiit sceleste exulatum,
In navem ascendit, mulieres avexit, ariolus fuit.
Is huc herum etiam ad prandium vocavit, sceleris semen
Nunc quid mihi melius est, quam illico hic operiar herum dum veniat? (scit,
Eadem hæc sacerdos Venerea, si quid amplius
Si videro, exquisivero; faciet me certiorem.

ACTUS II. SCENA III.

AMPELISCA *mulier*, TRACHALIO *servus*.

INtellego: hanc quæ proxuma est villam veneris fano me

Pulsa-

Digitized by Google

Hare jussisti, atque aquam rogare. T. cuja ad aures
mihi advolavit? A. obsecro, quis hic loquitur?
quem ego video? (ditur?
Estne Ampelisca hæc, quæ foras è fano egre-
Estne hic Trachalio, quem conspicor, calator
Pleusidippi? 5
Ea est. A. is est. Trachalio, salve. T. salve. Am-
pelisca. (ominare.
quid agis tu? A. ætatem haud mala malè. T. melius
Verum omnes sapientes decet conferre, & fa-
bulari. (vero.
ed Pleusidippus tuus herus, ubi, amabo, est? T. eja
quasi non sit intus. A. neque pol est, neque ullus
quidem huc venit. 10
T. Non venit? A. vera prædicas. T. non est meum,
Ampelisca. (dium, obsecro te?
Sed quam mox coctum est prandium? A. quod pran-
T. Nempe rem divinam facitis hic. A. quid somnias,
amabo? (vocavit
T. Certe huc Labrax Pleusidippum ad prandium
Herum meum, herus vester. A. poi haud miranda
facta dicis. 15
Si deos decepit, & homines. lenonum more fecit.
T. Non rem divinam facitis hic vos, neque herus?
A. ariolare.
T. Quid tu agis hic igitur? A. ex malis multis, me-
tuque summo,
Capitalique ex periculo, orbas auxiliique opumque
hue
Recipit ad se Veneria hæc sacerdos, me, & Palæ-
stram. 20
T. An hic Palæstra'st, obsecro, heri mei amica?
A. certo.
T. Inest lepos in nuncio tuo magnus, mea Ampe-
lisca. (re.
Sed istuc periculum perluber, quod fuerit vobis, sci-
A. Confracta est, mi Trachalio, hac nocte navis
nobis.
Quid? navis? quæ istæc fabula est? A. non au-
divisti, amabo, 25
Quo pacto leno clanculum nos hinc auferre voluit
In Siciliam, & quicquid domi fuit, in navem impo-
sivit?

Ea nunc perierunt omnia. T. ô! Neptune lepidè
salve:
Nec te aleator ullus est sapientior. profectò
Nimis lepidè jecisti bolum, perjurum perdidisti.
Sed nunc ubi est leno Labrax? A. perit potandò,
opinor.
Neptunus magnis poculis hac nocte cum invitavit.
Credo hercle anancæo datum, quod biberet. T. at
ego amo te,
Mea Ampelisca! ut dulcis es! ut mulsa dicta dicis!
Sed tu, & palæstra, quo modo salvæ estis? A. scies,
faxo.
E navi timidæ ambæ in scapham insiluimus, quia vi-
Ad saxa navem ferrier: properans exolvi restim:
Dum illi timent, nos cum scapha tempestas dextro-
vorsum
Differt ab illis. itaque nos ventisque fluctibusque
Jactatæ, exemplis plurimis miserè, perpetuam no-
ctem,
Vix hodie ad litus pertulit nos ventus exanimatas.
T. Novi. Neptunus ita solet: quamvis fastidiosus
Ædilis est: si quæ improbæ sunt merces, jactat
omnes.
A. Væ capiti, atque ætati tuæ. T. tuo, mea Ampe-
Scivi lenonem facere hoc, quod fecit: sæpe dixi.
Capillum promittam, optumum'st, occipiamque
ariolari.
A. Cavistis ergo tu atque herus, ne abiret, cum sci-
T. Quid faceret? A. si amabat, rogas quid faceret?
asservaret
Dies noctesque in custodia esset semper. verum eca-
Ut multi fecit, ita probe curavit Pleusidippus.
T. Cur tu istuc dicis? A. res palam est. T. scin' tu
etiam? qui it lavatum
In balneas, ibi cum sedulo sua vestimenta servat,
Tamen surripiuntur, quippe qui, quem illorum ob-
servet, falsus est.
Fur facile, quem observet, videt: custos, qui fur sit,
Sed duce me ad illam: ubi est? A. i sane in Veneris
fanum huc intro:
Sedentem flentemque opprimes. T. ut jam istuc
mihi molestum est!
Sed quid fiet? A. ego dicam tibi: sese excruciat
animi,

Quia

Digitized by Google

nia leno ademit ciſtulam ei, quam habebat, ubique habebat
ni ſuos parentes noſcere poſſet; eam veretur
e perierit. T. ubinam ea fuit ciſtellula? A. ibidem in navi
Concluſit ipſe in vidulum, ne copia eſſet ejus
ui ſuos parentes noſceret. T. ô facinus impudicum!
uam liberam eſſe oporteat, ſervire poſtulare.
. Nunc eam cum navi ſcilicet abiviſſe peſſum in altum.
Et aurum & argentum fuit lenonis omne ibidem.
Credo aliquem immerſiſſe, atque eum excepiſſe. id miſera mœſta'ſt,
ibi eorum eveniſſe inopiam. T. jam iſtoc magis uſus facto'ſt, (animi.
Ut eam intro, conſolerque eam, ne ſe ſic excruciet
Nam multa præter ſpem, ſcio, multis bona eveniſſe.
A. At ego etiam qui ſperaverint, ſpem decepiſſe multos.
T. Ergo animus æquus optumum eſt ærumnæ condimentum.
Ego eo intro niſi quid vis. A. eas. ego, quod mihi imperavit (rogabo.
Sacerdos, id faciam, atque aquam hinc de proxumo
Nam extemplo ſi verbis ſuis peterem, daturos dixit:
Neque digniorem cenſeo vidiſſe anum me quenquam,
Cui deos atque homines cenſeam benefacere magis decere. (vate
Ut lepide, ut liberaliter, ut honeſte, atque haud gra-
Timidas, egentes, uvidas, ejectas, exanimatas
Accepit ad ſeſe haud ſecus, quam ſi ex ſe ſimus natæ. (mus! 80
Ut eapſe *ſic* ſuccincta aquam calefactat, ut lave-
Nunc ne moræ illi ſim, petam hinc aquam, unde mihi imperavit. prodit?
Heus: ecquis in villa'ſt? ecquis hoc recludit? ecquis

ACTUS II. SCENA IV.

SCEPARNIO *ſervus*, AMPELISCA *mulier*.

QUis eſt qui noſtris tam proterve foribus facit injuriam?

A. Ego

Digitized by Google

A. Ego ſum. S. hem, quid hoc boni eſt? hem edep
ſpecie lepida mulierem. (leſcentu
A. Salve, adoleſcens. S. & tu multam ſalveto.
A. Ad vos venio. S. accipiam hoſpitio, ſi mox ve
Item ut affectam. nam nunc nihil eſt, qui te inanem
Sed quid ais? mea lepida, hilara. A. aha! nim
familiariter
Me attractas. S. prò dii immortales! Veneris effig
hæc quidem eſt.
Ut in ocellis hilaritudo eſt! eja corpus quojuſmodi!
Subvolturium illud quidem: ſubaquilum volui dicere,
Vel papillæ cujuſmodi! tum quæ indoles in ſavi
eſt!
A. Non ego ſum polluta pago: potin' ut me abſti-
neas manum?
S. Non licet te ſicce placide bellam belle tangere?
A. Officium ubi erit, tum tibi operam ludo & deli-
ciæ dabo:
Nunc quamobrem huc ſum miſſa, amabo, vel tu mi-
hi ajas, vel neges.
S. Quid nunc vis? A. ſapienti ornatus, quid ve-
lim, indicium facit.
S. Meus quoque hic, ſapienti ornatus, quid velim,
indicium facit. (vobis aquam.
A. Hæc ſacerdos Veneris, hinc me petere juſſit à
S. At ego Baſilicus ſum, quem niſi oras, guttam
non feres.
Noſtrum illum puteum periculo & ferramentis fo-
dimus;
Niſi multis blanditiis, à me gutta non ferri poteſt.
A. Cur tu aquam gravâre, amabo, quam hoſtis hoſti
commodat? (modat?
S. Cur tu operam gravâre mihi, quam civis civi com-
A. Imo etiam tibi, mea voluptas, quæ voles, faciam
omnia.
S. Euge, ſalvus ſum! hæc jam me ſuam voluptа-
tem vocat:
Dabitur tibi aqua, ne nequicquam me ames: cedo
mihi urnam. A. cape.
Propera, amabo, eſſerre. S. manta: jam hic ero, vo-
luptas mea. (dia?
A. Quid ſacerdoti me dicam hic demoratam tam
Ut etiam nunc miſera timeo, ubi oculis intueor ma-
re!

Sed

Digitized by Google

quid ego miſera video procul in littore,
am herum lenonem, Sicilienſemque hoſpitem,
s periiſſe ambos miſera cenſebam in mari?
il lud mali plus nobis vivit, quam ratæ.
quid ego ceſſo fugere in fanum, ac dicere hæc
æſtræ, in aram uti confugiamus prius,
am huc ſceleſtus leno veniat, noſq; hic opprimat:
ıfugiam hinc: res ita ſuppetit ſubito mihi.

ACTUS II. SCENA V.

SCEPARNIO *ſervus.*

Roh dii immortales! in aqua nunquam credidi
Voluptatem ineſſe tantam. ut hanc traxi lubens!
nio minus altus puteus viſus eſt, quam prius.
ſine labore hanc extraxi! præfiſcine:
is nequam ſum: utpote qui hodie inceperim
ıare. hem tibi aquam, mea tu bella. hem: ſic volo
ferre honeſte, ut ego fero, ut placeas mihi.
d ubi tu es, delicata? cape aquam hanc ſis: ubi es?
nat hercle me: ut ego opinor, delinuit mala.
ɔi tu es? etiamne hanc urnam acceptura es? ubi es?
ɔmmodule melius: tandem vero ſerio.
iam acceptura es urnam hanc? ubi tu es gentium?
ıſquam hercle equidē illam video: ludos me facit.
pponam hercle urnam jam ego hanc in media via
d autem, quid ſi hanc hinc abſtulerit quiſpiam
cram urnam Veneris, mihi exhibeat negotium.
etuo hercle, ne illa mulier mihi inſidias locet,
t comprehendar cum ſacra urna Veneria.
empe optimo me jure in vinculis enicet
lagiſtratus, ſi quis me hanc habere viderit.
am hæc literata'ſt, ab ſe cantat cuja ſit.
m hercle evocabo hinc hanc ſacerdotem foras,
t hanc accipiat urnam. accedam huc ad fores.
eus ſis, Ptolemocratia, cape hanc urnam tibi:
lulicercula hanc neſcio quæ huc ad me detulit.
ıtroferunda eſt. repperi negotium:
i quidem his mihi ultro aggerunda etiam eſt aqua.

ACTUS II. SCENA VI

LABRAX *leno*, CHARMIDES *Siculus.*

QUi homo ſeſe miſerum & mendicum volet,
Neptuno credat ſeſe, atque ætatem ſuam.

Nam

Digitized by Google

Nam si quis quid cum eo rei commiscuit,
Ad hoc exemplum amittit ornatum, domum.
Edepol Libertas lepida es, quæ nunquam pedem
Voluisti in navem cum Hercule una imponere.
Sed ubi ille meus est hospes, qui me perdidit?
Atque eccum incedit. C. quo, malum, properas, Labrax?
Nam equidem te nequeo consequi tam strenue.
L. Utinam, te priusquam oculis vidissem meis,
Malo cruciatu in Sicilia perbiteres,
Quem propter hoc mihi obtigit misero mali.
C. Utinam, cum in ædes me ad te adduxisti tuas,
In carcere illo potius cubuissem die,
Deosque immortales quæso, dum vivas, uti
Omnes tui similes hospites habeas tibi.
L. Malam Fortunam in ædes te adduxi meas.
Quid mihi sceleste tibi erat auscultatio?
Quidve hinc abitio? quidve in navem inscensio?
Ubi perdidi etiam plus boni, quam mihi fuit.
C. Pol minume miror, navis si fracta'st tibi;
Scelus te & sceleste parta quæ vexit bona.
L. Pessum dedisti me blandimentis tuis.
C. Sceleftiorem cœnam cœnavi tuam, (reo.
Quam quæ Thyestæ quondam anteposita est, & Te-
L. Perii! animo male fit, contine, quæso, caput.
C. Pulmoneum edepol nimis velim vomitum vomas.
L. Eheu! Palæstra, atque Ampelisca, ubi estis nunc?
C. Piscibus in alto credo præbent pabulum.
L. Mendicitatem mihi obtulisti opera tua,
Dum tuis auscultо magnidicis mendaciis.
C. Bonam est quod habeas gratiam merito mihi,
Qui te ex insulso salsum feci opera mea.
L. Quin tu hinc is à me in maxumam malam crucem.
C. Easque res agebam commodum.
L. Eheu! quis vivit me mortalis miserior?
C. Ego multo tanto, miserior, quam tu, Labrax.
L. Qui? C. quia ego indignus sum, tu dignus qui fies.
L. O scirpe, scirpe, laudo fortunas tuas,
Qui semper servas gloriam aritudinis.
C. Equidem me ad velitationem exerceo:
Nam omnia coruscа præ tremore fabulor.
L. Edepol, Neptune, es balneator frigidus:
Cum vestimentis, posteaquam abs te abii, algeo.

thermopolium quidem ullum instruit:
Calsam præbet potionem, & frigidam.
Ut fortunati sunt fabri ferrarii,
Qui apud carbones assident, semper calent!
Utinam fortuna nunc anatina uterer,
Qui, cum exiviſſem ex aqua, arerem tamen!
Quid si aliquo ad ludos me pro manduco locem?
Quapropter? C. quia pol clare crepito dentibus.
Fore optumo me laviſſe arbitror.
Qui? C. quia auderem tecum in navem ascendere.
Qui a fundamento mihi usque movisti mare.
L. Tibi auscultavi, tu promittebas mihi
Hic esse quæstum maxumum meretricibus,
Si me corruere posse ajebas divitias.
Jam postulabas te, impurata belua,
Totam Siciliam devoraturum insulam.
Quænam balæna meum voravit vidulum,
Aurum atque argentum ubi omne compactum fuit?
C. Eadem illa, credo, quæ meum marsupium,
Quod plenum argenti fuit, in sacciperio.
L. Eheu! redactus sum usque ad hanc unam tunicu-
lam,
Et ad hoc miſellum pallium. perii oppido!
C. Vel consociare mihi quidem tecum licet:
Æquas habemus partes. L. saltem si mihi
Mulierculæ essent salvæ, spes aliquæ forent.
Nunc si me adolescens Pleusidippus viderit,
A quo arrhabonem pro Palæstra acceperam,
Jam se exhibebit hic mihi negotium.
C. Quid, stulte, ploras? tibi quidem edepol copia'st,
Dum lingua vivet, qui rem solvas omnibus.

ACTUS II. SCENA III.

SCEPARNIO *servus*, CHARMIDES *Siculus*, LABRAX *leno*.

Quid illuc, obsecro, negotii, quod duæ mu-
lierculæ (nent:
Hic in fano Veneris signum flentes amplexæ te-
Nescio quem metuentes miseræ? nocte hac vero
proxuma
Se jactatas atque ejectas hodie esse ajunt è mari.
L. Obsecro hercle, adolescens, ubi istæc sunt,
quas memoras, mulieres?

S. Hic

S. Hic in fano Veneris. L. quot ſunt? S. totide
quot ego & tu ſumus.
L. Nempe meæ. S. nempe neſcio iſtuc. L. qua
facie? S. ſcitula.
Vel ego amare utramvis poſſim, ſi probe app
ſiem. (lo
L. Nempe puellæ? S. nempe moleſtus es; vi
L. Meas oportet intus eſſe hic mulieres, mi C
mides.
C. Juppiter te perdat, & ſi ſunt, & ſi non ſunt
men.
L. Intro rumpam jam huc in Veneris fanum. C
barathrum mavelim. (lo
Obſecro, hoſpes, da mihi aliquid ubi condormiſc
S. Iſtic ubi vis condormiſce, nemo prohibet, publ
cum eſt.
C. At vides me, ornatus ut ſim veſtimentis uvidis:
Recipe me in tectum, da mihi veſtimenti aliquid a
ridi,
Dum mea areſcunt: in aliquo tibi referam gratiam.
S. Tegillum eccillud mihi unum areſcit: id ſi vis:
dabo,
Eodem amictus, eodem tectus eſſe ſoleo, ſi placet.
Tu iſtæc mihi dato: exareſcunt faxo. C. eho! ante
pœnitet,
In mari quod elavi, hi hîc in terra iterum eluam?
S. Eluas tu, an exungare, ciccum non interduim:
Tibi ego nunquam quicquam credam, niſi accepto
pignore.
Tu vel ſuda, vel peri algu. C. vel tu ægrota, vel vale.
S. Barbarum hoſpitem mihi in ædes nihil moror:
ſat litium eſt.
C. Jamne abis? venalis illic ductitavit, quiſquis eſt.
Non eſt miſericors. ſed quid ego hic aſto infelix,
uvidus? (hanc crapulam,
Quin abeo hinc in Veneris fanum, ut edormiſcam
Quam potavi præter animi quam libuit ſententiam.
Quaſi vinis Græcis Neptunus nobis ſuffudit mare.
Itaque alvom prodi ſperavit nobis ſalſis poculis.
Quid opus verbis? ſi invitare nos pauliſper per-
geret, (mum.
Ibidem obdormiſſemus: nunc vix vivos amiſit do-
Nunc lenonem, quid agat intus, inviſam, convivam
meum.

ACTUS

ACTUS III. SCENA I.

DÆMONES.

Miris modis dii ludos faciunt hominibus,
Mirisque exemplis somnia in somnis dabunt.
e dormientis quidem sinunt quiescere.
elut ego hac nocte, quæ præcessit, proxuma,
irum atque inscitum somniavi somnium.
d hirundinum nidum visa est simia
scensionem ut faceret admolirier:
eque eas eripere quibat inde. post ibi
idebatur ad me simia aggredirier,
egare scalas ut darem utendas sibi.
go ad hoc exemplum simiæ respondeo,
atas ex Philomela atque ex Progne esse hirundines.
go cum illa, ne quid noceat meis popularibus.
tque illa animo jam fieri ferocior,
idetur ultro mihi malum minitarier.
i jus vocat me. ibi nescio ego quomodo
atus videor mediam arripere simiam:
oncludo in vincla bestiam nequissumam.
unc quam ad rem dicam hæc attinere somnium;
unquam hodie quivi ad conjecturam evadere.
d quid hic in Veneris fano.
lamoris oritur? animus mirat

ACTUS III. SCENA II.

TRACHALIO *servus*, DÆMONES *senex*.

O Rô Cyrenenses populares! vestram ego implo-
ro fidem. (bus,
gricolæ, accolæ, propinqui qui estis his regioni-
erte opem inopiæ, atque exemplum pessumum
pessundate.
indicate, ne impiorum potior sit pollentia,
uam innocentium, qui se scelere fieri volunt no-
biles: (mium,
atuite exemplum impudenti, date pudori præ-
acite hic lege potius liceat, quam vi, victo vivere.
urrite huc in Veneris fanum: vostram iterum im-
ploro fidem, (meum:
ui prope hic adestis, quique auditis clamorem-
ere suppetias, qui Veneri Veneriæque Antistitæ

More antiquo in cuſtodiam ſuum commiſerunt ca-
put. (veniat.
Prætorquete injuriæ prius collum, quam ad vos per-
D. Quid iſtuc eſt negotii? T. per ego te hæc gnata obteſtor ſenex,
Quiſquis es. D. quin tu ergo omitte genua, & quid
ſit, mihi expedi, (tibi
Quid tumultues. T. teque oro, & quæſo, ſi ſperas
Hoc anno multum futurum ſirpe, & laſerpitium,
Eamque eventuram exagogam Capuam ſalvam, & ſoſpitem,
Atque ab lippitudine uſque ſiccitas ut ſit tibi.
D. Sanun' es? T. ſeu tibi confidis fore multum magudarim, (nex.
Ut te ne pigeat dare operam mihi, quod te orabo, ſe-
D. At ego te per crura, & talos, tergumque obteſtor, tuum.
Si tibi ulmeam uberem eſſe ſperas virgidemiam,
Et tibi eventuram hoc anno uberem meſſem mali,
Ut mihi iſtuc dicas negotii quid ſit, quod tumultues.
T. Qui lubet maledicere? equidem tibi bona exoptavi omnia
D. Bene equidem tibi dico, qui te digna ut eveniant, precor.
T. Obſecro hoc prævortere ergo. D. quid negotii eſt? T. mulieres
Duæ innocentes hic ſunt, tui indigentes auxilii,
Quibus advorſum jus legeſque inſignite injuria hic
Facta eſt, ſitque in Veneris fano. tum ſacerdos Veneria (dentia,
Indigne afflictatur. D, quis homo eſt tanta confu-
Qui ſacerdotem audeat violare? ſed eæ mulieres
Quæ ſunt? aut quid iis iniqui fit? T. ſi das operam, eloquar.
Veneris ſignum ſunt amplexæ, nunc * * *.
Eas deripere volt, eas ambas eſſe oportet *** 35
D. Quis iſtic eſt, qui deos tam parvipendit?
T. Fraudis, ſceleris, parricidii, perjurii plenus,
Legirupa, impudens, impurus, inverecundiſſimus:
Uno verbo abſolvam, Leno'ſt: quid illum porro prædicem?
(lem. 40
D. Edepol infortunio hominem prædicas donabi-
T. Qui ſacerdoti ſceleſtus fauces interpreſſerit.

D. At

Digitized by Google

D. At malo cum magno ſuo fecit hercle. ite iſtinc foras. (veni
Turbalio, Sparax; ubi eſtis? T. i obſecro intro, ſub-
Illis. D. iterum haud imperabo. ſequimini hac.
T. age nunc jam,
Jube oculos elidere, itidem ut ſepiis faciunt coqui.
D. Proripite hominem pedibus huc, itidem quaſi occiſam ſuem.
T. Audio tumultum: opinor leno pugnis pectitur.
Nimis velim improbiſſumo homini malas edentaverint.
Sed ecce ipſæ huc egrediuntur timidæ è fano mulieres.

ACTUS III. SCENA III.

PALÆSTRA, AMPELISCA, *duæ mulieres*, TRACHALIO *ſervus*.

NUnc id eſt, cum omnium copiarum, atque opum,
Auxilii, præſidii, viduitas nos tenet;
Nec ulla ſpecula eſt, quæ ſalutem afferat.
Nec ſcimus quam in partem ingredi perſequamur.
Maxumo miſera in metu nunc ſumus ambæ.
Tanta importunitas, tantaque injuria
Facta in nos eſt modo hic intus ab noſtro hero,
Qui ſceleſtus ſacerdotem anum præcipem
Reppulit, propulit, perquam indignis modis,
Noſque ab ſigno intimo vi deripuit ſua
Sed nunc, ſeſe ut ferunt res fortunæque noſtræ,
Par eſt moriri, neque eſt melius morte in malis
Rebus miſeris. T. quid eſt? quæ illæc oratio'ſt?
Ceſſo ego has conſolari? heus Palæſtra! P. qui vocat?
T. Heus Ampeliſca! A. obſecro, quis eſt, qui vocat?
P. Quis is eſt, qui nominat? T. ſi reſpexis, ſcies.
P. O ſalutis meæ ſpes! T. tace, ac bono animo es,
Me vide. P. ſi modo id liceat, vis ne opprimat.
T. Quæ vis, vim mihi afferam ipſa, adigit.
T. ah deſine, nimis inepta es.
A. Deſiſte dictis nunc jam miſeram me conſolari.
P. Niſi quid re præſidium apparas, Trachalio, acta hæc res eſt: (in me.
Certum'ſt moriri, quam hunc pati *graſſari* lenonem

Digitized by Google

Sed malichi animo fuit omnes: [illegible]
[illegible] hunc accubuit.
Ibi mentis meæ, mendico occupat oculos. I. eò
Bonum animum habeat. P. non obsecro unde animus mihi? I. invenies. 25
Ne inquam timeat, adsidat hic in ara. A. illic qui [illegible]
Prodesse nobis plus potest, quam ignem in fano ac
Veneris, quod ampliexa modo, mihi absoluit pe-
rum misere?
E. Sedete hic modo, ego hinc vos tamen tutabor:
aram habere hanc
Vobis pro castris; omnia hinc ego defendam. 30
Præsidio Veneris, ne vis legionis cohors incedam.
A. Tibi assentamus. &; Venus alma, ambæ te
obsecramus, (nunc;
Aram amplexantes hanc tuam; lacrymantes, genibus
Nos in custodiam tuam ut recipias, & tuere:
Illos sceleratos, qui tuum fecerunt fanum parvi,
Ut ulciscare, nosque ut hanc tua pace aram obsidere
Patiare, quæ etiam ambæ summus opera Neptuni
nodu:
Ne invisas habeas, ne ejiciendo nobis vitio vortas;
Si quippiam'st minus, quod bene esse tantum ar-
bitrare.
E. Æquum hasce petere intelligo, decet abste id
impetrari. 40
Ignoscere huic te convenit; metus has, id ut faciant,
subigit.
Te ex concha natam esse autumant. cave tu harum
conchas spernas. (vobis.
Sed optume eccum exit senex, patronus mihique &

ACTVS IV. SCENA III.

DEMONES *senex*, LABRAX *leno*, LORARII, TRACHALIO *servus*.

EXi è fano, natum quantum est hominum, sacrile-
gissume. (spice.
Vos in aram abite sessum. sed ubi sunt? T. hucre-
D. Optume. Lo. istuc volueramus: jube modo ac-
cedat prope.
T. Tun' legiropionem hic nobiscum dis facere
postulas?

D. Pa-

Digitized by Google

D. Pugnum in os impinge. LA. iniqua hæc patior cum precio tuo.
D. At etiam minitatur audax! LA. jus meum ereptum eſt mihi,
Meas mihi anciſſas invito me eripis. T. *ergo dato*
De ſenatu Cyrenenſi quemvis opulentum *arbitrum*,
Si tuas eſſe oportet, nive eas eſſe oportet liberas:
Nive te in carcerem compingier eſt æquom, ætatemque ibi
Te uſque habitare, donec totum carcerem contriveris.
LA. Non hodie iſti rei auſpicavi, ut cum furcifero fabuler. (diſputa.
Te ego appello. D. cum iſtoc primum, qui te novit.
LA. Tecum ago. T. atqui mecum agendum'ſt: ſuntne illæ ancillæ tuæ?
LA. Sunt. T. agedum ergo, tange utramvis digitulo minimo modo.
LA. Quid ſi attigero? T. extemplo hercle ego te follem pugulatorium (me.
Faciam, & pendentem incurſabo pugnis, perjuriſſu-
LA. Mihi non liceat meas ancillas, Veneris de ara abducere; (voſtris legibus
D. *Non licet*, ita eſt lex apud nos. LA. mihi cum *Nihil eſt* commercii: equidem iſtas jam ambas educam foras.
Tu ſenex ſi iſtas amas, huc arido argento'ſt opus.
D. Hæ autem Veneri complacuerunt. LA. habeat, ſi argentum dabit. (ſententiam,
D. Do tibi argentum? nunc adeo ut ſcias meam
Occipito modo illis afferre vim joculo pauſillulum.
Ita hinc ego te ornatum amittam, tu ipſus te ut non noveris.
Vos adeo, ubi ego innuero vobis, ſi, ne ei caput exoculaſſitis, (vinciam.
Quaſi murteta juncis, item ego vos virgis circum-
LA. Vi agis mecum. T. etiam vim opprobras flagitii flagrantia?
LA. Tun', trifurcifer, mihi audes inclementer dicere?
T. Fateor, ego trifurcifer ſum: tu es homo apprime probus.
Num qui minus haſce eſſe oportet liberas? LA. quid liberas?

Digitized by Google

T. Atque heras tuas quidem hercle, atque ex germana Græcia: (bus.
Nam altera hæc est nata Athenis ingenuis parentis
D. Quid ego ex te audio? T. hanc Athenis esse natam liberam. (Cyrenensis es? 35
D. Mea popularis, obsecro, hæc est? T. non tu
D. Immo Athenis natus, altusque, educatusque Articis.
T. Obsecro, defende cives tuas, senex. D. ô filia mea,
Cum ego hanc video, mearum me absens miserarum commones,
Trima quæ periit mihi: jam tanta est, si vivit, scio.
LA. Argentum pro istisce ambabus, cujæ erant, domino dedi. 40
Quid mea refert, hæ Athenis natæ, an Thebis sient,
Dum mihi recte servitutem serviant? T. itane, impudens?
Tune hic, felles virginalis, liberos parentibus
Sublectos habebis, atque indigno quæstu conteres?
Nam huic alteræ patria quæ sit profecto nescio, 45
Nisi scio probiorem hanc esse, quam te, impuratissame.
LA. Tuæn' istæ sunt? T. contende ergo, uter sit tergo verior.
Ni offerumentas habebis pluris in tergo tuo,
Quam ulla navis longa clavos, tum ego ero mendacissumus:
Postea aspicito meum, quando ego tuum inspectavero. 50
Nisi erit tam sincerum, ut quivis dicat ampullarius,
Optumum esse opere faciundo corium, & sincerissumum,
Quid causæ est, quin virgis te usque ad saturitatem (tibi
sanciem?
Quid illas spectas? quas si attigeris, oculos eripiam
LA. Atqui, quia vetas, utramque jam mecum abducam simul. 55
D. Quid facies? LA. Volcanum adducam: is Veneris est advorsarius.
D. Quo illic it? LA. heus! ecquis hic est? heus!
D. si attigeris ostium,
Jam hercle tibi messis in ore fiet mergis pugneis.
LO. Nullum habemus ignem, ficis victitamus aridis.
D. Ego

Digitized by Google

Ego dabo ignem, ſiquidem in capite tuo conflandi copia'ſt.
A. Ibo hercle aliquo quæritatum ignem. D. quid tum, cum inveneris?
A. Ignem magnum hic faciam. D. quin ut humanum exuras tibi?
A. Immo haſce ambas hic in ara ut vivas comburam. D. id volo.
am hercle ego te barba continuo arripiam, & in ignem conjiciam,
:que ambuſtulatum objiciam magnis avibus pabulum conjecturam egomet mecum facio, hæc illa eſt ſimia,
uæ has hirundines ex nido volt eripere ingratiis,
uod ego in ſomnis ſomniavi. T. ſcin', quid? tecum oro, ſenex,
t illas ſerves, vim defendas, dum ego herum adduc.
. Quære herum atque adduce. T. at hic ne.
D. maxumo malo ſuo,
i attigerit, ſive occeptaſſit. T. cura. D. curatum eſt. abi.
'. Hunc quoque aſſerva ipſum, ne quo abitat. nam promiſimus
'arnifici aut talentum magnum, aut hunc hodie ſiſtere.

ACTUS III. SCENA V.

)ÆMONES *ſenex*, LABRAX *leno*, PALÆSTRA, AMPELISCA, LORARII.

UTrum tu leno cum malo libentius
Quieſcis, an ſic ſine malo, ſi copia eſt?
:A. Ego quæ tu loquere, flocci non facio, ſenex.
Meas quidem, te invito, & Venere, & ſummo Jove,
De ara capillo jam deripiam. D. tange dum.
Lv. Tangam hercle vero. D. agedum ergo, accede huc modo.
LA. Jubedum recedere iſtos ambo illuc modo.
D. Imo ad te accedent. LA. non hercle egomet cenſeo.
D. Quid ages, ſi accedent propius? LA. ego receſſero.
Verum, ſenex, ſi te unquam in urbe offendero,
Nunquam hercle quiſquam me lenonem dixerit,
Si non te ludos peſſumos dimiſero.
D. Facito iſtuc quod minitaris. ſed nunc interim,

Si illas attigeris, dabitur tibi magnum malum.
LA Quam magnum vero? D. quantum lenoni fat eſt.
LA. Minacias ego iſtas flocci non facio tuas:
Equidem te invito jam ambas rapiam. D. tange dum.
LA: Tangam hercle vero. D. tange, ſed ſcin' quomodo?
I dum, Turbalio, atque curriculo affer huc
Duas clavas. LA. clavas? D. ſed probas. propera cito:
Ego te hodie faxo recte acceptum, ut dignus es.
LA. Heu! ſceleſtus galeam in navi perdidi:
Nunc mihi opportuna hic eſſet, ſalva ſi foret.
Licet ſaltem iſtas mihi appellare? D. non licet.
Hem! optime edepol, eccum clavator advenit.
LA. Illud quidem edepol tinnimentum eſt auribus.
D. Age, accipe illanc alteram clavam, Sparax.
Age alter iſtinc, alter hinc aſſiſtite.
Aſſiſtite ambo. ſic! audite nunc jam:
Si hercle illic illas hodie digito tetigerit
Invitas, ni iſtunc iſtis invitaſſitis
Uſque adeo, donec, qua domum abeat, neſciat.
Periiſtis ambo: ſi appellabit quampiam,
Vos reſpondetote iſtinc iſtarum vicem?
Sin hic ipſe abire hinc volet, quantum poteſt
Extemplo amplectitote crura fuſtibus.
LA. Etiam me abire hinc non ſinent? D. dixi ſatis.
Et ille ubi ſervos cum hero huc advenerit,
Qui herum arceſſivit, itote extemplo domum:
Curate hæc ſultis magna diligentia.
LA. Heu! hercle, næ iſtic fana mutantur cito;
Jam hoc Herculi'ſt, Veneris fanum quod fuit:
Ita duo deſtituit ſigna hic cum clavis ſenex.
Non hercle quo hinc nunc gentium aufugiam ſcio,
Ita nunc mihi utrunque ſævit, & terra & mare.
Palæſtra! Lo. quid vis? LA. apage! controverſia eſt,
Hæc quidem Palæſtra, quæ reſpondit, non mea eſt.
Heus Ampeliſca? Lo. cave ſis infortunio,
Ut poteſt. LA. ignavi homines ſatis recte monent.
Sed vobis dico, heus vos, num moleſtia eſt.
Me adire ad illas propius? Lo. nihil nobis quidem.
LA. Nunquid moleſtum mihi erit? Lo. nihil, ſi caveris. (fortunio.
LA. Quid eſt, quod caveam? Lo. hem! à craſſo in-

LA. Quæ-

. Quæso hercle, abire ut liceat. Lo. abeas, si velis.
A. Bene hercle factum. habeo vobis gratiam.
O. Non. accedam potius. illic asta tu illico.
A. Edepol proveni nequiter multis modis.
Certum 'st hasce hodie obsidione vincere.

ACTUS III. SCENA VI.

PLEUSIDIPPUS *adolescens*, TRACHALIO *servus*, MULIERES, LABRAX *leno*, LORARII, CHARMIDES.

MEamne ille amicam leno vi ac violentia
De ara deripere Veneris voluit? T. admodum.
. Quin occidisti extemplo? T. gladius non erat.
. Caperes aut fustem, aut lapidem. T. quid ego, quasi canem,
Hominem insectarer lapidibus nequissumum?
LA. Nunc pol! ego perii. Pleusidippus eccum adest.
Converret jam hic me totum cum pulvisculo.
P. Etiamne in ara tunc sedebant mulieres,
Cum ad me profectus ires? T. ibidem nunc sedent.
. Quis illas nunc illic servat? T. nescio quis senex;
Vicinus Veneris. is dedit operam optumam.
Is nunc cum servis servat: ego mandaveram.
P. Duc me ad lenonem recta. ubi illic est homo?
LA. Salve. P. nihil salutem moror: opta ocius,
Rapi te obtorto collo mavis, an trahi.
Utrumvis opta, dum licet. LA. neutrum volo.
P. Abi sane ad litus curriculo, Trachalio:
Jube illos in urbem ire obviam ad portum mihi,
Quos mecum duxi, hunc qui ad carnificem traderent:
Post huc redito, atque agitato hic custodiam:
Ego hunc scelestum in jus rapiam exulem.
Age, ambula in jus. LA. quid ego deliqui? P. rogas?
Quin arrhabonem à me accepisti ob mulierem, & Eam hinc abduxis. LA. non avexi. P. cur negas?
LA. Quia pol provexi, avehere non quivi miser:
Equidem tibi me dixeram præsto fore
Apud Veneris fanum. quid muto? sumne ibi?
P. In jure caussam dicito, hic verbum sat est.
Sequere. LA. obsecrote, subveni, mi Charmides,
Rapior obtorto collo. C. quis me nominat?

Digitized by Google

LA. Viden' me, ut rapior? C. video, atque inspec
lubens. (rapi
LA. Non subvenire mihi audes? D. quis homo
LA. Adolescens Pleusidippus. C. ut nactu's, ha
Bono animo; melius est te in nervum correpere.
Tibi obtigit, quod plurimi exoptant sibi.
LA. Quid id est? C. ut id, quod quærant, invenia
sibi.
LA. Sequere obsecro me. C. pariter suades qualis e
Tu in nervum rapere; eo me obsecras, ut te sequa
Etiam retentas? LA. perii! P. verum sit velim.
Tu mea Palæstra, & Ampelisca, ibidem illico
Manete, dum huc ego redeo. Lo. equidem suade
Ut ad nos abeant potius, dum recipis. P. placet;
Benefacitis. LA. fures mihi estis. Lo. quid? fures!
P. rape.
LA. Ora, obsecro, Palæstra. P. sequere carnifex.
LA. Hospes. C non sum hospes, repudio hospitium
tuum.
LA. Siccine me spernis? C. sic ago, semel bibo.
LA. Dii te infelicent. C. isti capiti dicito.
Credo alium in aliam belluam hominem vortier.
Illic in columbum, credo, leno vortitur.
Nam in columbari collum haud multo post erit;
In nervom ille hodie nidamenta congeret.
Veruntamen ibo ei advocatus ut siem,
Si quî mea opera citius addici potest.

ACTUS IV. SCENA I.

DÆMONES *senex*.

BEnefactum & volupe est hodie me his mulier-
culis
Tetulisse auxilium. jam clientas repperi,
Atque ambas forma scitula, atque ætatula.
Sed uxor sceleſta me omnibus servat modis,
Ne quî significem quippiam mulierculis.
Sed Gripus servos noster quid rerum gerat,
Miror, de nocte qui abiit piscatum ad mare;
Pol magis sapisset, si dormivisset domi.
Nam nunc & operam ludos facit, & retia.
Ut tempestas est nunc, atque ut noctu fuit.
In digitis hodie percoquam quod ceperit;
Ita fluctuare video vehementer mare.

d prandium uxor me vocat. redeo domum.
ne as appilabit aures sua vaniloquentia.

ACTUS IV. SCENA II.

GRIPUS *piscator.*

Neptuno has ago meo patrono gratias,
Qui salsis locis incolit pisculentis,
me ex suis pulcre ornatum expedivit
plis reducem, plurima præda onustum,
e horiæ, quæ in mari fluctuoso
ıtu novo me uberi compotivit.
)que modo atque incredibili hic piscatus mihi
ide evenit, neque piscium ullam unciam hodie
do cepi, nisi hoc quod fero in rete.
ı ut de nocte multa impigre exsurrexi,
tum præposivi sopori, & quieti.
ıpestate sæva experiri expetivi
pertatem heri: qui & meam sententiam
erarem, opera haud fui parcus mea. Nimis homo
HILI EST qui piger est: nimisque id genus odi
ego male.
GILARE DECET hominem, qui volt sua tempori
conficere officia.
ın enim illum expectare oportet, dum herus se ad
suum suscitet officium: (quiescunt.
im qui dormiunt libenter, sine lucro & cum malo
im ego nunc mihi, qui impiger fui, repperi, ut pi-
ger, si velim, siem.
)c ego in mari quidquid inest reperi. quicquid in-
est, grave quidem est. aurum
c ego inesse reor, nec mihi conscius est ullus ho-
mo. nunc hæc tibi (te.
:casio, Gripe, obtigit, ut liberet extemplo prætor
unc sic faciam, sic consilium est: ad herum ve-
niam docte atque astute,
auxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut
sim liber.
am ubi liber ero, igitur demum instruam agrum,
ædes, mancipia:
Navibus magnis mercaturam faciam, apud reges
rex perhibebor.
Post animi causa mihi navem faciam, atque imita-
bor Stratonicum:

Oppida

Oppida circumvectabor: ubi nobilitas meæ cl
clara,
Oppidum magnum communibo, ei ego urbi Gr
indam nomen,
Monimentum meæ famæ, & factis: ibique regnu
magnum instituam,
Magnas res hic agito in mente instruere: nunc hun
vidulum condam.
Sed hic rex cum aceto pransurus est, & sale, sine bo-
no pulmento.

ACTUS IV. SCENA III.

TRACHALIO *servus*, GRIPPUS *piscator.*

HEus mane. G. quid maneam? T. dum hanc tibi, quam trahis, rudentem complico.)
G. Mitte modo. T. at pol ego te adiuvabo. nam BONIS QUOD (fuit;
BENE FIT, haud perit. G. turbida tempestas heri
Nihil habeo, adolescens, piscium, ne tu mihi esse postules,
Non vides, me referre uvidum rete, sine squamoso pecu.
T. Non edepol piscis; expeto, quam tui sermonis sum indigens.
G. Enicas jam me odio quisquis es. T. non sinam ego abire hinc te. mane.
Cavesis malo. G. quid tu, malum, nam me retrahis? T. audi.
G. Non audio. T. at pol quin audies. G. quin post loquere quidvis.
T. Eho! modo est operæ pretium, quod tibi ego narrare volo.
G. Eloquere; quid id est? T. vide num quispiam consequitur prope nos.
G. Ecquid est, quod mea referat? T. scilicet! sed boni consilii
Ecquid in te mihi est? G. quid negotii est? modo dic. T. dicam.
Tace, si fidem modo das mihi, te non fore infidum.
G. Do fidem; tibi fidus ero quisquis es. T. audi: furtum ego vidi
Qui faciebat; noveram dominum, id cui fiebat; post ad

Fu-

em egomet devenio, feroque ei conditionem,
hoc pacto: (vis
istuc furtum scio, cui factum est: nunc mihi si
dimidium, indicium domino non faciam: is
mihi nihil
am respondit. quid inde æquom est dari mihi? di-
midium
o ut dicas. G. imo hercle etiam amplius: nam
nisi dat, domino dicundum (mum:
nseo. T. tuo consilio faciam: nunc advorte ani-
mque hoc attinet omne ad te? G. quid est fa-
ctum? T. vidulum (G. quid est?
am cujus ille est, novi ego hominum jampridem
. Et quo pacto periit. G. at ego quo pacto inven-
tu'st, scio.
qui invenit hominem novi: & dominus qui nunc
est, scio.
hilo pol pluris tua hoc, quam quanti illud refert
mea. (tehac fuit.
go illum novi, cujus nunc est: tu illum, cujus an-
unc homo feret à me nemo, ne tute speres potius.
T. non ferat,
dominus veniat? G. dominus huic nemo. ne fru-
stra sis,
Nisi ego, nemo natu'st, hunc qui cepi in venatu meo.
. Itane vero? G. ecquem esse dices in mari pi-
scem meum? (meis,
Quos cum capio, siquidem cepi, mei sunt, habeo pro
Nec manu asseruntur, neque illinc partem quisquam
postulat.
n foro palam omnes vendo, pro meis venalibus.
Mare quidem commune certo'st omnibus. T. assen-
tio; (ter vidulum?
Qui minus hunc communem quæso mihi esse opor-
In mari inventu'st; commune est. G. næ impuden-
ter impudens! (ierint.
Nam si istuc jus sit quod memoras, piscatores per-
Quippe cum extemplo in macellum pisces prolati
sient,
Nemo emat, suam quisque partem piscium poscat
sibi. (dens?
Dicat in mari communi captos. T. quid ais impu-
Ausus etiam comparare vidulum cum piscibus?

Eas

Digitized by Google

Eadem tandem res videtur? G. in manu non est me
Ubi demisi retem, atque hamum, quicquid hæsit, e
trahe.
Meum quod rete atque hami nacti sunt, meum
tissumum'st. (pisti. G. philosop
T. Imo hercle haud est, si quidem quod vas e
T. Sed tu en unquam piscatorem vidisti, venefic
Vidulum piscem cepisse? aut protulisse ullum in
rum?
Non enim tu hic quidem occupabis omnis quæstu
quos voles. s
Et victorem, & piscatorem te esse, impune, posse
Vel te mihi monstrare oportet, piscis qui sit vidulus
Vel quod in mari non natum est, neque habet squa
mas, ne feras.
G. Quid tu? nunquam audivisti esse antehac vidulu
piscem? T. scelus,
Nullus est. G. immo est profecto, ego, qui sum pisc
tor, scio. s
Vero raro capitur: nullus minus sæpe ad terram v
nit. (fer
T. Nil agis: dare verba speras mihi te posse, furc
Quo colore est? G. hoc colore capiuntur pauxillul
Sunt alii puniceo corio, magni item atque ac
T. scio.
Tu hercle opinor in vidulum te piscem convorte
nisi caves: c
Fet tibi puniceum corium, postea atrum denuo.
G. Quod scelus hodie hoc inveni? T. verba fac
mus, it dies:
Videsis; cujus arbitratu nos facere vis? G. vidu
Arbitratu. T. ita enimvero stultus es. G. salv
Thales.
T. Tu istunc hodie non feres, nisi das sequestrum
aut arbitrum,
Quojus hæc res arbitratu fiat. G. quæso sanus es?
T. Elleborosus sum. G. ego cerritus: hunc no
mittam tamen.
T. Verbum adde etiam unum, jam in cerebro c
phos abstrudam tuo. (exurgeri so
G. Ego jam hic te, itidem quasi penicillus nq
Ni hunc amittis, exurgebo, quicquid humori
bi'st.

Tu

Digitized by Google

'ange, affligam ad terram te itidem, ut piscem so-
leo polypum.
is pugnare? T. quid opu'st? quin tu potius præ-
dam divide. (les.
. Hinc tu nisi malum franiſci nihil potes: ne postu-
beo ego hinc. T. at ego hinc offlectam navem, ne
quo abeas: mane.
. Si tu proreta isti navies, ego gubernator ero. 75
litte rudentem, sceleste. T. mittam. omitte vidu-
lum. (natior.
. Nunquam hercle hinc hodie ramenta fies fortu-
. Non probare pernegando mihi potes, nisi pars
datur,
ut ad arbitrum reditur, aut sequestro ponitur.
. Quemne ego excepi in mari? T. at ego inspe-
ctavi è littore. 80
Mea opera, labore, & reti, & horia? T. num
qui minus, (vi procul,
i veniat nunc dominus quojus est, ego qui inspecta-
e hunc habere, fur sum, quam tu? G. nihilo.
T. mane, mastigia.
Quo argumento socius non sum, & fur sum, fac
dum ex te sciam.
. Nescio, neque ego istas vostras leges urbanas
scio, 85
Nisi quia hunc meum esse dico. T. & ego item esse
aio meum. (socius sies.
. Mane jam, reperi rem, quo pacto nec fur nec
. Quo pacto? G. sine me hinc abire, tu abi taci-
tus tuam viam,
Nec tu me quoiquam indicassis, neque ego tibi quic-
quam dabo.
Tu taceto, ego mussitabo. hoc optumum atque
æquissumum est. 90
. Ecquid conditionis audes ferre? G. jamdudum
fero
Ut abeas, rudentem amittas, mihi molestus ne sies.
. Manedum, refero conditionem. G. te obsecro
hercle. aufer te modo. (nos meos.
. Ecquem in his locis novisti? G. oportet visi-
. Ubi tu hic habitas? G. porro illic longe usque
in campis ultimis. 95
. Vin' qui in hac villa habitat, ejus arbitratu fieri?
G. Pau-

Digitized by Google

G. Paulisper remitte restem, dum concedo & consulo. (est mea
T. Fiat. G. euge! salva res est: præda hæc perpetua
Ad meum herum arbitrum vocat me hic intra præsti-
pis meas. (lum. eg
Nunquam hercle hodie abjudicabit ab suo triobo-
Næ istic haud scit, quam conditionem tetulerit. ibi
ad arbitrum.
T. Quid igitur? G. quanquam istuc esse jus meum
certo scio, (placet
Fiat istuc potius, quam nunc pugnem tecum. T. mane
G. Quanquam ad ignotum arbitrum me appellis, si
adhibebit fidem,
Itti ignotus'st: si non, notus ignotissimus est. ios

ACTUS IV. SCENA IV.

DÆMONES *senex*, PALÆSTRA, AMPELISCA, TRACHALIO GRIPUS.

STrio, edepol, quanquam volo vobis quæ voluis mulieres, (bus:
Metuo propter vos, ne uxor mea me extrudat ædi-
Quæ me pellices adduxisse dicet ante oculos suos.
Vos confugite in aram potius, quam ego. M. misera perimus. (foras
D. Ego vos salvas sistam; ne timete. sed quid vos
Prosequimini? quoniam ego assum, faciet nemo injuriam. (præsides.
Ito, inquam, domum ambo nunc jam ex præsidio
G. O here, salve. D. salve, Gripe quid fit? T. tuusne hic servos est?
G. Haud pudet. T. nihil ago tecum. G. ergo abi hinc sis. T. quæso responde, senex.
Tuus hic servos est? D. meus est. T. hem! istuc optume, quando tuus est. ie
Iterum te saluto. D. & ego te. tune es qui haud multo prius
Abisti hunc herum arcessitum? T. ego is sum
D. quid nunc vis tibi?
T. Nempe hic tuus est? D. meus est. T. istuc optime, quando tuu'st.
D. Quid negoti'st? T. vir sceleftus illic est. D. quid fecit tibi?

Digitized by Google

ir sceleſtus? T. homini ego isti talos ſuffringi volo.
. Quid eſt, qua de re litigatis nunc inter vos?
T. eloquar.
. Immo ego eloquar. T. ego, opinor, rem faceſſo. G. ſiquidem (vorte ac tace;
i pudicus, hinc faceſſas. D. Gripe, animum ad-
. Utin' iſtic prius dicat? D. Audi, loquere tu
G. alienon' prius,
uam tuó dabis orationem? T. ut nequitur comprimi!
ta ut occœpi dicere, illum quem dudum
enonem extruſiſti, hic ejus vidulum eccillum.
. Non habeo. T. negas quod oculis video? G. ac ne videas velim.
labeo, non habeo; quid tu me curas, quid rerum geram?
T. Quomodo habeas, illud refert, jurene, anne injuria.
G. Ni iſtum cepi, nulla cauſſa eſt, quin me condones cruci: (meum?
Si in mari reti apprehendi, quî tuum potius eſt, quam
T. Verba dat, hoc modo res geſta eſt, ut ego dico;
G. quid tu ais?
T. Quoad primarius vir dicat, comprime hunc ſis, ſi tuus eſt.
G. Quid? tu idem mihi vis fieri, quod herus conſuevit tibi?
Si ille te comprimere ſolitus, hic noſter nos non ſolet.
D. Verbo illo modo ille vicit. quid nunc tu vis? dic mihi. (de iſtoc vidulo,
T. Equidem neque ego partem poſco mihi iſtinc
Neque meum hodie eſſe unquam dixi: ſed iſtic ineſt ciſtellula
Hujus mulieris, quam dudum dixi fuiſſe liberam.
D. Nempe tu hanc dicis, quam eſſe ajebas dudum popularem meam? (pundia,
T. Admodum; & ea, quæ olim parva geſtavit creIſtic in iſta ciſtula inſunt, quæ iſtic ineſt in vidulo:
Hoc neque iſti uſus eſt, & illi miſeræ ſupperias ferret,
Si id dederit, qui ſuos parentes quærat. D. faciam, ut det. tace.

G. Nihil ego hercle ſum iſti daturus. T. nihil peto niſi ciſtulam,
Ut crepundia. G. quid ſi ea ſunt aurea? T. quid (quabitur.
iſtic tua?
Aurum auro expendetur, argentum argento exa-
G. Fac ſis aurum ut videam, poſt ego faciam ut (cere.
ideas ciſtulam.
D. Cave malo, ac tace tu, tu perge, ut occœpiſti.
T. Unum te obſecro: ut te hujus commiſereſcat mu-
lieris:
Siquidem hic lenonis ejus eſt vidulus, quem ſuſpicor.
Hic niſi de opinione, certum nihil dico tibi.
G. Viden', ſceleſtus ut aucupatur? T. ſine me, ut
occœpi, loqui.
Si ſceleſti illius eſt hic quojus dico vidulus,
Hæ poterunt noviſſe; oſtendere his jube. G. ain' (las.
oſtendere?
D. Haud iniquum dicit, Gripe, ut oſtendatur vidu-
G. Immo hercle inſignite inique. D. quidum? G. quia
ſi oſtendero,
Continuo hunc noviſſe dicent ſcilicet. T. ſcelerum
caput,
Ut tute es, item omnis cenſes eſſe? perjurii caput!
G. Omnia iſthæc ego facile patior, dum hic hinc à
me ſentiat. (nium.
T. Atqui nunc abs te ſtat, verum hinc ibit teſtimo-
D. Gripe, advorte animum: tu paucis expedi, quid
poſtulas. (nuo; 61
T. Dixi equidem: ſed ſi parum intellexit, dicam de-
Haſce ambas, ut dudum dixi, ita eſſe oportet liberas:
Hæc Athenis parva fuit virgo ſurrepta. G. dic mihi,
Quid iſta ad vidulum pertinent, ſervæ ſint iſtæ an
liberæ? (dies. 65
T. Omnia iterum vis memorari, ſcelus, ut deſat
D. Abſtine maledictis, & mihi, quod rogavi, dice.
T. Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto
viculo,
Ubi ſunt ſigna, quî parentes noſcere hæc poſſit ſuos,
Quibus cum parva Athenis periit, ſicuti dixi prius.
G. Juppiter te diique perdant! quid ais, vir vene-
fice? 70
Quid? iſtæ mutæ ſunt, quæ pro ſe fabulari non
queant?

T. Ho

Digitized by Google

P. Eo tacent, quia tacita bona'ſt mulier ſemper, quam loquens. (hi es.
G. Tum pol tu pro oratione, nec vir, nec mulier mi-
P. Quidum? G. quia enim neque loquens es, neque tacens unquam bonus.
Quæſo an unquam hodie licebit mihi loqui? D. ſi præter hac
Verbum faxis hodie, ego tibi comminuam caput.
T. Ut id occœpi dicere, ſenex, eam te quæſo ciſtulam
Ut jubeas hunc reddere illis: ob eam ſi quid poſtulat
Sibi mercedis, dabitur: aliud quicquid ibi eſt, habeat ſibi.
G. Nunc demum iſtuc dicis, quoniam jus meum eſſe intellegis:
Dudum dimidiam petebas partem. T. immo etiam nunc peto. (tamen.
G. Vidi petere milvium, etiam cum nihil auferret
D. Non ego te comprimere poſſum ſine malo? G. ſi iſtic tacet, (loqui.
Ego tacebo: ſi iſtè loquitur, ſine me pro re mea parte
D. Cedo modo mihi iſtum vidulum, Gripe. G. concredam tibi.
At ſi iſtorum nihil ſit, ut mihi reddas. D. reddetur.
G. tene. (quod loquor:
D. Audi nunc jam, Palæſtra, atque Ampeliſca, hoc
Eſtne hic vidulus, ubi ciſtellam tuam ineſſe ajebas?
P. is eſt.
G. Perii hercle ego miſer, ut priuſquam plane adſpexit, ilico
Eum eſſe dixit! P. faciam ego hanc rem planam tibi:
Ciſtellam iſtic ineſſe oportet caudeam in iſto vidulo.
Ibi ego dicam, quicquid inerit nominatim; tu mih
Nullus oſtenderis, ſi falſa dicam, fruſtra dixero.
Vos tamen iſtæc quicquid iſtic inerit, vobis habebitis.
Sed ſi erunt vera, tum obſecro te, ut mea mihi reddantur. D. placet,
Jus merum oras, meo quidem animo. TR. ac meo hercle.
G. Quid ſi iſta aut ſuperſtitioſa, aut ariola eſt? atque omnia
Quicquid inſit, vera dicet, anne habebit ariola?

Digitized by Google

D. Non refert, nisi vera dicet, nequicquam argu-
labitur.
P. Solve vidulum ergo, ut quidquid sit verum,
quamprimum sciam.
G. Hoc habet. solutum est: ah perii! video ci-
stellam. D. hæccine est?
P. Isthæc est. ô mei parentes, hic vos conclusos
gero,
Hoc opesque spesque vostrum cognoscendum con-
G. Tunc tibi hercle deos iratos esse oportet, quis-
quis es,
Quæ parentes in tam angustum tuos locum compe-
D. Gripe, accede huc: tua res agitur. tu puella,
istinc procul
Dicito quid insit, & qua facie; memorato omnia.
Si hercle tantillum peccassis, quod posterius postules
Te ad verum converti, nugas, mulier, magnas egeris.
G. Jus bonum oras. T. edepol haud orat te: nam tu
injurius.
D. Loquere nunc jam, puella. Gripe, animum ad-
vorte, ac tace.
P. Sunt crepundia. D. ecca video. G. perii in primo
prælio.
Mane, ne offenderis. D. qua facie sunt? responde ex
P. Ensiculu'st aureolus primum litteratus. D. di-
ce dum.
In eo ensiculo litterarum quid est? P. mei nomen
patris.
Post altrinsecus est securicula ancipes, item aurea
Litterata, ibi matris nomen in securicula'st. D. mane.
Dic in ensiculo quod nomen est paternum? P. Dæ-
mones.
D. Dii immortales! ubi loci sunt spes meæ? G. im-
D. Perge, obsecro, continuo. G. placide, ante ite in
malam crucem.
D. Loquere matris nomen hic in securicula quid siet.
P. Dædalis. D. dii me servatum cupiunt. G. at me,
perditum.
D. Filiam meam esse hanc oportet, Gripe. G. sit per
Qui te dii omnes perdant, qui me hodie oculis vi-
disti tuis:
Meque adeo sceleſtum, qui non circumspexi cen-
ties

Prius, me ne quis inſpectaret, quam rete extraxi ex aqua. (maniculæ, &
P. Poſt eſt ſicilicula argenteola, & duæ connexæ
Sucula. G. quin tu i dierecta, cum ſucula, & cum porculis. (die.
P. Et bulla aurea eſt, pater quam dedit mihi natali
D. Ea eſt profecto: contineri, quin complectar, non queo.
Filia mea ſalve: ego is ſum, qui te produxi, pater:
Ego ſum Dæmones, & mater tua ecca hic intus Dædalis.
P. Salve, mi pater inſperate. D. ſalve: ut te amplector libens! (tigitt
T. Volupe'ſt, cum iſtuc ex pietate voſtra vobis con-
D. Capedum, hunc, ſi potes, fer intro vidulum, age Trachalio.
T. Ecce Gripi ſcelera: cum iſtæc res male evenit tibi,
Gripe, gratulor. D. age eamus, mea gnata, ad matrem tuam,
Quæ ex te poterit argumentis hanc rem magis exquirere, (tua.
Quæ te magis tractavit, magiſque ſigna prenovi.
T. Eamus intro omnes, quando operam promiſcuam damus.
P. Sequere me, Ampeliſca. A. cum te dii amant, voluptati eſt mihi.
G. Sumne ego ſceleſtus? qui illunc hodie excepi vidulum, (co.
Aut cum excepi, qui non alicubi in ſolo abſtruſi lo-
Credebam edepol turbulentam prædam eventuram mihi,
Quia illa mihi tum turbulenta tempeſtate evenerat:
Credo edepol ego illic ineſſe auri & argenti largiter.
Quid melius eſt, quam ut hinc intro abeam, & me ſuſpendam clanculum? (niã.
Saltem tantiſper dum abſcedat hæc à me ægrimo-

ACTUS IV. SCENA V.

DÆMONES *ſenex.*

PRoh dii immortales! quis me eſt fortunatior,
Qui ex improviſo filiam inveni meam.

Digitized by Google

Satin'ſi quoi homini Dei eſſe benefactum volant,
Aliquo illud pacto obtingit optatum piis?
Ego hodie *qui* neque ſperavi neque credidi,
Is improviſo filiam inveni tamen:
Et eam de genere ſummo adoleſcenti dabo
Ingenuo, Athenienſi, & cognato meo.
Ego eum adeo arceſſi huc ad me quamprimum volo:
Juſſique exire huc ejus ſervom, ut ad forum
Iret: nondum egreſſum eſſe eum, id miror tamen.
Accedam, opinor, ad fores. quid conſpicor?
Uxor complexa collo retinet filiam:
Nimis pæne inepta atque otioſa ejus amatio eſt.

ACTUS IV. SCENA VI.

DÆMONES, TRACHALIO *ſervus.*

ALiquando oſculandi melius eſt, uxor, pauſam fieri.
Atque adorna ut rem divinam faciam, cum intro advenero,
Laribus familiaribus, cum auxerunt noſtram fami-liam.
Sunt domi agni, & porci ſacres. ſed quid iſtum remoramini,
Mulieres, Trachalionem? atque optume eccum exit foras.
T. Ubi ubi erit, tamen jam inveſtigabo, & mecum ad te adducam ſimul filia:
Pleuſidippum. D. eloquere ut hæc res obtigit de
Eum rogato, ut relinquat alias res, & huc veniat.
T. licet.
D. Dicito daturum meam illi filiam uxorem. T. licet
D. Et patrem ejus me noviſſe, & mihi eſſe cognatum. T. licet.
D. Sed propera. T. licet. D. jam hic fac ſit cœna ut curetur. T. licet.
D. Omnian' licet? T. licet. ſed ſcin' quid eſt quod te volo? D licet.
Quod promiſiſti, ut memineris, hodie ut liber ſim.
T. Fac ut exores Pleuſidippum, ut me emittat manu. D. licet.
T. Et tua filia facito oret: facile exorabit. D. licet.
T. Atque ut mihi Ampeliſca nubat, ubi ego ſim liber. D. licet. riar. D. licet.
T. Atque ut gratum mihi beneficium factis expe-

T. O-

Digitized by Google

. Omnian' licet? D. licet. tibi rursum refero gratiam.
ed propera ire in urbem actutum, & recipe te huc rursum. T. licet.
am hic ero, tu interibi adorna cæterum, quod opus est. D. licet.
. Hercules istum infelicitet cum sua licentia.
a meas replevit aures. quicquid memorabam, licet.

ACTUS IV. SCENA VII.

GRIPUS *piscator*, DÆMONES *senex*.

QUam mox licet te compellare, Dæmones?
D. Quid est negocii, Gripe? G de illo vidulo
i sapias, sapias: Habeas quod dii danunt boni.
). Æquom videtur tibi, ut ego, alienum quod est,
leum esse dicam? G. quodne ego inveni in mari?
). Tanto melius illi obtigit, qui perdidit;
uum esse nihilo magis oportet vidulum.
. Isto tu pauper es, cum nimis sancte pius.
). O Gripe Gripe! in ætate hominum plurimæ
iunt transennæ, ubi decipiuntur dolis.
tque edepol in eas plerumque esca imponitur;
uam si quis avidus poscit escam avariter,
ecipitur in transenna avaritia sua.
le qui consulte, docte, atque astute cavet,
iutine uti bene licet partum bene.
ihi istæc videtur præda prædatum iriet,
t cum majore dote abeat quam advenerit.
gone, ut quod ad me allatum esse alienum sciam,
elem? minume istæc faciet noster Dæmones.
emper cavere hoc sapientes æquissumum est,
e conscii sint ipsi maleficiis suis.
go mihi cum lusi, nihil moror ullum lucrum.
. Spectavi ego pridem comicos ad istum modum
apienter dicta dicere, atque iis plaudier,
um illos sapientis mores monstrabant populo.
ed cum inde suam quisque ibant divorsi domum,
ullus erat illo pacto, ut illi jusserant.
). Abi intro, ne molestus, linguæ tempera,
go daturus tibi nihil sum, ne tu frustra sis.
. At ego deos quæso, ut quicquid in illo vidulo'st,
aurum, si argentum est, omne id ut fiat cinis.
. Illuc est quod nos nequam servis utimur.

Digitized by Google

Nam illic cum servo si quo congressus foret,
Et ipsum sese, & illum furti astringeret.
Dum prædam habere se censeret, interim
Præda ipsus esset, præda prædam duceret.
Nunc hinc intro ibo, & sacrificabo, post ibi
Jubebo nobis cœnam continuo coqui.

ACTUS IV. SCENA VIII.

PLEUSIDIPPUS *adolescens*, TRACHALIO *servus*.

ITerum mihi istæc omnia itera, mi anime, mi Trachalio,
Mi liberte, mi patrone, immo potius, mi pater.
Repperit patrem Palæstra suum, atque matrem? T. repperit.
P. Et popularis est? T. opinor. P. & nuptura est mihi? T. suspicor.
P. Censen' hodie despondebit eam mihi, quæso? T. censeo.
P. Quid? patri etiam gratulabor cum illam invenit? T. censeo.
P. Quid? matri ejus? T. censeo. P. qui ergo censes? T. quod rogas
Censeo. P. dic ergo quanti censes? T. egone? censeo.
P. At sume quidem, ne censionem semper facias. T. censeo.
P. Quid si curram? T. censeo. P. an sic potius placide? T. censeo.
P. Etiamne eam adveniens salutem? T. censeo. P. etiamne ejus patrem?
T. Censeo. P. post ejus matrem? T. censeo. P. quid postea? T. censeo.
Etiamne adveniens complectar ejus patrem? T. non
P. Quid matrem? T. non censeo. P. quid eampse illam? T. non censeo.
P. Perii! delectum dimisit, nunc non censet cum volo.
T. Sanus non es, sequere. P. duc me, mi patrone, quo libet.

ACTUS V. SCENA I.

LABRAX.

QUis me est mortalium miserior, qui vivat alter hodie?
Quem ad recuperatores modo damnavit Pleusidippus.

Digitized by Google

judicata à me modo est Palæstra: perditus sum.
m lenones ex gaudio credo esse procreatos,
omnes mortales, si quid est mali lenoni, gaudent.
nc alteram illam, quæ mea est, visam huc in Ve-
neris fanum, (quiarum.
tem ut eam abducam, de bonis quod restat reli-

ACTUS V. SCENA II.

GRIPUS *piscator*, LABRAX *leno*.

Unquam edepol hodie ad vesperam Gripum
inspicietis vivum,
isi vidulus mihi redditur. L. perii cum mentionem
ieri audio usquam viduli, quasi palo pectus tundat.
. Istic sceleslus liber est: ego qui in mari prehendi
tete, atque excepi vidulum, dare ei negatis quic-
quam.
.. Pro dii immortales! suo mihi hic sermone arre-
xit auris. (quæque.
G. Cubitum hercle longis literis signabo jam usque-
si quis perdiderit vidulum cum auro atque argento
multo, (tis.
Ad Gripum ut veniat. non feretis istum, ut postula-
L. Meum hercle illic homo vidulum scit, qui habet,
ut ego opinor.
Adeundus mihi illic est homo. dii quæso subvenite.
G. Quid me intro revocas? hoc volo hic ante o-
stium extergere. (est.
Nam hoc quidem pol è rubigine, non è ferro factum
Ita quanto magis extergeo, rutilum atque tenuius fit.
Nam quidem hoc Vere natum est veru, ita in mani-
bus consenescit.
L. Adolescens, salve. G. dii te ament, cum irraso
capite. L. quid fit?
G. Verum extergetur. L. ut vales? G. quid tu?
num medicus quæso es;
L. Immo edepol una littera plus sum, quam medicus.
G. tum tu (ma.
Mendicus es? L. tetigisti acu. G. videtur digna for-
Sed quid tibi est; L. hac proxuma nocte in mari
clavi. nam
Confracta est navis, perdidi quicquid erat miser ibi
omne. (argento multo.
G. Quid perdidisti; L. vidulum cum auro, atque

Digitized by Google

G. Ecquid meministi in vidulo qui perii, quid in
fuerit ibi?
L. Quid refert? qui periit. G. tamen si non hoc,
aliud fabulemur. (figura. 35
Quid si ego sciam qui evenerit? volo ex te scire.
L. Numi octingenti aurei in marsupio inhaerent.
Praeterea centum denaria Philippea in pasceolo fe-
rosus. (piscr:
G. Magna hercle praeda'st; largiter mercedis inii-
Dii homines respiciunt, bene ego hinc praedam
ibo.
Profecto hujus est vidulus. perge alia tu expedire;
L. Talentum argenti commodum magnum inerat in
crumina; (thusque.
Praeterea sinus, epichysis, cantharus, gaulus, cya-
G. Papae! divitias tu quidem habuisti luculentas.
L. Miserum istuc verbum, & pessumum est, Habuisse,
& nihil habere. (que? 35
G. Quid dare velis, qui istaec tibi investiget, indica-
Eloquere propere, celeriter. L. nummos trecentos.
G. tricas.
L. Quadringentos. G. tramas putridas. L. quingen-
tos. G. cassam glandem.
L. Sexcentos. G. curculiunculos minutos fabulare.
L. Dabo septingentos. G. os calet tibi: nunc id fri-
gidefactas.
L. Mille dabo numos. U. somnias. L. nihil addo.
abi. G igitur audi, 40
Si hercle abiero hinc, hic non ero. L. vin' centum
& mille? G. dormis.
L. Eloquere hercle, quantum postules. G. quo ni-
hil invitus addas,
Talentum magnum; non potest triobolum hinc abes-
Proin tu vel ajas, vel neges. L. quid istic necesse
esse video:
Dabitur talentum. G. accede dum hinc. Venus haec
volo arroget te. 45
L. Quod tibi libet, id mihi impera. G. tange aram
hanc Veneris. L. tango,
G. Per Venerem hanc jurandum est tibi. L. quid ju-
rem? G. quod jubebo.
L. Praeiverbis quidvis. id quod domi est, nunquam
alii supplicabo.

G. Tene

Tene aram hanc. L. teneo. G. dejura te mihi
argumentum daturum,
dem die, viduli ubi sis potitus. L. fiat.
L. Venus Cyrenensis, testem te testor mihi:
vidulum illum, quem ego in navi perdidi,
m auro atque argento salvum investigavero,
ue in potestatem meam pervenerit:
Tum ego huic Gripo dico, inquito, & me tangito.
Tum ego huic Gripo dico, Venus, ut tu audias.
. L. Talentum argenti magnum continuo dabo.
. Et si fraudassis, dicito, uti te in quæstu tuo
enus eradicet caput atque ætatem tuam.
ecum hoc habeto tamen, ubi juraveris.
. Et illum ego advorsum si quid peccasso, Venus,
eneror te, ut omnes miseri lenones sient.
G. Tamen siet, etsi tu fidem servaveris.
Tu hic operire: jam ego faxo exibit senex;
Eum tu continuo vidulum reposcito.
L. Si maxume mihi illum reddiderit vidulum,
Non illi ego hodie debeo triobolum:
Meus arbitratus est, lingua quod juret mea.
Sed conticescam. eccum exit, & ducit senem.

ACTUS V. SCENA III.

GRIPUS *piscator*, DEMONES *senex*.
LABRAX *leno*.

SEquere hac: ubi istic leno est? heus tu! heni tibi,
hic habet vidulum.
D. Habeo, & fateor esse apud me, &, si tuus est, ha-
Omnia, ut quicquid infuere, ita salva sistentor tibi.
Tene si tuus est. L. ô dii immortales? meus est. salve vidule.
D. Tuusne est? L. rogitas? Siquidem hercle Jovis
fuit, meus est tamen.
D, Omnia insunt salva: una istinc cistella excepta
est modo,
Cum crepundiis, quibuscum hodie filiam inveni
meam.
L. Quam? D. tua quæ fuit Palæstra, ea filia inventa
est mea.
L. Bene me hercle est factum: cum istæc tibi res ex
sententia
Pulcre evenit, gaudeo, D. istuc facile non credo
tibi.
L. Immo hercle ut scias gaudere me, mihi triobolum
Ob eam ne duis: condono te. D. benigne edepol
facis. L. Im-

Digitized by Google

L. Immo tu quidem hercle vero. G. heus tu jamne
habes vidulum?
L. Habeo. G. propera. L. quid properabo? G. redde
re argentum mihi.
L. Neque edepol tibi do, neque quicquam debeo.
quæ hæc factio est? (fit
Non debes? L. non hercle vero. G. non tu juratus
mihi es? (mihi:
L. Juratus sum, & nunc jurabo, si quid voluptati est
Jusjurandum rei servandæ, non perdendæ conditum
est.
G. Cedo sis mihi talentum magnum argenti, perju-
rissume. (mihi
D. Gripe, quod tu istum talentum poscis? G. juravit
Dare. L. libet jurare: tun' meo pontifex perjurio es?
D. Qua pro re argentum promisit hic tibi? G. si
vidulum
Istum redegissem in potestatem ejus, juratus dare
Mihi talentum magnum argenti. L. cedo quicum
habeam judicem, (siem
Ni dolo malo instipulatus sis, nive etiam dum
Quinque & viginti natus annos. G. habe cum hoc.
L. alio' st opus.
D. Jam abisto auferre haud sinam, nisi istum con-
demnavero. (meo
Promisisti huic argentum? L. fateor. D. quod servo
Promisisti, meum esse oportet. ne ut leno postules
Te hic si de lenonia uti: non potes. G. jam te ratus
Nactum hominem quem defraudates. dandum huic
argentum est probum:
Id ego continuo huic dabo, adeo me ut hic emittat
manu. (mea
D. Quando ergo erga te benignus fui, atque opera
Hæc tibi sunt servata. G. immo hercle mea, ne tu di-
cas tua. (decet
D. Si sapies, tacebis: tum te mihi benigne itidem ad-
Benemerenti bene referre gratiam. L. nempe pro
Jure oras D. mirum quin tuum jus meo periculo
abs te expetam.
G. Salvus sum. leno labascit libertas portenditur.
D. Vidulum istunc ille invenit, illud mancipium
meum est.
Ego tibi nunc porro servavi cum magna pecunia.

L. Gib-

Digitized by Google

Gratiam habeo, & de talento nulla cauſſa eſt quin feras, (ſapis.
od iſti ſum juratus. G. heus tu mihi dato ergo ſi Tacen' an non? G. tu meam rem ſimulas agere, tu mibi (perdidi.
on hercle iſtoc me intervortes, ſi aliam prædam . Vapulabis, verbum ſi addes iſtuc unum. G. vel hercle enica.
on tacebo unquam alio pacto, niſi talento comprimor.
. Tibi operam hic quidem dat: taceo. D. concedo hoc tu leno. L. licet. (fieri.
. Paiam age, nolo murmur ullum neque ſuſurrum . Dic mihi, quanti illam emiſti tuam alteram mulierculam (tibi
mpeliſcam? L. mille nummos denumeravi. D. vin' onditionem luculentam ferre me? L. ſane volo.
. Dividuum talentum faciam. L. bene facias. D. pro illa altera, (do.
ibera ut ſit, dimidium tibi ſume, dimidium huic ce-. Maxume. D. pro illo dimidio ego Gripum emittam manu,
Quem propter tu vidulum, & ego natam inveni. L. bene facis.
Gratiam habeo magnam. G. quam mox mihi argentum ergo redditur?
D. Res ſoluta eſt. Grippe, ego habeo. G. hercle, at ego me mavolo.
D. Nihil hercle hic tibi eſt, ne tu ſperes. jurisjurandi volo (occidi.
Gratiam facias. G. perii hercle: niſi me ſuſpendo,
Nunquam hercle iterum defraudabis me quidem poſt hunc diem.
D. Hic hodie cœnato, leno. L. fiat, conditio placet.
D. Sequimini intro. ſpectatores, vos quoque ad cœnam vocem, (domi,
Ni daturus nihil ſim, neque ſit quicquam pollucti
Nive adeo vocatos credam vos eſſe ad cœnam foras.
Verum, ſi voletis plauſum fabulæ huic clarum dare,
Commeſſatum omnes venitote ad me ad annos ſedecim.
Vos hic hodie cœnatote ambo. L. fiat. D. Plauſum date.

FINIS RUDENTIS. STI-

Digitized by Google

STICHUS.

Dramatis Personæ.

PANEGYRIS *mulier.*
PINACIUM *mulier.*
ANTIPHO *senex.*
GELASIMUS *parasitus.*
CROCOTIUM *ancilla.*
DINACIUM *puer.*
EPIGNOMUS.
STICHUS *servus.*
PAMPHILIPPUS *adolescens.*
SAGARINUS *servus.*
STEPHANIUM *ancilla*

ARGUMENTUM.

Senex castigat filias, quod hæ viros
Tam perseverent peregrinantis pauperes
Ita sustinere fratres, neque relinquere.
Contraque verbis delenitur commodis,
Habere sineret, quos semel nacta foret.
Viri reveniunt opibus aucti trans mare,
Suam quisque retinet, ac Stichо ludus datur.

ACTUS I. SCENA 1.

PANEGYRIS, PINACIUM, *sorores.*

CRedo ego miseram fuisse Penelopam,
Soror, suo ex animo, quæ tamdiu vidua
Viro suo caruit. nam nos ejus animum
De nostris factis noscimus, quarum viri hinc absunt,
Quorumque nos negotiis absentum, ut est æquum, §
Sollicitæ noctes & dies, soror, sumus semper.
PI. Nostrum officium nos facere æquum est, neque
Id magis facimus, quam nos monet pietas.
Sed hic, mea soror, assisdum; multa volo tecum
Loqui de re viri. PA. salvæne amabo?
PI. Spero quidem, & volo: sed hoc, soror, crucior,
Patrem tuum meumque adeo, unice qui unus
Civibus ex omnibus probus perhibetur,
Eum nunc improbi viri officio uti;
Viris qui tantas absentibus nostris
Facit injurias immerito,
Nosque ab his abducere volt.
Hæ res vitæ me, soror, saturant:
Hæ mihi dividiæ & senio sunt.
PA. Neu lacrima, soror; neu tuo id animo
Fac, quod tibi tuus pater facere minatur.
Spes est enim melius facturum.
Novi ego illum: istæc joculo dicit:

Neque

Digitized by Google

que ille sibi mereat Persarum
ates qui aurei perhibentur
istuc faciat, quod tu metuis.
men si id faciat, minume irasci
ecet: neque id immerito eveniet.
am viri nostri domo ut abierunt,
c tertius Annus. PI. Ita ut memoras.
A. Cum ipsi interea vivant, valeant;
bi sint, quid agant, ecquid agant,
eque participant nos, neque redeunt.
I. An id doles, soror, quia illi suum officium
on colunt, cum tuum facis? PA. Ita pol.
ace sis: cave sis audiam ego istuc,
ave posthac ex te. PA. nam quî jam?
I. Quia pol meo animo OMNES SAPIENTES
uum officium æquom est colere & facere.
uam obrem ego te hoc, soror, tametsi es major,
Ioneo, ut tuum memineris officium.
t si illi improbi sint, atque aliter
Nos faciant quam æquom est: tamen pol
Nequid magis simul omnibus obnoxiæ opibus,
Nostrum officium meminisse decet.
PA. Placet; Taceo. PL. at memineris facito.
? A. Nolo ego, soror, me credi esse immmemorem vi-
Neque ille eos honores, mihi quos habuit perdidit.
Nam mihi pol grata acceptaque hujus est benignitas,
Et me quidem hæc conditio nunc non pœnitet.
Neque est cur studeam has nuptias mutarier.
Verum postremo in patris potestate est situm.
Faciundum id nobis, quod parentes imperant.
PI. Scio, atque in cogitando, mœrore angor.
Nam propemodum jam ostendit suam sententiam.
PA. Igitur quæramus, nobis quid facto usus sit.

ACTUS I. SCENA II.

ANTIPHO, PANEGYRIS, PINACIUM.

QUi manet ut moneatur semper servos homo (ri,
officium suum, (haud probus est.
Nec voluntate id facere meminit, servos in habitu
Vos meministis quot calendis petere demensum ci-
bum, (in ædibus!
Qui minus meministis, quod opus sit facto, facere
Jam quidem in suo quidque loco nisi erit mihi situm
suppellectilis,

Cum

Digitized by Google

Cum ego revortar, vos monumentis commonefaciam bubulis.
Non homines habitare mecum mihi hic videntur, sed sues. (domum.
Facite sultis, nitidæ ut ædes meæ sint, cum redeam
Jam ego domi adero, ad meam majorem filiam invisо domum:
Si quis me quæret, inde vocatote aliqui, aut jam egomet hic ero.
PA. Quid agimus, soror, si offirmabit pater advorsum nos? PA. pati (tet.
Nos oportet, quod ille faciat, cujus potestas plus po-
A. Si manere hic sese malint potius, quã alio nubere,
Non faciant? quid mihi opus'st decurso ætatis spatio cum eis
Gerere bellum, cum nihil quamobrem faciam, meruisse arbitrer? (arbitror.
Minimè volo turbas. sed hoc mihi optumum factu
Principium ego quo pacto cum illis occipiam, id ratiocinor. (modum,
Utrum ego perplexim lacessam oratione ad hunc
Quasi nunquam quicquam tu eas simulem, quasi nihil inaudiverim, (20
Eas in se meruisse culpam; an potius tentem leniter,
An minaciter? scio lites fore: ego meas novi optume.
PI. Exorando, haud adversando sumendam operam censeo.
Gratiam à patre, si petimus, spero ab eo impetrassere:
Advorsari sine dedecore & scelere summo haud possumus. (dabo; 25
Neque ego sum factura, nequeu ut facias, consilium
Verum ut exoremus. novi egò nostros: exorabili'st.
A. Sic faciam, assimulabo, quasi aliquam culpam in se admiserint, (ra.
Perplexabiliter earum hodie perpave faciam pecto-
Post id agam igitur deinde, ut animus meus erit faciam palam. (foris. 20
Multa scio facienda verba: ibo intro, sed aperta est.
PI. Certo enim mihi paternæ vocis sonitus aures accidit.
PA. Is est ecastor: ferre advorsum hominem occupemus osculum. (cedite.
PI. Salve, mi pater. A. & vos ambæ, illico agite, abs-

PI. Oscu-

P I. Oſculum. A. ſat eſt oſculi mihi voſtri. P I. qua
amabo, pater? (pater.
A. Quia ita meæ animæ ſalſura evenit. P I. aſſide hic,
A. Non ſedeo, iſtic vos ſedere, ego ſedeo in ſub-
ſellio. (fultum eſt mihi.
P I. Mane pulvinum. A. bene procura mihi: ſatis ſic
P I. Sine pater. A. quid opus eſt? P I. opus eſt. A. mo-
rem tibi geram, atque hoc ſatis eſt.
P I. Nunquam enim nimis curare poſſunt ſuum pa-
rentem filiæ:
Quem æquius eſt nos potiorem habere, quam te?
poſtidea, pater, (milias?
Viros noſtros, quibus tu voluiſti eſſe nos matres fa-
A. Bonas ut æquom eſt facere, facitis: cum tamen
abſentis viros (tia eſt, pater.
Perinde habetis, quaſi præſentes ſint. P I. pudici-
Eos magnificare, qui nos ſocias ſumpſerunt ſibi.
A. Nunquis hic eſt alienus noſtris dictis anceps au-
ribus?
P A. Nullus præter nos, teque. A. voſtrum animum
adhiberi volo. (mulierum.
Nam ego ad vos nunc imperitus rerum, & morum
Diſcipulus venio ad magiſtras. quibus matronas mo-
ribus, (cat mihi.
Quæ optimæ ſunt, eſſe oportet? ſed utraque ut di-
P A. Quid iſtuc eſt, quod huc exquæſitum mulierum
mores venis? (mortua eſt.
A. Pol ego uxorem quæro, poſtquam voſtra mater
P A. Facile invenies, & pejorem, & pejus moratam,
pater, (ſol videt.
Quam illa fuit: meliorem neque tu reperies, neque
A. Ar ego ex te exquiro, atque ex iſtac tua ſorore.
P I. edepol, pater,
cio ut oportet eſſe, ſi ſint ita, ut ego æquom cenſeo.
A. Volo ſcire ergo, ut æquom cenſes. P I. ut per
urbem cum ambulent,
Omnibus os obturent, ne quis merito maledicat ſibi.
A. Dic viciſſim nunc jam tu. P I. quid vis tibi di-
cam, pater? (bono? 60
A. Ubi facillime ſpectatur mulier, quæ ingenio eſt
P A. Cui malefaciendi eſt poteſtas, quæ ne faciat,
id temperat. (penſior.
A. Haud male iſtuc; age tu altera, utra ſit condi-

Digitized by Google

Virginemne an viduam habere? PI. quanta mea fa-
pientia est, (mum est malum.
E malis multis, malum quod minumum est, id mini-
Qui potest mulieres vitare, vitet: ut quotidie 65
Pridie caveat, ne faciat, quod pigeat postridie.
A. Quæ tibi mulier videtur multo sapientissuma?
PA. Quæ tamen, unum res secundæ sunt, se potest
noscere. (quam fac.
Et illa, quæ æquo animo patietur sibi esse pejus,
A. Edepol vos lepide tentavi vostramque ingenium
ingenii. (conventas volo. 71
Sed hoc est, quod ad vos venio, quodque esse ambas
Mihi autores ita sunt amici, ut vos hinc abducam do-
mum. (sumus.
PA. At enim nos, quarum res agitur, aliter autores
Nam aut olim, nisi tibi placebant, non datas oportu.
Aut nunc non æquom est abduci, pater, illisce ab-
sentibus. (viris? 75
A. Vosne ego patiar cum mendicis nuptas, me vivo,
PI. Placet ille meus mihi mendicus, suus rex regi-
næ placet. (sunt.
Idem animus est in paupertate, qui olim in divitiis
A. Vosne latrones & mendicos homines magni pen-
ditis? (viro. 80
PA. Non me tu argento dedisti, opinor, nuptum, sed
A. Quid? illos expectatis, qui abhinc jam abie-
runt triennium? (riam?
Quin vos capitis conditionem ex pessuma prima-
PA. Stultitia est, pater, venatum ducere invitas canes.
Hostis est uxor, invita quæ ad Virum nuptum datur.
A. Certumne est neutram vostrarum persequi im-
perium patris? 85
PI. Persequimur. nam quo dedisti nuptum, abire
nolumus. (quar.
A. Bene valete: ibo, atque amicis vostra consilia e-
PA. Probiores credo arbitrabunt, si probis narra-
veris. (me.
A. Curate igitur familiarem rem, ut potestis opti-
PA. Nunc placet, cum recte monstras, nunc tibi ac-
sultabimus: (prius domum: 91
Nunc, soror, abeamus intro. PI. immo intervisam
Si à viro tibi forte veniet nuncius, facito, ut sciam
PA. Neque ego te celabo, neque tu me celassis, qua
scies. Ll

Eho Crocotium, parasitum Gelasimum huc accersito, (tum volo, 95
Tecum adduce. nam illum ecastor mittere ad porSi quæ forte ex Asia navis heri aut hodie venerit.
Nam dies totos apud portum servos unus assidet.
Sed tamen nolo intervisi: propera, ac actutum redi.

ACTUS I. SCENA III.

GELASIMUS *parasitus*, CROCOTIUM *ancilla*.

FAmem fuisse suspicor matrem mihi:
Nam postquam natus sum, satur nunquam fui.
Quam ego matri meæ retuli invitissumus,
Eam mihi nunquam retulit mater gratiam.
Nam illa me in alvo menses gestavit decem; 5
At ego illam in alvo gesto plus annos decem.
Atque illa puerum me gestavit parvolum,
Quo minus laboris illam cepisse existimo:
At ego non pauxillulam in utero gesto famem,
Verum hercle multo maxumam, & gravissumam. 10
Uteri dolores mihi oboriuntur cotidie.
Sed matrem parere nequeo, nescio quomodo.
Audivi sæpe hoc vulgo dicier,
Solere elephantum gravidam perpetuos decem
Esse annos; ejus ex semine hæc certo est fames: 15
Nam jam complures annos utero hæret meo.
Nunc si ridiculum hominem quæret quispiam,
Venalis ego sum, cum ornamentis omnibus.
Inanimentis explementum quærito.
Gelasimo nomen mihi indidit parvo pater: 20
Quia inde jam à pauxillo puero ridiculus fui,
Propter paupertatem adeo hoc nomen repperi,
Eo, quia paupertas fecit, ridiculus forem.
Nam illa omnes artes perdocet, ubi quem attigit.
Per annonam caram dixit me natum pater, 25
Propterea credo nunc esurio acrius.
Sed generi nostro hæc reddita est benignitas,
Nulli negare soleo, si quis me esum vocat.
Oratio una interit hominum pessume,
Atque optuma hercle meo animo, & scitissima, 30
Qua ante utebantur: Veni illo ad cœnam: sic face:
Promitte vero: ne gravare: est commodum:
Volo, inquam, fieri: non amittam: quin eas.

Nunc repererunt ei verbo vicarium,
Nihili quidem hercle verbum, ac viliſſumum:
Vocem te ad cœnam, niſi egomet cœnem foris.
Ei hercle ego verbo lumbos defractos velim,
Ni vere perierit, ſi cœnaſſit domi.
Hæc verba ſubigunt me, mores ut barbaros
Diſcam, atque ut faciam præconis compendium,
Itaque auctionem prædicem, ipſe veneam.
C. Hic ille eſt paraſitus, quem arceſſitum miſſa ſum.
Quæ loquitur auſcultabo, priuſquam colloquar.
G. Sed curioſi ſunt hic quam plures mali,
Alienas res qui curant ſtudio maxumo,
Quibus ipſis nulla eſt res, quam procurent, ſua.
Ei, quando quem auctionem facturum ſciunt,
Adeunt, perquirunt quid ſiet cauſæ illico,
Alienum æs cogat, an pararit prandium,
Uxorin' ſit reddenda dos divortio?
Eos omnis, tametſi hercle haud indignos judico,
Qui, ut multum miſeri ſint, laborent, nihil moror.
Dicam auctionis cauſam, ut animo gaudeant.
(Nam curioſus nemo eſt, quin ſit malevolus.)
Ipſe egomet quamobrem auctionem prædicem:
Damna evenerunt maxuma miſero mihi,
Ita me mancupia miſerum effecerunt male;
Potationes plurimæ demortuæ.
Quot adeo cœnæ, quas deflevi, mortuas!
Quot potiones mulſi! quot autem prandia!
Quæ inter continuum perdidi triennium.
Præ mœrore adeo miſer, atque ægritudine
Conſenui, pœnè ſum fame ipſe emortuus.
C. Ridiculus æque nullus eſt, quando eſurit.
G. Nunc auctionem facere decretum eſt mihi:
Foras neceſſum eſt, quicquid habeo, vendere.
Adeſte ſultis, præda erit præſentium.
Logos ridiculos vendo: agite, licemini.
Qui cœna poſcit? ecqui poſcit prandio?
Hercules te amabit prandio? cœna tibi?
Ehem! annuiſtin'? Nemo meliores dabit,
Nulli meliores eſſe paraſito ſinam.
Vel unctiones græcas, ſudatorias,
Vel alias malacas, crapularias,
Cavillationes, aſſentatiunculas,
At perjuratiunculas paraſiticas,

Rubi-

biginoſam ſtrigilem, ampullam rubidam,
raſitum inanem, quo recondas reliquias.
:c væniſſe jam opus eſt, quantum poteſt,
i decumam partem Herculi polluceam.
Ecaſtor auctionem haud magni preti.
lhæſit homini ad infimum ventrem fames.
libo hominem. U. quis hæceſt, quæ advorſum it mihi?
)ignomi ancilla hæc quidem eſt Crocotium.
Gelaſime, ſalve. L. non eſt id nomen mihi.
Certo mecaſtor id fuit nomen tibi.
Fuit diſertim, verum id uſu perdidi:
inc Miccotrogus nomine ex vero vocor.
Heu ecaſtor! riſi te hodie multum. G. quando, aut quo in loco?
. Hic, cum auctionem prædicabas. G. peſſuma.
ion'audiviſti? C. te quidem digniſſumam.
. Quo nunc is? C. ad te. G. quid venis? C. Panegyris
ogare juſſit te multum opere maxumo,
ſecum ſimitu ut ires ad ſeſe domum.
. Ego illo me hercule vero eo, quantum poteſt.
)mne exta cocta ſunt? quot agnis fecerat?
. Illa quidem nullum ſacruficavit. G. quomodo?
quid igitur me volt? E. tritici modios decem
ogare, opinor, te volt. G. mene ut ab ſe petam?
. Immo ut abs te mutuom nobis dares.
. Negato eſſe quod dem. nec mu, nec mutuum,
eque aliud quicquam, niſi hoc, quod habeo pallinguam quoque etiam venditariam. (lium:
:. Hau: nulla tibi lingua eſt, quæ quidem dicat, dabo.
. Veterem reliqui, eccam illam, quæ dicat, cedo.
. Malum tibi dii dent. G. hæc eadem dicit tibi. (
. Quid nunc? iturus an non? abi ſane domum,
lam illo venturum dicito, propera, atque abi.
Demiror quid illæc me ad ſe arceſſi juſſerit,
Quæ nunquam juſſit me ad ſe arceſſi ante hunc diem,
Poſtquam vir abiit ejus. miror quid ſiet: (
Niſi ut periculum fiat, viſam quid velit.
Sed eccum Dinacium ejus puerum. hoc vide:
Satin' ut facete atque ex pictura aſtitit?
Næ iſte edepol vinum poculo pauxillulo
Sæpe exaulavit ſubmerum ſcitiſſume.

Digitized by Google

ACTUS II. SCENA I.

DINACIUM *puer*, GELASIMUS *parasitus*.

MErcurius, Jovis qui nuncius perhibetur, nunquam æque patri (heræ nunciabo.
Soo nuncium lepidum attulit, quam ego nunc mee
Itaque onustum pectus porto lætitia, lubentiaque.
Neque lubet, nisi glorioſe, quicquam proloqui. profecto (affero, §
Amœnitates omnium Venerum atque venustatum
Ripisque superat mihi atque abundat pectus lætitia meum. (factis:
Propterea, Dinacium, pedes hortare: honesta dictis
Nunc tibi potestas adipiscendi est gloriam, laudem, decus. (exange.
Fieræque egenti subveni, benefacta majorum tuum
Que misera expectatione est Epignomi advĕtus viri.
Proinde ut decet, amat virum suum cupide. nunc expedi, Dinacium. (cifeceris.
Age ut placet, curre ut lubet, cave quemquam floCubitis depulsa de via, tranquillam concinna viam.
Si rex obstabit obviam, regem ipsum pervortito.
G. Quidnam dicam, Dinacium, 15
Lascivibundum tam lubenter currere?
Harundinem fert, sportulamque, & hamulum piscarium. (supplicem,
D. Sed tandem opinor æquius est, heram mihi esse
Atque oratores mittere ad me, donaque ex auro, & quadrigas (vortar. 20
Qui vehar, nam pedibus ire non queo. ergo jam re-
Ad me iri, & supplicari egomet mihi censeo æquom.
An vero nugas censeas? nihil esse quod ego nunc scio. (ro grande,
Tantum à portu apporto bonum, tam gaudium affe-
Vix ipsa domina hoc, nisi sciat, exoptare à diis audeat. (ro officium arbitror. 25
Nunc ultro hoc deportem? haud placet, neque id ve-
Hic hoc videtur mihi magis meo convenire huic nuncia, (pertiam.
Advorsum ut veniat, obsecret, se ut nuncio hoc imSECUNDAS fortunas decent superbiæ. (me?
Sed tandem cum recogito: qui potuit scire hæc scire
Non enim possum, quin revortar, quin loquar, quin edissertem, 30

He-

Digitized by Google

eramque ex mœrore eximam, benefacta majorum meum (tuno modo.
Exaugeam, atque illam augeam ex insperato opportunidam facta Talthybii, contemnamque omnis nuncios. (lympiæ.
Simulque ad cursuram meditabor me ad ludos O-
Sed spatium hoc occidit: breve'st curriculo. quam me pœnitet:
Quid hoc? occlusam januam video, ibo & pultabo fores. (removete moram.
Aperite, atque approperate: fores facito ut pateant:
Nimis hæc res sine cura geritur. vide quamdudum hic asto & pulto? (an pedes plus valeant:
Somnon' operam datis? experiar, fores, an cubiti.
Nimis vellem hæ fores herum fugissent, ea causa, ut haberent malum.
Defessus sum pultando,
Hoc postremum est vobis.
G. Ibo, atque hunc compellabo.
Salvos sis. D. & tu salve.
G. Jam tu piscator factus.
D. Quampridem non edisti?
G. Unde is? quid fers? quid festinas?
D. Tua quod nihil refert, ne
Cures. G. quid istic inest?
D. Quas tu vides colubras?
G. Quid tam iracundus? D. si in te
Pudor assit, non me appelles.
G. Possum scire ex te verum?
G. Potes. hodie non cœnabis.

ACTUS II. SCENA III.

PANÆGYRIS *mulier*, GELASIMUS, DINACIUM.

QUisnam obsecro, has frangit fores? ubi est?
Tun' hæc facis? tun' mihi huc hostis venis?
G. Salve, tuo arcessitu venio huc. P. ean' gratia foores effringis? (visebam:
G. Tuos inclama, tui delinquunt. ego quid me velles, Nam equidem harum miserebat. D. ergo auxilium propere latum est.
P. Quisnam hic loquitur tam prope nos? G. Dinacium. P. ubi is est?

Digitized by Google

P. Respice me, & relinque egentem parasitum, Panegyris.
P. Dinacium. D. istuc indidere nomen majores mihi.
P. Quid agis? D. quid agam, rogitas? P. quid rogitem? D. quid mecum est tibi?
P. Men' fastidis, propudiose? eloquere propere, Dinacium.
D. Jube me omittere igitur hos, qui retinent. P. qui retinent? D. rogas? (dein
Omnia membra lassitudo mihi tenet. P. linguam quo
Sat scio tibi non tenere. D. ita celeri curriculo hi
Propere à portu, tui honoris caussa. P. ecquid apportas boni? (P. salva sum.
D. Nimio impertior multo tanto plus, quam speras.
D. At ego perii, quoi medullam lassitudo perbibit.
G. Quid ego? quoi misero medullam ventris percipit fames.
P. Ecquem convenisti? D. multos. P. at virum ecquem? D. plurimos. (G. quo modo?
Verum ex multis nequiorem nullum, quam hic est.
Jamdudum ego istum patior dicere injuste mihi.
Præter hac si me irritassis. D. edepol esuries male.
G. Animum inducam, ut istuc verum te elocutum esse arbitrer.
D. Munditias volo fieri. efferte huc scopas, simulque arundinem, (improbem,
Ut operam omnem aranearum perdam, & texturam
Dejiciamque earum omnis telas. G. miseræ algebunt postea.
D. Quid illas itidem esse censes, quasi te, cum veste unica?
Cape illas scopas. G. capiam. D. hoc egomet, tu hoc converre. G. fecero.
D. Ecquis huc effert nasiternam cum aqua? G. sine suffragio (tu ocius.
Populi, tamen ædilitatem hic quidem gerit. D. age
Pinge humum, consperge ante ædis. G. Faciam.
D. factum oportuit.
Ego hinc araneas de foribus dejiciam, & de pariete.
G. Ædepol rem negotiosam! P. Quid sit, nihil etiam scio;
Nisi forte hospites venturi sunt. D. lectos sternite.
[illegible] placet delectis. D. alii ligna cædite,

Alii

ii piſces depurgate, quos piſcator attulit:
rnam, & glandium dejicite. G. hic hercle homo
nimium ſapit. (geris.
Non ecaſtor, ut ego opinor, ſatis heræ morem
Immo res omnis relictas, habeo, præ quod tu velis.
Tum tu igitur, qua cauſſa miſſus es ad portum,
mihi expedi. (ci ſimul.
. Dicam. poſtquam me miſiſti ad portum cum lu-
ommodum radioſus ecce ſol ſuperabat ex mari.
um percontor portitores, ecquæ navis venerit
x Aſia, negant veniſſe. conſpicatus ſum interim
ercurum, quo ego me majorem non vidiſſe cenſeo,
portum vento ſecundo; velo paſſo pervenit.
lius alium percontamur. Cuja eſt navis? quid vehit?
nterim Epignomum conſpicio tuum virum, & ſer-
vum Stichum.
. Hem! quid? Epignomum elocutus? G. tuum
virum, & vitam meam.
. Venit, inquam. P. tun' eum ipſum vidiſti? D. ita,
ego libens. (bene.
rgenti aurique advexit multum. G. nimis factum
ercle vero capiam ſcopas, atque hoc converram li-
bens. (trem veſtiam!
). Lanam purpuramque multam. G. hem qui ven-
). Lectos eburatos, auratos. G. accubabo regie.
). Tum Babylonica periſtromata, conſutaque tapetia
dvexit nimium bonæ rei. G. hercle rem geſtam
bene!
D. Poſt, ut occœpi narrari, fidicinas, tibicinas, (pæ!
Sambucinas advexit ſecum forma eximia. G. euge-
Quando adbibero, alludiabo: tum ſum ridiculiſſumus.
D. Poſtea unguenta multi generum multa. G. non
vendo logos. (reditas.
Jam non facio auctionem, quando mihi obtigit he-
Malevoli perquiſitores auctionum perierint.
Hercules, decumam eſſe adauctam, tibi quam vovi,
gratulor. (ii miſer.
D. Poſt autem advexit ſecum paraſitos. G hei per-
D. Ridiculoſiſſumos. G. reverram hercle hoc, quod
converri modo. (P. adeſt?
P. Vidiſtin' virum ſororis Pamphilippum? D. non.
D. Immo ajebant eum veniſſe ſimul, ſed ego huc citus
Præcurri, ut nunciarem nuncium exoptabilem.

Digitized by Google

EPIGSOMUS adolescens. STICHUS servus.

Cum bene me gesta fortuna comitetur domum,
Nequeo gratos habeo. & capedinibus:
Cum Neptuno, qui mea navigationis
Juvit, atque quadruplicavit rem meam.
Cum quos dicam Deos egregios.
Eos nunc omnes bonam adventu meo.
Nam jam Antiphonem convenî almeæ meæ,
Cumque eo revenî ex inimicitia in gratiam.
Videor, quæso, quid potest peccunia!
Quoniam ne bene gesta redisse me videt,
Magnifice apportavisse divitias domum,
Sine atrocitas ibidem in cerebro in lege.
In inimicitiam, atque in gratiam convortimus.
Et hic hodie apud me cœnat, & fratres meas:
Nam bini amborum in uno portu fuimus, sed meæ
Hodie solæ est navis aliquanto prius.
Age abhinc has intro, quas mecum adduxi. Stiche.
S. Here. sive ego taceam, seu loquar, scio scirete
Quam malas tecum miserias maltaverim.
Nunc hunc diem unum ex illis malis miseriis
Volo me Eleutheriam capere advenientem domum.
E. Et jus, & æquum postulas: famas. Stiche.
In hunc diem, te nihil moror, abi quo lubet.
Jadam tibi veteris vini propino. S. papæ!
acam hodie amicam. E. vel decem. dum de tuo.
bi cœnas hodie, si hanc rationem inieris?
Amicam ego habeo Stephanium hinc ex proxu
i fratris ancillam; eo condixi in symbolam
cœnam, ad ejus conservum Sagarinum Syru
Exi

em eſt amica ambobus, rivales ſumus.
Age abduc eas intro, hunc tibi dedo diem.
Meam culpam habeto, niſi probe excruciavero.
n hercle ego per hortum amicam tranſibo meam,
hanc occupatum noctem: eadem ſymbolam
ibo, & jubebo ad Sagarinum cœnam coqui,
it egomet ibo, atque obſonabo obſonium.
que id ne vos miremini, homines ſervolos
tare, amare, atque ad cœnam condicere;
cet hoc Athenis nobis. ſed cum cogito
otius quam in dividiam veniam, eſt etiam hic oſtium
liud poſticum noſtrarum harunce ædium,
'oſticam partem magis utuntur ædium)
a ibo obſonatum, eadem referam obſonium
:r hortum, utroque commeatus continet.
: hac ſecundum vos me, ego hunc lacero diem.

ACTUS III. SCENA II.

ELASIMUS *paraſitus*, EPIGNOMUS *adoleſcens*.

Libros inſpexi, tam confido quam poteſt,
Me meam obtenturum regem, ridiculis meis.
Nunc interviſi, jamne à portu advenerit,
Ut eum advenientem meis dictis deliniam.
E. Hic quidem Gelaſimus eſt paraſitus, qui venit.
G. Auſpicio hodie optumo exivi foras.
Muſtela murem abſtulit præter pedes.
Cum ſtrena obſcævavit: ſpectatum hoc mihi eſt.
Nam ut illa vitam repperit hodie ſibi,
Item me ſpero facturum. augurium hæc facit.
Epignomus hic quidem eſt, qui aſtat: ibo: atque alloquar.
Epignome, ut ego te nunc conſpicio libens!
Ut præ lætitia lacrumæ præſiliunt mihi!
Valuiſtin' uſque? E. ſuſtentatum'ſt ſedulo.
G. Bene, atque amice dicis. dii dent quæ velis.
Propino tibi ſalutem plenis faucibus.
Cœnabis apud me, quoniam ſalvos advenis.
E. vocata eſt opera. G. nunc quidem: tam gratia eſt.
G. Promitte. E. certum eſt. G. ſic fac inquam. E. certa res'ſt.
G. Lubente me hercle facies. E. idem ego iſtuc ſcio.
Quando uſus veniet, fiet. G. nunc ergo uſus eſt.

E. Non

Digitized by Google

E. [illegible] G. quid [illegible]?
E. [illegible] qui vero hinc [illegible]. E. i [illegible]
[illegible] quomodo [illegible]
G. Quo [illegible]? E. [illegible] si [illegible]
G. [illegible] hercle [illegible] proximo tibi,
Libens accipiam, cenato si promittes.
E. Faciam. G. [illegible] E. Certum cenacho [illegible].
G. Quamobrem operam meam non vis promittere
Vim ad te ad cenam venturam? E. si possim, venire
Verum hic apud me cenabam alienam novem.
G. Haud profecto equidem me in lecto accumbere
Scio in me esse ullis fabellis virum.
E. At si oratores fuere populi famosi viri:
Ambracia veniam hinc legati publice.
G. Ergo oratores populi famosati viri
Semper accumbebat, ego infamatis infamis.
E. Haud aequum est te inter oratores accipi,
G. Equidem hercle orator fui: sed processit parum.
E. Cras de reliquis nos volo. multum vale.
G. Vero perii hercle plane, nihil obnoxie.
Uno Gelasimo minor est, quam dudum fuit.
Certum est malleize posthac nunquam credere:
Nam inconstantiorem nullam novi bestiam.
Quaeque ipsa decies in die mutat locum,
Eam auspicavi ego in re capitali mea!
Certum est amicos convocare, ut consilium
Qua lege nunc me eripere oporteat.

ACTUS VI. SCENA I.

AMTIPHO *senex*, PAMPHILIPPUS, EPIGNOMUS.

ITa me dii bene ament, meaeque mihi bene servassint filias,
Ut mihi volupe'st, Pamphilippe, quia vos in patriam domum (tuam.
Rediisse video, bene gesta re, ambos, te & fratrem
P. Satis abs te accipiam, nisi videam mihi te amicum esse, Amtipho. (tibi.
Nunc quia te amicum mihi experior esse, creditur
A. Vocem ego te ad me ad cœnam, frater tuus nisi dixisset mihi, (cœnam vocat:
Te apud se cœnaturum esse hodie, cum me ad se ad
Re magis par fuerat, me dare vobis cœnam advenientibus,

Quam

m me ad illum promittere, nisi nollem ei ad-
vorsarier. (ro: 10
ic me gratiam abs te inire verbis nihil de side-
s apud me eritis, & tu, & ille, cum vostris uxo-
ribus. (caverat
Et apud me perendie: nam ille heri me jam vo-
unc diem. sed satin' ego tecum pacificatus sum,
. Antipho? (atque addecet.
Quando ita rem gessistis uti vos vellem, amicos
: commerciumque est vobis mecum. nam hoc tu
facito cogites: (si res lassa labat,
CUIQUE homini res parata est, firmi amici sunt,
em amici collabascunt. Res amicos invenit.
Jam redeo. nimia est voluptas, si diu abfueris à
domo, (obviam.
mum si redieris, si tibi nulla est ægritudo animo
m ita me absente familiarem rem uxor curavit
meam, 20
nnium me exilem atq; inanem fecit ægritudinum.
d eccum fratrem Pamphilippum, incedit cum so-
cero suo.
Quid agitur, Epignome? E. quid tu? quam du-
dum in portum venis (lus tibi?
ic? P. longissume. E. postilla jam iste est tranquil-
. Magis quam mare, quo ambo estis vecti. E. facis
ut alias res soles. (volo. 25
odiene exoneremus navem, frater? P. clementer
losmet potius oneremus vicissatim voluptatibus.
quam mox cocta est cœna? impransus ego sum.
E. abi intro ad me, & lava.
. Deos salutatum, atque uxorem, modo intro de-
vortor domum. (tua. 30
. Apud nos eccilla festinat cum sorore uxor
. Optumum est jam istoc: moræ minus erit. jam
ego apud te ero.
. Priusquam abis, præsente te huic apologum
agere unum volo. (filiæ
E. Maxume. A. fuit olim, quasi ego sum, senex: ei
Duæ erant, quasi nunc meæ sunt: eæ erant duobus
nuptæ fratribus, (apologus. 35
Quasi nunc meæ sunt vobis. P. miror quo evasurum
A. Erat minori illi adolescenti fidicina, & tibicina,
Peregre advexerat, quasi nunc tu: sed ille erat
cœlebs senex, Qua-

Digitized by Google

Quasi ego nunc sum. P. perge porro, præsens hi
quidem est apologus.
A. Deinde senex ille illi dixit, quojus erat tibicina,
Quasi ego nunc tibi dico. P. auscultо, atque animum
advorto sedulo.
A. Ego tibi meam filiam, bene quicum cubitares,
dedi: (bitem, censeo.
Nunc mihi reddi ego æquom esse abs te, quicum cu-
P. Quis istuc dicit? an ille quasi tu? A. quasi ego,
nunc dico tibi. (est:
Immo duas dabo, inquit ille adolescens, una si parum
Et si duarum pœnitebit, inquit, addentur duæ.
P. Quis istuc quæso? an ille quasi ego? A. is ipse
quasi tu. tum senex
Ille quasi ego: si vis, inquit, quatuor sane dato.
Dum quidem hercle quod edant addas, meam ne
contruncent cibum. (rit.
P. Videlicet fuisse illum parcum senem, qui dixe-
Quoniam ille illi pollicetur, qui eum cibum po-
poscerat? (illico
A. Videlicet fuisse illum nequam adolescentem, qui
Ubi ille poscit, denegavit se dare granum triciti.
Hercle quia æquom postulabat ille senex, quando-
quidem
Filiæ illæ dederat dotem, accipere pro tibicina.
P. Hercle ille quidem certo adolescens docte vor-
sutus fuit,
Qui seni illi concubinam dare dotatam noluit.
A. Senex quidem voluit, si posset indipisci de cibo
Quia nequit qua lege licuit, velle dicit fieri.
Fiat, ille inquit adolescens. facis benigne, inquit se-
nex. (fieri voles.
Habeon' rem factam? inquit, faciam ita, inquit,
Sed ego ibo intro, & gratulabor vostrum adventum
filiis. (meam
Postea ibo lavatum in Pilum, ibi fovebo senectutem
Post ubi lavero, otiosus vos opperiar accubans.
E. Graphicum mortalem Antiphonem! ut Apo-
gum fecit! quam fabre! (lo!
Ut jam nunc scelestus esse ducit pro adolescen-
Dabitur homini amica, noctu quæ in lecto ac-
det senem. (sit, ne
Namque edepol aliud quidem illi quid amica

Digitized by Google

d quid agit parasitus noster Gelasimus? etiam valet? (agit? E. quod famelicus.
vidi edepol hominem haud perdudum. P. quid
Quin vocasti hominem ad cœnam? E. ne quid adveniens perderem.
tque eccum tibi lupum in fermone: præsens esuriens adest, (rem mones.
Ludificemur hominem. E. capti consilii memo-

ACTUS IV. SCENA II.

GELASIMUS *parasitus*, PAMPHILIPPUS, EPIGNOMUS.

Sed ita, quod occœpi narrare vobis, cum hic non abfui,
Cum amicis deliberavi jam, & cum cognatis meis.
ta mihi autores fuere, ut egomet me hodie jugularem fame. (mo? atque is est.
Sed videone ego Pamphilippum cum fratre Epigno-
Aggrediar hominem. sperate Pamphilippe, ô spes mea!
O mea vita! ô mea voluptas! salve. salvom gaudeo,
Peregre te in patriam rediisse salvom. P. salve Gelasime. (pol gaudeo,
G. Valuistin' bene? P. sustentavi sedulo. G. ede-
Edepol næ egomet mihi modium nunc mille esse argenti velim. (vocem, te convocem?
E. Quid eo tibi opus est? G. hunc ad cœnam hercle ut
E. Advorsum te fabulare. G. illud quidem: ambos ut vocem.
E. Edepol te vocem libenter, si superbiat locus.
G. Quin tu: stans obstrusero aliquid strenuo. E. immo unum hoc potest.
G. Quid? E. ubi convivæ abierint, tum venias.
G. væ ætati tuæ. (duint.
E. Una lautum, non ad cœnam dico. G. dii te per-
Quid ais Pamphilippe? P. ad cœnam hercle alio promisi foras.
G. Quid foras? P. foras hercle vero. G. qui, malum, tibi lasso libet (cœnam coqui;
Foris cœnare? P. utrum tu censes? G. jube domi
Atque ad illum renunciari. P. solus cœnabo domi?
G. Non enim solus: me vocato. P. at ille ne succenseat,

Mea qui cauſſa ſumptum fecit. G. facile excuſari
poteſt: (me quidem
Mihi modo auſcultа: jube domi cœnam coqui. E.
Facier autore, hodie ut illum decipiat. G.
hinc abis? (
Niſi me non perſpicere cenſes quid agas, cave
Nam illic homo tuam hæreditatem inbiat,
eſuriens lupus. (via!
Non tu ſcis quam afflictentur homines noctu hic
P. Tantoplureis, quidefendant, ire advorſum
E. Non it, non it, quia tanto opere ſuades, ne
G. jube. (
Domi mihi, tibi, tuæque uxori celeriter cœnam
Si, hercle, faxis, non opinor dices deceptum fore.
P. Per hanc tibi cœnam incœnato, Gelaſime,
hodie licet. (in proxum
G. Ibiſne ad cœnam foras? P. apud fratrem
G. Certum eſt? P. certum. G. edepol te hodie
lapide percuſſum velim.
P. Non metuo: per hortum tranſibo, non prodibo
in publicum. (beas tibi.
E. Quid ais, Gelaſime? G. oratores tu accipis? h
E. Tua pol refert enim. G. ſiquidem mea refert,
opera utere: (ſpicor,
Poſce. E. edepol tibi opinor etiam uni locum con-
Ubi accubes. P. ſane faciundum cenſeo. G. ô lux
oppidi! (ferreos,
E. Si arte, poteris accubare. G. vel inter cuneos
Tantillum loci ubi catellus cubet, id mihi ſat eſt loci.
E. Exorabo aliquo modo. veni. G. huccine? E. imo
in carcerem;
Nam hic quidem meliorem genium tuum non fa-
cies: eamus, tu. (eu.
P. Deos ſalutabo modo: poſtea ad te continuo trans-
G. Quid igitur? E. dixi equidem, in carcerem ires.
G. quin ſi juſſeris,
Eo quoque ibo. P. dii immortales! hic quidem in
ſummam crucem. (meum eſt.
Cœna aut prandio perduci poteſt. G. ita ingenium
Quicumvis depugno multo facilius, quam cum fame.
P. Non ergo is tu? apud me ſatis ſpectata eſt mihi
jam tua felicitas. (gimus.
Dum paraſitus mihi atque fratri fuiſti, rem confre-

Nunc

nc ego nolo è Gelasimo mihi te Catagelasimum.
Jamne abisti, Gelasime? vide quid es capturus consilii. (gravis?
one? tune? mihine? tibine? vides ut annona est des, benignitates hominum ut periere, & prothymiæ?
des ridiculos nihili fieri, atque ipsos parasitari et?
unquam edepol me vivom quisquam in crastinum prospiciet diem.
im mihi jam intus potione vincea onerabo gulam.
que ego hoc committam, ut homines mortuum me dicant fame.

ACTUS V. SCENA I.

STICHUS.

MOre hoc fit, atque stulte, mea sententia:
Si quem hominem expectant, eum solent providere,
i hercle illa caussa nihili ocius venit.
em ego nunc facio, qui proviso Sagarinum,
i nihil ocius venit tamen hac gratia.
m hercle ego decumbam solus si ille huc non venit.
dum modo hinc à me huc cum vino transferam,
stea accumbam: quasi senex tabescit dies.

ACTUS V. SCENA II.

SAGARINUS, STICHUS, *servi duo.*

ALvete Athenæ, quæ nutrices Græciæ.
Terra herilis patria, te video libens!
d amica mea & conserva quid agat Stephanium,
ra est, ut valeat. nam Sticho mandaveram
lutem ut nunciaret, atque ei ut diceret
e hodie venturum, ut cœnam coqueret tempori.
d Stichus est hic quidem. ST. fecisti, here, facetias,
m hoc donavisti dono tuum servum Stichum.
oh dii immortales, quot ego voluptates fero?
ot risiones, quot jocos, quot savia,
tationes, blanditias, prothymias?
. Stiche. ST. hem? SA. quid fit? ST. euge, Sagarine lepidissume.
ro convivam Dionysium mihique, & tibi.
amque edepol cœna dicta est, locus liber datus est
hi & tibi apud vos: nam apud nos est convivium
i vester cœnat cum uxore adeo, & Antipho.

[illegible]

ACTUS V. SCENA III.

STEPHANIUM meum.

Mirum nihil nomine vellem volo, spectatores, [illegible] (rum est,
Quid ego nunc, quæ hic habeo, curem, scire
vos credo.
Domo amicam hic accersi fecit. quominus nescio
Hanc veniamus visos, ita festivos omnes:
Lectis decumbis hodiernis, mundisq; apparatis
Hanc huic amica negotium meis carnificis, 6
Sicco, & conservo Sagarino meo, curata cocta (gari.
esse.
Sicarus jejunus est. ceterum ego curando id alio
Hinc ibo hinc, & amicos meos curabo hic advenientes.

ACTUS V. SCENA IV.

SAGARINUS. STICHUS. servi.

AGite me sertis, ferte pompam. cado te præfero,
Stiche. (convivium.
Omnibus nobis temperare certum'st nostrum hodie
In me dii ament, lepide accipiamur, cum hoc recipiamur in loco. (convenit:
Quisquis præterit, commissatum volo vocari. Sr.
Dii quidem hercle quisque veniat cum vino suo.
hinc hinc quidem §
Hodie pollucbura, præter nos, jacura dabitur nemini.
Nosmet inter nos ministremus. Monotrophe hoc
convivium est (lis, facilis,
Pro opibus nostris satis commodule, nucibus, fabu-
Olea in tryblio, lupilli comminuto crustulo.
SAT est, servo homini modeste meiius facere sumptum, quam ampliter. 10
Suum quemque decet. Quibus divitiæ domi sunt,
scaphio & cantharis,
Batiolis bibunt: at nos nostro Samiolo poterio

Tanti

Tamen vivimus; nos tamen efficimus pro opibus
nostra mœnia.
SA. Amicæ uter utrubi accumbamus? ST. abi tu sane
superior: (divido. 15
Atque adeo ut tu scire possis factum, ego tecum
Vide utram tibi libet etiamnum capere, cape provin-
ciam. (Libero,
SA. Quid istuc est provinciæ? ST. utrum Fontinali, an
Imperium te inhibere mavis. SA. nimio liquido Li-
bero, (nat, nos volo
Sed amica mea & tua dum comit, dumque se exor-
Tamen ludere inter nos. Strategum te facio huic
convivio. (sellio 20
ST. Nimium lepide in mentem venit: potius in sub-
Cynice accipiemur, quam in lectis. SA. imo enim
hic magis est dulcius. (rus?
Sed interim, Stratege noster, cur hic cessat cantha-
Vide quot cyathos bibimus. ST. tot, quot digiti sunt
tibi in manu. (25
Cantio est Græca: ἢ πίντε πίν', ἢ τρὶς πίν', ἢ μὴ τέτλαρος.
S. Tibi propino decuma fonte: tibi tute inde si sapis.
Bene vos: bene nos: bene te: bene me: bene no-
strum etiam Stephanium.
ST. Bibe si bibis. SA. non mora erit apud me. ST. e-
depol convivi sat est. (abest.
Modo nostra huc amica accedat: id abest, aliud nihil
Lepide hoc actum est: tibi propino cantharum: vi-
ni tu habes. 30
SA. Nimis vellem aliquid pulpamenti. ST. si horum
quæ assunt pœnitet,
Nihil est: tene aquam. SA. melius dicis. nihil mo-
ror cupedia. (est, ne nega.
Bibe tibicen, age si quid agis, bibendum hercle hoc
Quid hic fastidis, quod faciundum vides esse tibi?
quin bibis? (publicum. 35
Age, si quid agis: accipe, inquam, non hoc impendet
Haud tuum istuc est te vereri: eripe ex ore tibias.
ST. Ubi illic biberit, vel servato meum modum, vel
tu dato, (postea.
Nolo ego nos pro summo bibere: nulli rei erimus
Namque edepol, quamvis de subito vel cadus vorti
potest. (cuit tamen. 40
SA. Quid igitur? quamquam gravatus fuisti, non no-

Age tibicen, quando bibisti, refer ad labias tibias.
Sussa celeriter tibi buccas, quasi proserpens bestia.
Agedum, Stiche, uter demutassit, poculo multabitur.
ST. Bonum jus dicis: impetrare oportet, quia æquom postulas (ilico. 45
Age ergo, observa; si peccassis, multam hic retinebo
SA. Optumum atque æquissumum oras. ST. hem tibi hoc primum omnium.
Hæc facetia'st, amare inter se rivales duos:
Uno cantharo potare, & unum scortum ducere.
Hoc memorabil'est, ego tu sum, tu es ego. uni animi sumus. (est tamen. 50
Unam amicam amamus ambo: mecum ubi est, tecum
Tecum ubi autem est, mecum tibi autem est: neuter utri invidet. (nunc volo.
SA. Ohe: jam satis. nolo obcædes: catuli ut ludunt,
Vin' amicam huc evocemus? ea saltabit. ST. censeo.
SA. Mea suavis, amabilis, amœna Stephanium, ad amores tuos. (pulcerruma. 55
Foras egredere: satis mihi pulcra es. ST. at enim
SA. Fac nos hilaros hilariores, opera atque adventu tuo.
Peregre advenientes te expetimus, Stephanisci-dium, mel meum, (sumus.
Si amabilitas tibi nostra placet, si tibi ambo accepti

ACTUS V. SCENA V.

STEPHANIUM *ancilla*, ET EIDEM.

MOrem vobis geram, meæ deliciæ, nam ita me Venus amœna amet, (ras,
Ut ego hic jamdudum exissem simitu vobiscum so-
Nisi me vobis exornarem. nam ita est ingenium muliebre: (est tamen.
Bene cum lauta est, tersa, ornata, ficta est, infecta
Nimioque sibi mulier meretrix reppexit odium ocius
Sua immunditia, quam in perpetuom ut placeat mundicia sua. 60
SA. Nimium lepide fabulata est. STI. Veneris mera est oratio, (tanto miserior.
Sagarine. SA. quid est? STI. totus doleo. SA. totus?
STE. Utrubi accumbo? SA. utrubi tu vis. STE. cum ambobus volo. nam ambos amo.
STI. Vapulat peculium, actum est; fugit hoc liberas caput. 10

STE. Dat

STE. Date mihi locum ubi accumbam, amabo, siquidem placeo, tum mihi.
Cupio cum utrcque mihi esse bene. STI. dispereo.
SA. quid ais? STI. quid? ego?
SA. Ita me dii ament, nunquam enim fiet hodie, hæc quin saltet tamen.
Age mulsa mea, suavitudo, salta: saltabo ego simul.
STI. Nunquam edepol me istoc vinces, quin ego ibidem pruriam.
STE. Siquidem mihi saltandum est, tum vos date, bibat tibicini.
STI. Et quidem nobis. SA. tene, tibicen, primum: postidea loci, (leriter
Si hoc eduxeris, proinde ut consuetus antehac, ce-
Lepidam & suavem cantionem aliquam occipito cinædicam, (aquam.
Ubi perpruriscamus usque ex unguiculis. inde hunc

ACTUS V. SCENA VI.

EIDEM.

TEne tu: hoc educe: dudum haud placuit potio: Nunc minus gravate jam accepit. tene tu. interim,
Meus oculus, da mihi suavium, dum illic bibit.
Prostibile est autem, stantem stanti savium
Dare amicum amicæ. euge euge, sic furi datur.
Quid igitur, quamquam gravatus, non nocuit tamen.
Age, jam insta buccas. ST. nunc jam aliquid suaviter.
Redde cantionem veteri pro vino novam.

ACTUS V SCENA VII.

EIDEM.

QUi Ionicus aut cinædicus qui hoc tale facere posset.
Si istoc me vorsu viceris, alio me provocato.
Fac tu hoc modo. ST. at tu hoc modo. SA. babæ! ST. tatæ! SA. papæ! ST. pax!
SA. Nunc pariter ambo. omnis voco cinædos contra. (ber.
Satis esse nobis non magis potis est, quam fungo im-
ST. Intro hinc abeamus. nunc jam saltatum satis pro vino'st.
Vos spectatores plaudite: atque ire ad vos comessatum.

FINIS STICHI.

TRI-

Digitized by Google

TRINUMMUS.

Dramatis Perſonæ.

LUXURIA.
INOPIA.
MEGARONIDES *ſenex.*
CALLICLES *ſenex.*
LYSITELES *adoleſcens.*
PHILTO *ſenex.*
LESBONICUS *adoleſcens.*
STASIMUS *ſervus.*
CHARMIDES *ſenex.*
SYCOPHANTA.

ARGUMENTUM.

THeſaurum abſtruſum abiens peregre Charmides,
Remque omnem amico Callicli mandat ſuo:
Iſteoc abſente male rem perdit filius.
Nam & ædis vendit. has mercatur Callicles.
Virgo indotata ſorer iſtius poſcitur.
Minus quo cum invidia ei det dotem Callicles,
Mandat qui dicat aurum ferre ſe à patre.
Ut venit ad ædis, hunc deludit Charmides
Senex, ni redsit; quojus nubunt liberi.

PROLOGUS.

LUXURIA & INOPIA.

SEquere me mea gnata, ut munus fungaris tuum.
I. Sequor: ſed finem fore quem dicam, neſcio.
L. Adeſt: hem! illæ ſunt ædes. i intro nunc jam.
Nunc ne quis erret voſtrum; paucis in viam
Deducam, ſiquidem operam dare promittitis.
Nunc primum igitur, quæ ego ſim, & quæ illa hæc ſiet,
Hoc quæ abiit intro, dicam, ſi animum advortitis.
Primum mihi Plautus nomen Luxuriæ indidit,
Tum hanc mihi gnatam eſſe voluit Inopiam.
Sed ea huc quid introierit impulſu meo,
Accipite, & date vacivas aures, dum eloquar.
Adoleſcens quidam eſt, qui in hiſce habitat ædibus.
Is rem paternam me adjutrice perdidit.
Quoniam ei qui me alebat, nihil video eſſe reliqui,
Dedi meam gnatam, quicum ætatem exigat.
Sed de argumento ne expectetis fabulæ,
Senes qui huc venient, hi rem vobis aperient.
Hujc nomen Græce eſt THESAURO fabulæ.
Philemo ſcripſit, Plautus vortit barbare,

Nomen

omen Trinummo fecit. nunc hoc vos rogat,
: liceat possidere hanc nomen fabulam.
antum est. valete: adeste cum silentio.

ACTUS I. SCENA I.

MEGARONIDES *senex.*

NÆ amicum castigare ob meritam noxiam
Immune est facinus: verum in ætate utile
t conducibile. nam ego amicum hodie meum
oncastigabo pro commerita noxia,
nvitus, ni me id invitet, ut faciam fides.
Jam hic nimium morbus mores invasit bonos:
ta plerique omnis jam sunt intermortui.
ed dum illi ægrotant, interim mores mali,
uasi herba irrigua, succreverunt uberrime.
Neque quicquam hic vile nunc est, nisi mores mali.
Eorum licet jam messem metere maxumam,
Nimioque hic pluris pauciorum gratiam
Faciunt pars hominum, quam id, quod profit plu-
ribus.
Ita vincunt illud conducibile gratiæ,
Quæ in rebus multis obstant, odiosæque sunt,
Remoramque faciunt rei privatæ & publicæ.

ACTUS I. SCENA II.

CALLICLES, MEGARONIDES, *senes duo.*

LArem corona nostrum decorari volo.
Uxor venerare, ut nobis hæc habitatio
Bona, fausta, felix, fortunataque eveniat,
Teque ut, quamprimum possim, videam emortuam.
M. Hic ille est senecta ætate qui factus est puer,
Qui admisit in se culpam castigabilem.
Aggrediar hominem. C. cuja vox prope me sonat?
M. Tui benevolentis, si ita es, ut ego volo:
Sin' aliter es, inimici, atque irati tibi.
C. O amice salve, atque æqualis: ut vales,
Megaronides? M. & tu edepol salve, Callicles.
Valen'? valuistin'? C. valeo, & valui rectius.
M. Quid agit tua uxor? ut valet? C. plusquam ego
volo.
M. Bene hercle est illam tibi bene valere, & vivere.
C. Credo hercle te gaudere, si quod mihi mali est.
M. Omnibus amicis, quod mihi est, cupio esse idem.
C. Eho!

Digitized by Google

C. Ebo! tua uxor quid agit? M. immortalis eſt.
Vivit, victuraque eſt. C. bene hercle nuncias,
Deosque oro, ut vitæ tuæ ſuperſtes ſuppetat.
M. Dum quidem hercle tecum nupta ſit, ſane velim.
C. Vin' commutemus? tuam ego ducam, & tu meam.
Faxo haud tantillum dederis verborum mihi.
M. Namque enim tu, crede, mihi imprudenti obrepſeris.
C. Næ tu hercle faxo haud ſcies, quam rem egeris.
M. Habeas ut nactus: nota mala res optuma'ſt.
Nam ego nunc ſi ignotam capiam, quid agam, neſciam.
Edepol proinde ut bene vivitur, diu vivitur.
Sed hoc animum advorte, atque aufer ridicularia,
Nam ego dedita opera huc ad te advenio. C. quid venis?
M. Malis te ut verbis multis multum objurgitem.
C. Men'? M. num quis eſt hic alius præter me atque te? (gitem?
C. Nemo eſt. M. quid igitur rogitas, tene objur-
Niſi tute mihi me cenſes dicturum male.
Nam ſi in te ægrotant artes antiquæ tuæ,
Sive immutare vis ingenium moribus,
Ac ſi demutant mores ingenium tuum,
Neque eos antiquos ſervas, aſt captas novos,
Omnibus amicis morbum tu incuties gravem,
Ut te videre audireque ægroti ſient.
C. Qui in mentem venit tibi iſtæc dicta dicere?
M. Quia omnis bonos bonaſque accurare addecet,
Suſpicionem, & culpam, ut ab ſe ſegregent.
C. Non poteſt utrumque fieri. M. quapropter? C. rogas?
Ne admittam culpam, ego meo ſum promus pectori:
Suſpicio eſt in pectore aliena ſita.
Nam nunc ego ſi te ſurripuiſſe ſuſpicer
Jovi coronam de capite, è Capitolio,
Quod in culmine aſtat ſummo: ſi id non feceris,
Atque id tamen mihi lubeat ſuſpicarier:
Qui tu id prohibere me potes, ne ſuſpicer?
Sed iſtuc negotii ſcire cupio, quicquid eſt.
M. Haben' tu amicum, aut familiarem quempiam,
Cui pectus ſapiat? C. edepol haud dicam dolo:
Sunt, quos ſcio eſſe amicos; ſunt, quos ſuſpicor:

Sunt

Sunt quorum ingenia, atque animos, non possum
noscere,
Ad amici partem, an ad inimici perveniant.
Sed tu ex amicis certis mihi es certissumus.
Si quid sciŝ me feciſſe inſcite, aut improbe, (scio.
Si id me non accusas, tute ipse objurgandus es. M.
Et si alia huc causſa ad te adveni, æquom postulas. 60
C. Expecto si quid dicas. M. primumdum omnium,
Male dictitatur tibi volgo in sermonibus:
Turpilucricupidum te vocant cives tui.
Tum autem sunt alii, qui te volturium vocant,
Hostesne, an cives comedis, parvipendere. 65
Hæc cum audio in te dicier, excrucior miser.
C. Est, utque non est mihi in manu, Megaronides.
Quin dicant, non est: merito ut ne dicant, id est.
M. Fuit ne hic tibi amicus Charmides? C. est & fuit.
Id ita esse ut credas, rem tibi autorem dabo. 70
Nam postquam hic ejus rem confregit filius,
Videtque ipse ad paupertatem protractum esse se,
Suamque filiam esse adultam virginem,
Simul ejus matrem, suamque uxorem mortuam,
Quoniam hinc iturus est ipse in Seleuciam, 75
Mihi commendavit virginem gnatam suam,
Et rem suam omnem, & illum corruptum filium.
Hac, si mihi inimicus esset, credo haud crederet.
M. Quid tu adolescentem, quem esse corruptum
vides.
Qui tuæ mandatus est fidei & fiduciæ? 80
Quin eum restituis? quin ad frugem corrigis?
Ei rei operam dare te fuerat aliquanto æquius,
Si qui probiorem facere possis, non uti
In eandem tute accederes infamiam,
Malumque ut ejus cum tuo misceres malo. 85
C. Quid feci? M. quod homo nequam. C. non istuc
meum est.
M. Emistin' de adolescente has ædes? quid taces?
Ubi nunc tute habitas! C. emi, atque argentum dedi,
Minas quadraginta adolescenti ipsi in manum. (90
M. Dedisti argentum? C. factum, neque facti piget.
M. Edepol fidei adolescentem mandatum malæ!
Dedistine hoc facto ei gladium qui se occideret?
Quid secus est, aut quid interest? dare te in manus
Argentum amanti homini adolescenti, animi impoti,

Qui exædificaret suam inhoneste ignaviam? 95
C. Non ego illi argentum redderem? M. non redderes:
Neque de illo quicquam neque emeres, neque venderes.
Nec qui deterior esset, faceres copiam.
Inconsiliasin' eam, qui mandata'st tibi?
Ille qui mandavit, eum exturbasti ex ædibus. 100
Edepol mandatum pulcre, & curatum probe.
Crede huic tute, suam jam melius rem gesserit.
G. Subigis maledictis me tuis, Megaronides,
Novo modo, adeo ut quod mea concreditum est
Taciturnitati clam, fidei, & fiduciæ, 105
Ne enunciarem cuiquam, neu facerem palam,
Uti mihi necesse sit jam id tibi concredere.
M. Mihi quod credideris, sumes, ubi poscveris.
C. Circumspice dum te, ne quis adsit arbiter
Nobis, & quæso identidem circumspice. 110
M. Auscultо, si quid dicas. C. si taces, loquar.
Quoniam hinc est profectus peregre Charmides,
Thesaurum mihi demonstravit in hisce ædibus.
Hic in conclavi quodam. sed circumspice.
M. Nemo est. C. nummorum Philippeum ad mille millia. 115
Id solus solum per amicitiam, & per fidem,
Flens me obsecravit, suo ne gnato crederem,
Neve cuiquam, unde ad eum id posset permanascere.
Nunc si ille huc salvos revenit, reddam suum sibi:
Si quid eo fuerit, certo illius filiæ, 120
Quæ mihi mandata est, habeo dotem unde dem,
Ut eam in se dignam conditionem collocem.
P. Pro dii immortales, verbis paucis quam cito
Alium feciſti me? alius ad te veneram.
Sed ut occœpisti, perge porro proloqui. 125
C. Quid tibi ego dicam? qui illius sapientiam
Et meam fidelitatem, & celata omnia
Pœne ille ignavos funditus pessum dedit?
M. Quidum? C. quia rure dum sum ego unos sexdies,
Me absente, atque insciente, inconsulto meo, 130
Ædes venales hasce inscribit literis.
M. Adesurivit magis, & inhiavit acrius
Lupus: observavit dum dormitaret canes.
Gregem universum voluit totum avortere.
C. Fecisset edepol, ni hæc præsensisset canes. 135
Sed

Sed nunc rogare ego vicissim te volo:
Quid fuit officium meum me tacere, face sciam.
Utrum indicare me ei thesaurum æquom fuit,
Advorsum quam ejus me obsecravisset pater:
An ego alium dominum paterer fieri hisce ædibus?
Qui emisset, ejusne esset ea pecunia?
Emi egomet potius ædis. argentum dedi
Thesauri caussa, ut salvom amico traderem.
Neque adeo hasce emi mihi, nec usuræ meæ.
Illi redemi rursum, à me argentum dedi.
Hæc sunt, seu recte seu pervorse facta sunt;
Egomet feciſſe confiteor, Megaronides?
Hem mea malefacta, hem meam avaritiam tibi:
Hascine me propter res maledicta differunt?
M. Pausa: vicisti castigatorem tuum.
Occlusti linguam, nihil est qui respondeam.
C. Nunc ego te quæso, ut me opera & consilio juves,
Communicesque hanc mecum meam provinciam.
M. Polliceor operam. C. ergo ubi eris paulo post?
M. domi.
C. Nunquid vis? M. cures tuam fidem. C. fit sedulo.
M. Sed quid ais? C. quid vis? M. ubi nunc adolescens habet?
C. Posticulum hoc recepit, cum ædis vendidit.
M. Istuc volebam scire. I sane nunc jam.
Sed quid ais? C. quid? M. nunc virgo nempe apud te est. C. ita est:
Juxtaque eam curo cum mea. M. recte facis.
C. Num, priusquam abeo, me rogaturus? M. vale.
Nihil est profecto stultius, neque stolidius,
Neque mendaciloquius, neque argutum magis,
Neque confidentiloquius, neque perjurius,
Quam urbani assidui cives, quos scurras vocant.
Atque egomet me adeo cum illis una ibidem traho,
Qui illorum verbis falsis acceptor fui,
Qui omnia se simulant scire; nec quicquam sciunt.
Quod quisq; in animo habet, aut habiturus est, sciunt.
Sciunt id quod in aurem rex reginæ dixerit.
Sciunt, quod Juno fabulata est cum Jove
Quæ neque futura, neque facta sunt, tamen illi sciunt.
Falsón' an vero laudent, culpent, quem velint,
Non flocci faciunt, dum illud quod lubeat, sciant.
Omnes mortales hunc ajebant Calliclem

Indi-

Indignam civitate hac esse & vivere;
Bonis qui hunc adolescentem evortisset suis.
Ego de eorum verbis famigeratorum insciens
prosilui amicum castigatum innoxium:
Quod si exquiratur usque ab stirpe auctoritas,
Unde quidque auditum dicant, nisi id appareat,
Famigeratori res sit cum damno & malo.
Hoc ita si fiat, publico fiat bono.
Pauci sint faxim, qui sciant, quod nescium,
Occlusioremque habeant stultiloquentiam.

ACTUS II. SCENA I.

LYSITELES *adolescens.*

MUltas res simim in meo corde verso, multum in cogitando
Dolorem indipiscor, egomet me concoquo, & macero, & detestigo. (liquet,
Magister mihi exercitor animus hic est: sed hoc non
Nec satis cogitatum est, utram potius harum mihi artem experessam,
Utram ætati agundæ arbitrer firmiorem: amorin'me, an rei (sit vitæ, 6
Obsequi potius par sit: utra in parte plus voluptatis
Ad ætatem agundam. de hac re mihi satis haud liquet. nisi hoc (dex sim,
Sic faciam opinor, utramq; rem simul experiar, ju-
Rensque ad eam rem. Ita faciam, ita placet, omnium primum
Amoris artis eloquar, quemadmodum expediant:
NUMQUAM 10
Amor quemquam, nisi cupidum hominem, possulat se in plagas
Conjicere: eos cupit, eos consectatur, subdole blanditur, ab re (pes, avarus,
Consulit blandiloquentulus, harpago, mendax, cupsilegans, despoliator, lacebricolarum hominum corruptor, (amat, 15
Blandus, inops, celati indagator. nam qui ab eo quod
Quam ex templo saviis sagittatis percussus est, illico res foras (mas, si audes.
Labitur, liquitur. da mihi hoc, mel meum, si me a-
Ibi ille cuculus: ocelle mi, fiat: & illuc, & si amplius vis dari,

Digitized by Google

Debitur. ibi illa pendentem ferit, jam amplius orat,
non sat (est,
Id est mali, ni amplius etiam quod ebibit, quod com-
Quod facit sumpti, nox datur? ducitur familia tota;
Vestispicæ, unctor, auri custos, flabelliferæ, sanda-
ligerulæ, (panis & peni.
Cantrices, cistellatrices, nuncii, renuncii, raptores
Fit ipse, dum illis comis est, inops amator. Hæc ego
cum ago
Cum meo animo, & recolo, ubi qui eget, quam pre-
tii sit parvi: apage te
Amor, non places, nihil te utor. quanquam illud est
dulce, esse, & bibere.
Amor amara dat tibi satis; quod ægre sit, fugit forum,
fugat tuos
Cognatos, fugat ipse se à suo contuitu.
Neque enim cum sibi amicum volunt dici. mille mo-
dis amor ignorandu'st. (in amorem
Procul adhibendus est, atque abstinendus: nam qui
Præcipitavit, pejus perit, quam si saxo saliat. apage
sis amor!
Tuas res tibi habe! Amor, mihi amicus ne fuas un-
quam. sunt tamen (feciſti.
Quos miseros maleque habeas, quos tibi obnoxios
Certum'st ad frugem applicare animum: quanquam
ibi animo
Labos grandis capitur. Boni sibi hæc expetunt, rem,
fidem, honorem,
Gloriam, & gratiam. hoc probis pretium'st: eo
mihi magis lubet (dicis.
Cum probis potius, quam cum improbis vivere vani-

ACTUS II. SCENA II.

PHILTO *senex*, LYSITELES *adolescens.*

QUo illic homo foras se penetravit ex ædibus?
L. pater; alium.
Impera quod vis: neque tibi ero in mora, neque la-
tebrose me abs tuo
Conspectu occultabo. P. feceris par tuis cæteris fa-
ctis, patrem
Tuum si percoles per pietatem! nolo ego cum im-
probis te viris,
Gnate mi, neque in via, neque in foro ullum sermo-
nem exequi.

Novi ego hoc seculum moribus quibus sit: malos
bonum malum (mali; rapax,
Esse volt, ut sit sui similis: turbant, miscent mores
Avarus, invidus: sacrum profanum, publicum priva-
tum habent: (cruciant
Hinlca gens. hæc ego doleo: hæc sunt, quæ me er-
Hæc dies noctesque tibi canto ut caveas: quod ma-
nu non queunt
Tangere, tantum fas habent, quo manus abstinent.
Cætera, rape, trahe, fuge, late. lacrumas hæc mihi,
cum video,
Eliciant. quia ego ad hoc genus hominum duravi
quin prius (dant:
Me ad pluris penetravi? nam hi mores majorum la-
Eosdem lutulant, quos collaudant. ego hisce te ar-
tibus gratiam
Facio, neu colas, neu imbuas ingenium. meo modo
& moribus vivito (istos
Antiquis: quæ ego tibi præcipio, ea facito. nihil ego
Moror facetos mores, & turbidos, quibus boni
dedecorant se.
Hæc tibi, si mea imperia capesses, multa bona in
pectore confident.
L. Semper ego usque ad hanc ætatem ab ineunte a-
dolescentia,
Tuis servivi servitutem imperiis, & præceptis, pater.
Pro ingenio ego me liberum esse ratus sum: pro im-
perio tuum. (sui.
Meum animum tibi servitutem servire æquom cen-
P. Qui homo, cum animo, inde ab ineunte ætate,
depugnat suo, (censeat:
Utrum itane esse mavelit, ut eum animus æquom
An ita potius, ut parentes eum esse, & cognati, velint:
Si animus hominem perpulit, actum est: animo ser-
vibit, non sibi. (cluet:
Si ipsi animum perpulit dum vivit, victor victorum
Tu si animum vicisti, potius quam animus te, est
quod gaudeas. (lubet.
Nimio satius est, ut opus't, te ita esse, quam ut animo
Qui animum vincunt, quam quos animus, semper
probiores cluent. (mea,
L. Ista hæc ego mihi semper habui ætati tegumentum
Ne penetrarem me usquam, ubi esset damni con-
ciliabulum,

Digitized by Google

Ne nocta irem obambulatum, neu ſuum adimerem alteri,
Neu tibi ægritudinem, pater, parerem, parſi ſedulo.
Sarta tecta tua præcepta uſque habui mea modeſtia.
P. Quid exprobras? bene quod feciſti, tibi feciſti, non mihi.
Mihi quidem ætas acta eſt ferme, tua iſtuc refert maxume.
Is PROBUS eſt, quem non pœnitet, quam probus ſit, & frugi bonæ.
Qui ipſus ſibi ſatis placet, nec probus eſt, nec frugi bonæ.
Benefacta benefactis aliis pertegito, ne perpluant.
Qui ipſus ſe contemnit, in eo eſt indoles induſtriæ.
L. Ob eam rem hæc, pater, autumavi, quia res quædam'ſt, quam volo dare geſtio.
Ego me abs te exorare. P. quid eſt? veniam jam
L. Adoleſcenti huic genere ſummo, amico, atque æquali meo,
Minus qui caute & cogitate ſuam rem tractavit, pater,
Bene volo ego illi facere, ſi tu non nevis. P. nempe de tuo.
L. De meo. nam quod tuum'ſt, meum'ſt: omne meum 'ſt autem tuum.
P. Quid is? egetne? L. eget. P. habuitne rem? L. habuit. P. qui eam perdidit?
Publiciſne affinis fuit, an maritumis negotiis?
Mercaturamne, an venales habuit. ubi rem perdidit?
L. Nihil iſtorum. P. quid igitur? L. per comitatem edepol, pater.
Præterea aliquantum animi cauſa in deliciis diſperdidit.
P. Edepol hominem prædicatum ferme familiariter,
Qui quidem nuſquam per virtutem rem confregit atque eget.
Nihil moror eum tibi eſſe amicum, cum ejuſmodi virtutibus.
L. Quia ſine omni malitia eſt, tolerare egeſtatem ejus volo.
P. De mendico male meretur qui ei dat, quod edit aut quod bibat:
Nam & illud quod dat, perdit, & illi producit vitam ad miſeriam.
Non eo hoc dico, quin quæ tu vis, ego velim, & faciam lubens.
Sed ego hoc verbum cum illi cuidam dico, præmonſtro tibi,

Ut

Ut ita te aliorum misereſcat, ne tui alios misereat.
L. Deſerere illum, & dejuvare in rebus advorſis pudet. (teris.
P. Pol pudere, quam pigere præſtat, totidem li-
L. Edepol deum virtute dicam, pater, & majorem & ma: (ceris,
Multa bona bene parta habemus. bene ſi amice-
Ne pigeat feciſſe: aut potius pudeat, ſi non fecerit.
P. De magnis divitiis quid demas, plus ſit, animus? (tari ſolet
L. Minus, pater. ſed civi immunifico ſcis quid ac-
Quod habes, ne habeas: & illud quod nunc non habes, habeas malum:
Quandoquidem nec tibi bene eſſe potes pati, nec alteri. (mi,
P. Scio equidem iſtuc ita ſolere fieri. verum, gnate
Is eſt immunis, cui nihil eſt, qui munus fungatur ſuum. (pater,
L. Deum virtute habemus, & qui noſmet amamur,
Et aliis qui comitati ſimus benevolentibus.
P. Non edepol tibi pernegare poſſum quicquam quod velis. (tri.
Cujus egeſtatem tolerare vis? loquere audacter pa-
L. Lesbonico huic adoleſcenti Charmidæ filio
Qui illic habitat. P. qui comedit quod fuit, quod non fuit.
L. Ne opprobra, pater. Multa eveniunt homini, quæ volt, quæ nevolt.
Agedum eloquere, quid dare illi nunc vis? L. nihil quidquam pater:
Sapienti ætas condimentum'ſt, ſapiens ætati cibu'ſt.
P. Mentire edepol, gnate. atque id nunc facis haud conſuetudine.
Nam ſapiens quidem pol ipſe fingit fortunam ſibi.
Eo ne multa, quæ nevolt, eveniunt, niſi fictor malfiet.
L. Multa eſt opera opus ficturæ, qui ſe fictorem probum (ſcentulu'ſt.
Vitæ agendæ eſſe expetit: ſed hic admodum adole-
P. Non ætate, verum ingenio adipiſcitur ſapientia.
Tu modo ne me prohibeas accipere, ſi quid det mihi.
P. An eo egeſtatem ejus tolerabis, ſi quid ad illo acceperis?
L. Eo pater. P. pol ego iſtanc volo me rationem edoceas. L. licet.

Scis:

Digitized by Google

ſin' tu illum, quo genere gnatus ſit? P. ſcio, apprime probo.
. Soror illi eſt adulta virgo grandis, eam cupio, pa- (ter,
ducere uxorem. P. ſine dote? L. ſine dote. P. uxo- (tiam: 95
rem? L. ita.
ua re ſalva. hoc pacto ab illo inibis ſammam gra- (liæ.
eque commodius ullo pacto ei poteris auxiliarier.
. Egone indotatam te uxorem ut patiar? L. patiundum eſt, pater,
t eo pacto addideris noſtræ lepidam famam fami-
. Multa ego poſſum docta dicta, & quamvis facunde loqui:
liſtoriam veterem, atque antiquam, hæc mea ſenectus ſuſtinet. 100
erum ego quando te, & amicitiam, & gratiam in noſtram domum
ideo allicere, etſi advorſatus tibi fui, iſtac judico,
ibi permitto, poſce, duce. L. dii te ſervaſſint mihi!
ed adde ad iſtam gratiam unum. P. quid id eſt autem unum? L. eloquar.
ute ad eum adeas, tute concilies, tute poſcas. P. eccere. 105
. Nimio citius tranſiges: firmum omne erit, quod tu egeris. (centum mea.
ravius erit tuum unum verbum ad eam rem, quam
. Ecce autem in benignitate hoc repperi negotium.
abitur opera. L. lepidus vivis, hæ ſunt ædes, hic habet.
esbonico eſt nomen, age, rem cura: ego te opperiar domi.

ACTUS II. SCENA III.

PHILTO *ſenex*.

NOn optuma hæc ſunt, neque ego, ut æquom, cenſeo:
erum meliora ſunt, quam quæ deterruma.
ed hoc unum conſolatur me, atque animum meum:
uia qui nihil aliud, niſi quod ſibi ſoli placet,
onſulit advorſum filium, nugas agit, 5
iſer ex animo ſit, factius nihilo facit?
æ ſenectuti is acriorem hyemem parat,
um illanc importunam tempeſtatem conciet.
:d aperiuntur ædes, quo ibam: commode
ſe exit Lesbonicus cum ſervo foras. 10

ACTUS II. SCENA IV.

LESBONICUS *adolescens*, STASIMUS *servus*, PHILTO *senex*.

MInas quindecim dies sunt, cum pro hisce ædibus
Minas quadraginta accepisti à Callicle.
Estne hoc quod dico, Stasime? S. cum consideo,
Meminisse videor fieri. L. quid factum est eo?
S. Comesum, expotum, exutum, elotum in balneis.
Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui,
Olitores, myropolæ, aucupes. confit cito,
Quam si tu objicias formicis papaverem.
L. Minus hercle in hisce rebus sumptum est sex minis.
S. Quid, quod dedisti scortis? L. ibidem una traho.
S. Quid, quod ego defraudavi? L. hem! ista ratio maxuma est.
S. Non tibi illud apparere, si sumas, potest,
Nisi tu immortale rere esse argentum tibi.
Sero atque stulte, prius quod cautum oportuit,
Postquam comedit rem, post rationem putat.
L. Nequaquam argenti ratio comparet tamen.
S. Ratio quidem hercle apparet, argentum exstat.
Minas quadraginta accepisti à Callicle,
Et ille ædis abs te accepit mancupio. L. admodum.
P. Pol opinor affinis noster ædes vendidit.
Pater, cum peregre veniet, in porta est locus,
Nisi forte in ventrem filio correpserit
S. Trapezitæ mille drachmarum Olympicum,
Quas de ratione debuisti, redditæ.
L. Nempe quas spopondi. S. immo quas dependi, inquito.
Quas sponsione pronuper tu exactus es.
Pro illo adolescente, quem tu ajebas esse divitem.
L. Factum. S. ut quidem illud perierit. L. factum id quoque est.
Nam nunc eum vidi miserum, & me ejus miseri-(tum'st.
S. Miseret te aliorum, tui te nec miseret, nec pudet.
P. Tempus adeundi est. L. estne hic Philto, qui advenit?
Is hercle est ipsus. S. edepol næ ego istum velim
Meum fieri servom cum suo peculio.

P. He-

Herum atque ſervom plurimum Philto jubet
Valere, Lesbonicum, & Staſimum. L. dii duint
Tibi, Philto, quæcumque optes. quid agit filius?
P. Bene volt tibi. L. edepol mutuom mecum facit.
Nequam illud verbum'ſt, Bene volt, niſi qui be-
nefacit.
Ego quoque volo eſſe liber; nequicquam volo:
Hic poſtulet frugi eſſe, nugas poſtulet.
P. Meus gnatus me adte miſit, inter ſe atque vos
Affinitatem ut conciliarem & gratiam.
Tuam volt ſororem ducere uxorem, & mihi
Sententia eadem'ſt, & volo. L. hau! noſco tuum,
Bonis tuis rebus meas res irrides malas. (piter.
P. Homo ego ſum, homo tu es: ita me amabit Jup-
Neque te deriſum veni, neque dignum puto.
Verum hoc, ut dixi, meus me oravit filius,
Ut tuam ſororem poſcerem uxorem ſibi.
L. Mearum rerum me noviſſe æquom'ſt ordinem,
Cum veſtra noſtra non eſt æqua factio.
Affinitatem vobis aliam quærite.
S. Satin' tu ſanus mentis, aut animi tui,
Qui conditionem hanc repudies? nam illum tibi
Veterinarium eſſe amicum inventum intellego.
L. Abin' hinc diercte? S. ſi hercle ire occipiam,
verres.
L. Niſi quid mé aliud vis, Philto, reſpondi tibi.
P. Benigniorem, Lesbonice, te mihi,
Quam nunc experior eſſe, confido fore:
Nam & ſtulte facere, & ſtulte fabularier,
Utrumque, Lesbonice, in ætate haud bonum'ſt.
S. Verum hercle hic dicit. L. oculum ego effodiam
tibi,
Si verbum addideris. S. hercle quin dicam tamen.
Nam ſi ſic non licebit, luſcus dixero.
P. Ita tu nunc dicis non eſſe æquiparabiles
Voſtras cum noſtris factiones atque opes?
L. Dico. P. quid tunc, ſi in ædem ad cœnam veneris,
Atque ibi, opulèntus tibi par forte ut venerit,
Appoſita ſit cœna, popularem quem vocant,
Si illi congeſtæ ſint epulæ à clientibus,
Si quid tibi placeat, quod illi congeſtum ſiet.
Ediſne, an incœnatus cum opulento accubes?
L. Edim, niſi ille vetet. S. at pol ego, etiamſi veret,

Edim, atque ambabus malis expletis votum,
Et quod illi placeat, præripiam potiſſimum,
Neque illi concedam quicquam de vita mea.
Verecundari neminem apud menſam decet,
Nam ibi de divinis atque humanis cernitur.
P. Rem fabulare. S. non tibi dicam dolo.
Decedam ego illi de via, de ſemita,
De honore populi: verum quod ad ventrem attinet,
Non hercle hoc longè, niſi me pugnis vicerit.
Cœna hâc annonâ eſt ſine ſacris hæreditas.
P. Semper tu hoc facito, Lesbonice, cogites,
Id optumum eſſe, tute uti ſis optumus.
Si id nequeas, ſaltem ut optumis ſis proximus.
Nunc conditionem hanc quam ego fero, & quam abs te peto,
Dare atque accipere, Lesbonice, te volo.
Dei divites ſunt: deos decent opulentiæ
Et factiones: verum nos homunculi
Salillum animæ qui cum extemplo amiſimus,
Æquo mendicus atque ille opulentiſſimus
Cenſetur cenſu ad Acherontem mortuus.
S. Mirum ni tu illuc tecum divitias feras,
Ubi mortuus ſis, ita ſis, ut nomen cluet.
P. Nunc ut ſcias hic factiones atque opes
Non eſſe, neque nos tuam negligere gratiam,
Sine dote poſco tuam ſororem filio.
Quæ res bene vortat. habeon' pactam? quid taces?
S. Proh dii immortales! conditionem quojuſmodi?
P. Quin fabulare, dii bene vortant! ſpondeo.
S. Heu! ubi uſus nihil erat dicto, ſpondeo
Dicebat: nunc hic, quom opus eſt. non quit dicere.
L. Cum affinitate voſtra me arbitramini
Dignum, habeo vobis, Philto, magnam gratiam.
Sed etſi hercle graviter cecidit ſtultitia mea,
Philto; eſt ager ſub urbe hic nobis, eum dabo
Dotem ſorori. nam is de ſtultitia mea
Solus ſuperfit præter vitam reliquus.
P. Profecto dotem nihil moror. L. certum'ſt dare.
T. Noſtramne vis nutricem, here, quæ nos educat,
Abalienare à nobis? caveſis feceris.
Quid edemus noſmet poſtea? L. etiam tu taces?
Tibi ego rationem reddam? S. plane periimus,
Niſi quid ego comminiſcor. Philto, te volo.

P.

Digitized by Google

Si quid vis, Stasime. S. huc concede aliquantum. P. licet.
Arcano tibi ego hoc dico, ne ille ex te sciat,
Neve alius quisquam. P. crede audacter quid lubet.
Per deos atque homines dico, ne tu illunc agrum
Unum siris unquam fieri, neque gnati tui.
Ei rei argumentum dicam. P. audire edepol lubet.
Primum omnium olim terra cum proscinditur,
In quinto quoque sulco moriuntur boves.
P. Apage! S. Acherontis ostium in nostro'st agro.
Tum vinum priusquam coactum'st, pendet putidum,
L. Consuadet homini, credo. etsi sceleatus est,
At mihi infidelis non est. S. audi cætera.
Post id, frumenti quom alibi messis maxum'st,
Tribus tantis illi minus reddit, quam obseveris.
P. Hem! istic oportet obseri mores malos;
Si in obserendo possint interfieri.
S. Neque unquam quisquam est, quojus ille ager fuit,
Quin pessume ei res vorterit, quojus fuit.
Alii exulatum abierunt, alii emortui,
Alii se suspendere. hem! nunc hic cujus est,
Ut ad incitas redactus! P. apage à me istum agrum.
S. Magis apage dicas, si omnia à me audiveris.
Nam fulguritæ sunt hic alternæ arbores.
Sues moriuntur anginâ acerrumè,
Oves scabrosæ sunt, tam glabræ, hem, quam hæc est manus.
Tum autem Syrorum, genus quod patientissimum est
Hominum, nemo extat, qui ibi sex menses vixerit:
Ità cuncti solstitiali morbo decidunt. (nus
P. Credo ego istuc, Stasime, ita esse: sed Campas ge-
Multo Syrorum jam antidit patientia.
Sed iste est ager profecto, ut te audivi loqui,
Malos in quem omnes publice mitti decet.
Sicut fortunatorum memorant insulas,
Qui cuncti, qui ætatem egerunt caste suam,
Conveniant: contra istoc detrudi maleficos
Æquom videtur, qui quidem istius sit modi.
S. Hospitium est calamitatis. quid verbis opu'st?
Quamvis malam rem quærens, illic reperias.
P. At tu hercle, & illi, & alibi. S. cave sis dixeris,
Me tibi dixisse hoc. P. dixisti arcano satis.
S. Quin hic quidem cupit illum ab se se abalienarier.

Digitized by Google

Siquidem reperire posset, cujus os sublinat.
P. Meus quidem hercle nunquam fiet. S. si sapies quidem.
Lepide hercle de agro ego hunc senem deterrui:
Nam qui vivamus nihil est, si illum amiserit.
P. Redeo ad te, Lesbonice. L. dic, sodes mihi,
Quid hic locutus tecum? P. quid censes? homo'st,
Volt fieri liber: verum quod det, non habet.
L. Et ego esse locuples, verum nequicquam volo.
S. Licitum, si velles; nunc quoniam nihil est, non licet. (modo,
L. Quid tecum, Stasime? S. de istoc quod dixti
Si antea voluisses, esses; nunc sero cupis.
P. De dote mecum conveniri nihil potest.
Quid tibi lubet, tute agito cum nato meo.
Nunc tuam sororem filio posco meo.
Quæ res bene vortat. quid nunc? etiam consulis?
L. Quid istic? quando ita vis, di bene vortant; spondeo.
P. Nunquam edepol cuiquam tam expectatus filius
Natus, quam est illud Spondeo natum mihi.
S. Di fortunabunt vostra consilia. P. ita volo.
L. Sed, Stasime, abi hinc ad meam sororem; ad Calliclem.
Dic hoc negotii quomodo actum est. S. ibitur.
L. Et gratulator meæ sorori. S. scilicet.
P. I hac, Lesbonice, mecum, ut coram nuptiis
Dies constituatur: eadem hæc confirmabimus.
L. Tu istuc cura quod jussi, ego jam hic ero.
Dic Callicli, me ut conveniat. S. quin tu i modo.
L. De dote ut videat quid opus sit facto. S. i modo.
L. Nam certum'st me sine dote haud dare. S. quin tu i modo. (S. abi modo.
L. Neque enim illi damno unquam esse patiar
L. Meam negligentiam. S. i modo. S. O pater,
Æquom videtur quin quod peccarim. S. i modo.
L. Potissumum mihi id obsit. S. i modo. L. O pater,
En unquam aspiciam te? S. i modo, i modo, i modo.
Tandem impetravi abiret. dii vostram fidem!
Edepol re gesta pessume, gesta probe,
Siquidem ager nobis salvos est: etsi admodum
In ambiguo est etiam, nunc quid de hac re fiat.

Sed

Digitized by Google

ad si alienatur, actum'st de collo meo.
Restandus peregre clypeus, galea, sarcina: 195
Fugiet ex urbe; ubi erunt factæ nuptiæ,
Sit istinc aliquo in maxumam malam crucem
Atrocinatum, aut in Asiam, aut in Ciliciam.
Ibo huc quo mihi imperatum'st; etsi odi hanc domum,
Postquam exturbavit hic nos ex nostris ædibus. 200

ACTUS III. SCENA I.

CALLICLES *senex*, STASIMUS *servus*.

QUomodo tu istuc Stasime, dixisti? nostrum he-
rilem filium, (modo.
Lesbonicum suam sororem despopondisse? S. hoc
C. Quoi homini despondit? S. Lysitheli Philtonis filio,
Sine dote. C. sine dote ille illam in tantas divitias
dabit?
Non credibile dicis. S. at tu edepol nullus creduas. 5
Si hoc non credis, ego credidero. C. quid? S. me
nihili pendere.
C. Quamdudum istuc, aut ubi actum'st? illico hic
ante ostium. (dita,
Tam modo, inquit Prænestinus. C. tanton' in re per-
Quam in re salva, Lesbonicus factus est frugalior?
S. Atque equidem ipsus ultro venit Philto oratum
filio. 10
C. Flagitium quidem hercle fiet, nisi dos dabitur
virgini. (tellego.
Postremo edepol ego istam rem ad me attinere in-
Ibo ad meum castigatorem, atque ab eo consilium
petam. (mihi,
S. Propemodum quid illic festinet sentio, & suboleo
Ut agro evortat Lesbonicum, quando evortit ædi-
bus. 15
O here Charmide, quam absente te hic tua res dis-
trahitur tibi!
Utinam te redisse salvom videam! ut inimicos tuos
Ulciscare, ut mihi, ut erga te fui & sum, referas
grátiam
Nimium difficile'st reperiri amicum ita ut nomen
cluet: (mias. 20
Cui tuam cum rem credideris, sine omni cura dor-
Sed generum nostrum ire eccillum video cum affini
suo (du
Nescio quid non satis inter eos convenit; celeri gra-
Eunt

Digitized by Google

Eunt uterque: ille reprehendit hunc priorem pallio:
Haud illi euscheme astiterunt. huc aliquantulum
abscesserо.
Est lubido orationem audire duorum affinium.
ACTUS III. SCENA II.
LYSITELES, LESBONICUS, STASIMUS.
STa illico, noli avorsari, neque te occultassis mihi.
LE. Potin' ut me ire quo profectus sum, sinas?
LY. si in rem tuam,
Lesbonice, esse videatur, gloriæ aut famæ, sinam.
LE. Quod est facillimum, facis. LY. quid id est? LE.
amico injuriam.
LY. Neque meum'st, neque facere didici. LE. indoctus quam docte facis! (mihi?
Quid faceres, si quis docuisset te, ut sic odio esses
Qui bene cum simulas facere mihi te, male facis, male consulis.
LY. Egone? LE. tu næ. LY. quid male facio!
LE. quod ego nolo, id cum facis.
LY. Tuæ rei bene consulere cupio. LE. tu mihi es
melior, quam egomet mihi?
Sat sapio, satis in rem quæ sint meam ego conspicio mihi.
LY. An id est sapere, ut qui beneficium benevolente repudies?
LE. NULLUM beneficium esse duco id, quod, cui facias, non placet. (cium migrat:
Scio ego, & sentio ipse quid agam neque à me offi-
Nec tuis depellor dictis, quin rumori serviam.
LY. Quid ais? nam retineri nequeo, quin dicam ea, quæ promeres.
Itane tandem majores famam tradiderunt tibi tui,
Ut virtute eorum ante parta per flagitium perderes?
Atque honori posterorum tuorum ut vindex fieres?
Tibi paterque avosque facilem fecit & planam viam
Ad quærendum honorem: tu fecisti ut difficilis foret,
Culpa maxume & desidia, tuisque stultis moribus.
Præoptavisti, amorem tuum uti virtuti præponeres.
Nunc te hoc pacto credis posse obtegere errata? ah! non ita est. (tuo:
Cape sis virtutem animo, & corde expelle desidiam
la

In foro operam amicis da, haud in lecto amicæ, ut solitus es.
Atque ego istum agrum tibi relinqui ob eam rem enixe expeto,
Ut tibi sit, qui te corrigere possis, ne omnino inocium objectare possint tibi, quos tu inimicos habes.
LE. Omnia ego istæc, quæ dixisti, scio, vel exsignavero,
Ut rem patriam & gloriam majorum fœdarim meam. Sciebam ut esse me deceret, facere non quibam miser:
Ita vi Veneris victus, ocio captus, in fraudem incidi:
Et tibi nunc proinde ac merere, summas habeo gratias.
LY. At operam perire meam sic, & te hæc dicta de corde spernere,
Perpeti nequeo: simul me piget parum pudere te.
Et postremo, nisi me auscultas, atque hoc, ut dico, facis,
Tute pone te. latebis facile, ne inveniat te honor.
In occulto jacebis, cum te maxume clarum voles.
Pernovi equidem, Lesbonice, imperitum tuum ingenium admodum.
Scio te sponte non tuapte errasse, sed amorem tibi pectus obscurasse: atq; ipse amoris teneo omnis vias.
Ita est AMOR, balista ut jacitur: nihil sic celere est, neque volat.
Atque is mores hominum moros & morosos efficit.
Minus placet, magis quod suadetur: quod dissuadetur, placet.
Cum inopia'st, cupias: quando ejus copia'st, tum non velis.
Ille qui aspellit, is compellit: ille qui consuadet, vetat.
Insanum est malum in hospitium devorti ad Cupidinem.
Sed te moneo, hoc etiam atque etiam ut reputes.
Si istuc, ut conare facis indicium; tuum incendes genus.
Tum igitur tibi aquæ erit cupido, genus qui restinguas tuum:
Atque erit, si nactus, proinde ut corde amantes sunt cati,
Ne scintillam quidem relinques, genus qui congleat tuum.
LE. Facile'st inventu, datur ignis, tametsi ab inimicis petas.

Digitized by Google

Sed tu objurgans me, à peccatis rapis deteriorem in
viam. (non convenit,
Meam vis ſororem tibi dem: ſuades ſine dote: hoc
Me qui abuſus ſum tantam rem patriam, porro in di-
vitiis (merito oderit.
Eſſe, agrumque habere, egere illam autem, ut me
NUNQUAM erit alienis gravis, qui ſuis ſe concinnat
levem.
Sicut dixi, faciam: nolo te jactari diutius.
L. Tanto meliu'ſt ſororis cauſſa egeſtatem exequi,
Atque eum agrum me habere, quam te, tua qui tole-
res mœnia?
L. Nolo ego mihi te tam proſpicere, qui meam ege-
ſtatem leves. (differant,
Sed ut inops infamis ne ſim: ne mihi hanc famam
Me germanam meam ſororem in concubinatum tibi
Sic ſine dote dediſſe, magis quam in matrimo-
nium.
Quis me improbior perhibeatur eſſe? hæc famige-
ratio (ris.
Te honeſtet, me autem collutulet, ſi ſine dote duxe-
Tibi ſit emolumentum honoris, mihi quod obje-
ctent, fiet.
L. Quid? te Dictatorem cenſes fore, ſi abs te agrum
acceperim? (tamen
L. Neque volo, neque poſtulo, neque cenſeo: verum
Is eſt HONOS homini pudico, meminiſſe officium
ſuum. (ſentio.
L. Scio equidem te, animatus ut ſis; video, ſuboler,
Id agis, ut ubi affinitatem inter nos noſtram affrin-
xeris,
Atque eum agrum dederis, nec quicquam hic tibi
ſit, qui vitam colas,
Effugias ex urbe inanis, profugus, patriam deſe-
ras,
Cognatos, affinitatem, amicos, factis nuptiis.
Mea opera hinc proterritum te, meaque avaritia au-
tument. (duxeris.
Id me commiſſurum, ut patiar fieri, ne animum in-
S. Non enim poſſum, quin exclamem: euge! euge!
Lyſiteles, πάλιν. (dia
Facile palmam habes: hic victus: vicit tua comœ-
Hic agit magis ex argumento, & verſus meliores
facit.

Etiam

Digitized by Google

Etiam ob ſtultitiam tuam te tueris? multam abomina. (ceſſio eſt?
L. Quid tibi interpellatio, aut in conſilium huc ac-
S. Eodem pacto, quo huc acceſſi, abſceſſero. L. i. hac mecum domum,
Lyſiteles: ibi de iſtis rebus plura fabulabimur.
L. Nihil ego in occulto agere ſoleo: meus ut animus eſt, eloquar, (datur
Si mihi tua ſoror, ut ego æquom cenſeo, ita nuptum
Sine dote, neque tu hinc abiturus: quod meum erit, id erit tuum.
Sin aliter animatus es, bene quod agas, eveniat tibi.
Ego amicus nunquam tibi ero alio pacto. ſic ſententia eſt.
S Abiit hercle ille quidem. ecquid audis, Lyſiteles? ego te volo.
Hic quoque hinc abiit. Staſime, reſtas ſolus. quid ego nunc agam?
Niſi ut ſarcinam conſtringam, & clypeum addorſum accommodem:
Fulmentas jubeam ſuppingi ſoccis: non ſiſti poteſt.
Video caculam militarem me futurum haud longius,
At aliquem ad regem in ſaginam herus ſe conjecit meus.
Credo ad ſummos bellatores acrem fugitorem fore:
Et capturum ſpolia ibi illum, qui meo hero adverſus venerit.
Egomet autem, quom extemplo arcum mihi, & pharetram, & ſagittas ſumſero, (100
Caſſidem in caput, dormibo placide in tabernaculo.
Ad forum ibo: nudius ſextus quoi talentum mutuom
Dedi, repoſcam: ut habeam mecum, quod feram viaticum.

ACTUS III. SCENA III.

MEGARONIDES, CALLICLES *ſenes.*

UT mihi rem narras, Callicles, nullo modo
Poteſt fieri prorſus, quin dos detur virgini.
C. Namque hercle honeſte fieri ferme non poteſt,
Ut eam perpetiar ire in matrimonium
Sine dote, cum ejus rem penes me habeam domi.
M. Parata dos domi'ſt, niſi expectare vis,

Ut

Digitized by Google

Ut eam sine dote frater nuptum collocet.
Post adeas tute Philtonem, & dotem dare
Te ei dicas, facere id ejus ob amicitiam patris.
Verum hoc ego vereor, ne istæc pollicitatio
Te in crimen populo ponat, atque infamiam.
Non temere dicant te benignum virgini:
Datam tibi dotem, ei quam dares, ejus à patre.
Ex ea largitari te illi; neque ita, ut sit data in-
Columen te sistere illi, & detraxe autument.
Nunc si operiri vis adventum Charmidis,
Perlongum'st: huic ducenti interea abscesserit.
C. Nam hercle omnia istæc veniunt in mentem mihi.
M. Vide si hoc utibile magis atque in rem deputas,
Ut adeam Lesbonicum, edoceam ut res sese habet.
C. Ut ego nunc adolescenti thesaurum indicem
Indomito, pleno amoris, ac lasciviæ?
Minume, minume hercle vero! nam certo scio,
Locum quoque illum omnem, ubi situ'st comederit,
Quem fodere metuo, sonitum ne ille exaudiat,
Neu ipsam rem ndaget, dotem dare si dixerim.
M. Quo pacto ergo igitur? C. clam dos deprom poteſt,
Dum occasio ei rei reperiatur: interim
Ab amico alicunde argentum in dotem rogem.
M. Potin'st ab amico alicunde exorari? C. potest.
M. Gerræ! næ tu illud verbum actutum inveneris:
Mihi quidem hercle non est, quod dem mutuom.
C. Malim hercle, ut verum dicas, quam ut des mutuom.
M. Sed vide consilium, si placet. C. quid consili'st?
M. Scitum, ut ego opinor, consilium inveni. C. quid est?
M. Homo conducatur aliquis jam, quantum potest,
Quasi si peregrinus. C. quid is scit facere postea?
M. Is homo exornetur graphice in peregrinum modum,
Ignota facies, quæ non visitata sit,
Falsidicum, confidentem. C. quid tum postea?
M. Quasi ad adolescentem à patre ex Seleucia
Veniat, salutem ei nunciet verbis patris,
Illum bene gerere rem, & valere, & vivere,

Et

eam rediturum actutum. ferat epiſtolas
nas: eas nos conſignemus, quaſi ſint à patre:
ıet alteram illi, dicat alteram tibi
)are ſeſe velle. C. perge porro dicere.
4. Seque aurum ferre virgini dotem à patre
)icat, patremque id juſſiſſe aurum tibi dare.
Tenes jam? C. propemodo! atque auſculto perlubens.
M. Tum tu igitur demum id adoleſcenti aurum da-
Ubi erit locata Virgo in matrimonium.
C. Scite hercle ſane. M. hoc, ubi theſaurum effo-
Suſpicionem ab adoleſcente amoveris.
Cenſebit aurum eſſe à patre allatum tibi?
Tu de theſauro ſumes. C. ſatis ſcite, & probe.
Quamquam hoc me ætatis ſycophantari pudet.
Sed epiſtolas quando obſignatas afferet,
Si quidem obſignatas attulerit epiſtolas;
Nonne arbitraris eum adoleſcentem annuli
Paterni ſignum noviſſe? M. etiam tu taces?
Sexcentæ ad eam rem cauſſæ poſſunt colligi:
Illuc quem habuit, perdidit, alium poſt fecit novum.
Jam ſi obſignatas non feret, dici hoc poteſt,
Apud portitorem eas reſignatas ſibi
Inſpectaſque eſſe. in hujuſmodi negotio
Diem ſermone terere, ſegnities mera'ſt:
Quamvis ſermones poſſunt longi texier.
Abi ad theſaurum jam confeſtim clanculum.
Servos, ancillas amove, atque audin'? C. quid eſt?
M. Uxorem quoque ipſam hanc rem ut celes, face.
C. Nam pol tacere nunquam quicquam'ſt, quod queat.
M. Quid nunc ſtas? quin te hinc amoves, & te moves?
Aperi, deprome inde auri ad hanc rem, quod ſat eſt,
Continuo operito denuo: ſed clanculum,
Sicut præcepi: cunctos exturba ædibus. (mur,
C. Ita faciam. M. at enim nimis longo ſermone uti-
Diem conficimus, quod jam properato'ſt opus.
Nihil eſt de ſigno quod vereare, me vide.
Lepida eſt illa cauſſa, ut commemoravi, dicere,
Apud portitores eſſe inſpectas: denique
Diei tempus non vides? quid illum putas
Natura illa, atque ingenio? jamdudum ebrius'ſt.
Quidvis probare poterit: cum quod maxumum eſt,

Aſſerre,

Digitized by Google

Afferre, non petere hic se dicet. C. jam sat est.
M. Ego sycophantam jam conduco de foro:
Epistolasque jam consignabo duas,
Eumque huc ad adolescentem meditatum probe
Mittam. C. eo ego igitur intro ad officium meum.
Tu istuc age. M. actum reddam. ***.

ACTUS IV. SCENA I.

CHARMIDES *Senex.*

SAlispotenti & multipotenti Jovis fratri, & Neptuni Neptuni,
Lætus, lubens, laudes ago, & grates, gratiasque habeo, & fluctibus salsis, (meæ vitæ,
Quos penes mei potestas, bonis meis quid foret, & Quod suis me ex locis in patriam urbisque mœnia reducem faciunt.
Atque ego, Neptune, tibi ante alios deos gratias ego atque habeo summas.
Nam te omnes sævomque severumque, atque avidis moribus commemorant,
Spurcificum, immanem, intolerandum, vesanum, contra opera expertus.
Nam pol placido te, & clementi, meo usque *modo*, ut volui, usus sum in alto:
Atque hanc tuam gloriam jam ante auribus acceperam & nobiles apud homines,
Pauperibus te parcere solitum, divites damnare, atque domare.
Abi, laudo: scis ordine, ut æquom'st,
Tractare homines. hoc diis dignum'st, semper mendicis modesti sint.
Fidus fuisti, infidum esse iterant. nam absque foret te, sat scio, in alto
Distraxissent, disque tulissent, satellites tui, me miserum fœde, (per campos,
Bonaque omnia. ita una mecum passim cæruleos
Ita jam quasi canes, haud secus circumstabant naveni turbines venti,
Imbres, fluctusque, atque procellæ infensæ: frangere malum, (foret præsto.
Ruere antennas, scindere vela, ni tua pax propitia
Apage me sis. deinde hinc certum'st otio me dare: satis partum habeo.

uibus ærumnis deluctavi, filio dum divitias quæro!
ed quis hic est, qui in plateam ingreditur cum novo ornatu, specieque
imul? pol! quanquam domi cupio, operiar hic, quam gerat rem.

ACTUS IV. SCENA II.

SYCOPHANTA, CHARMIDES *senex.*

HUic ego diei nomen Trinummo faciam: nam ego operam meam
ribus nummis hodie locavi, ad artes nugatorias.
dvenio ex Seleucia, Macedonia, Asia, atq; Arabia,
Quas ego, neque oculis, neque pedibus unquam usurpavi meis.
Viden' egestas quid negotii dat homini misero mali?
Qui ego nunc subigor trium nummorum caussa, ut has epistolas
Dicam ab eo homine me accepisse, quem ego qui sit homo, nescio, (scio.
Neque novi: neque natus, necne is fuerit, id solide
C. Pol hic quidem fungino genere est: capite se totum tegit:
Illurica facies videtur hominis: eo ornatu advenit.
S. Ille qui me conduxit: ubi conduxit, abduxit domum (prius,
Quæ voluit, mihi dixit: docuit, & præmonstravit
Quomodo quidque agerem; nunc adeo si quid ego addidero amplius,
Eo conductor melius de me nugas conciliaverit.
Ut ille me exornavit, ita sum ornatus. argentum hoc facit.
Ipse ornamenta à Chorago hæc sumsit suo periculo.
Nunc ego si potero ornamentis hominem circumducere, (sentiat.
Dabo operam, ut me esse ipsum plane sicophantam
C. Quam magis specto, minus placet mihi hominis facies: mira sunt, (rius.
Ni illic homo'st aut dormitator, aut sector zona-
Loca contemplat, circumspectat sese, atque ædis noscitat. (loca.
Credo edepol; quo mox furatum veniat, speculatur
Magis lubido'st observare, quid agat: ei rei operam dabo.

S. Hae

S. Has regiones demonſtravit mihi ille conductor meus.
Apud illas ædis ſiſtendæ mihi ſunt ſycophantiæ.
Fores pultabo. C. ad noſtras ædes hic quidem haber rectam viam.
Hercle opinor mihi advenienti hac nocte agitandum'ſt vigilias.
S. Aperite hoc, aperite. heus! ecquis foribus tutelam
C. Quid adoleſcens quæris? quid vis? quid iſtas pultas? S. heus ſenex!
Cenſus cum juratori recte rationem dedi,
Lesbonicum hic adoleſcentem quæro, in his regionibus
Ubi habitet, & item alterum, ad iſtanc capitis albitudinem:
Calliclem ajebat vocari, qui has mihi dedit epiſtolas.
C. Meum gnatum hic quidem Lesbonicum quærit, & amicum meum,
Cui ego liberoſque bonaq; commendavi Callidem.
S. Fac me, ſi ſcis, certiorem, hice homines ubi habitent, pater.
C. Quid eos quæris? aut quiſes? aut unde es? aut unde advenis?
S. Multa ſimul rogitas! neſcio quid expediam potiſſimum.
Sin unumquidquid ſingillatim & placide percuncta-bere,
Et meum nomen, & mea facta, & itinera ego faxo ſcias.
C. Faciam ita ut vis, agendum nomen tuum primum memora mihi.
S. Magnum facinus incipiſſis petere. C. quid ita? S. quia, pater,
Si ante lucem ire occipias à meo primo nomine,
Concubium ſit noctis, priuſquam ad poſtremum perveneris.
C. Opus face eſt, & viatico, ad tuum nomen, ut tu prædicas.
S. Eſt minuſculum alteram quaſi vaſculum vinarium.
C. Hic homo ſolide ſycophanta eſt. quid ais tu, adoleſcens? S. quid eſt?
C. Eloquere, iſti tibi quid homines debent, quos tu quæritas?
S. Pater iſtius adoleſcentis dedit has duas mihi epiſtolas
Lesbonici: mihi eſt amicus. C. teneo hunc manifeſtarium.

Digitized by Google

Ne sibi epistolas dedisse dicit. Iudam hominem probe.

I. Ita ut occœpi, si animum advortas, dicam. C. dabo operam tibi. (stolam,

S. Hanc me jussit, Lesbonico suo gnato, dare epi-

Et item hanc alteram, suo amico Callicli, jussit dare.

C. Mihi quoque edepol, quoniam hic nugatur, contra nugari lubet. 55

Ubi ipse erat? S. bene rem gerebat. C. ergo ubi? S. in Seleucia. (hi ipse in manus.

C. Ab ipson' istas accepisti? S. è manibus dedit mi-

C. facie est homo? S. sesquipede quidem est qui tu longior.

C. Hæret hæc res: siquidem ego absens sum, quam præsens, longior. (cibum 60

Novistin' hominem? S. ridicule rogitas, quocum una Capere soleo. C. quid est ei nomen? S. quod edepol homini probo. (mihi

C. Lubet audire. S. ille illi edepol, illi: væ misero

C. Quid est negotii; S. devoravi nomen imprudens modo. (habet.

C. Non placet, qui amicos intra dentes conclusos

S. Atque etiam modo versabatur mihi in labris primoribus. (sto miser. 66

C. Tempori huic hodie anteveni. S. teneor manife-

C. Jamne commentus es nomen? S. deum hercle me atque hominum pudet.

C. Vide homo, ut hominem noveris? S. tanquam me. C. istuc fieri solet, (res.

Quod in manu teneas, atque oculis videas, id deside-

S. Literis recomminiscar. C est principium nomini. 70

C. Callicles? S. non est. C. Callipus? S. non est. C. Callidemides?

S. Non est. C. Callinicus? S. non est. C. Callimarchus? S. nil agis.

Neque adeo edepol floccifacio, quando egomet memini mei. (patris

C. At enim multi Lesbonici sunt hic: misi nomen

Dices, non monstrare possum istos homines, quos tu quæritas. (sumus. 75

Quod ad exemplum est? conjectura si reperire pos-

S. Ad hoc exemplum est, Char. C. an Chares? an Charidemus? num Charmides?

Digitized by Google

S, Hem istic erit. qui istum dii perdant! C. dixi ego jamdudum tibi:
Te potius bene dicere æquom'st homini amico, quam male. (pretii? 80
S. Satin' intra labra atque dentes latuit vir minumi
C. Ne male loquare absenti amico. S. quid ergo ille ignavissumus (mine.
Mihi latitabat? C. si appellasses, respondisset, no-
Sed ipse ubi est? S. pol illum reliqui ad Rhadamantem in Cecropia insula.
C. Qui homo est me insipientior? qui ipse egomet ubi sim, quæritem.
Sed nihil disconducit huic rei quid ais? S. quid? C. hoc te rogo. 85
Quos locos adisti? S. nimium miris modis mirabiles.
C. Lubet audire, nisi molestum'st S. quin discupio dicere.
Omnium primum in Pontum advecti ad Arabiam terram sumus.
C. Eho! an etiam Arabia'st in Ponto? S. est: non illæc ubi thus gignitur,
Sed ubi absynthium fit, atque cunila gallinacea. 90
C. Nimium graphicum hunc nugatorem! sed ego sum insipientior,
Qui egomet, unde redeam, hunc rogitem, quæ ego sciam, atque hic nesciat:
Nisi quia lubet experiri, quo evasurus 'st denique.
Quid est tibi nomen adolescens? S. Pax: id est nomen mihi.
Hoc quotidianum 'st. C. edepol nomen nugatorium.
Quasi dicas, si quid crediderim tibi, Pax periisse illico.
Sed quid ais? quo inde isti porro? S. si animum advortas, eloquar. (Jovis.
Ad caput amnis, quod de cœlo exoritur, sub solio
C. Sub solio Jovis? S. ita dico. C. è cœlo? S. atque è medio quidem.
C. Eho! an etiam in cœlum ascendisti? S. imo horiola advecti sumus 100
Usque aqua adversa per amnem. C. eho! an etiam vidisti Jovem? (cibum,
S. Alii isse ad villam ajebant, servis depromptum porro. C. deinde porro nolo quicquam prz-

S. Ego

S. Ego hercle, si es molestus. C. nam pudicum neminem
Esse oportet, qui abs terra ad cœlum pervenerit. 105
S. Dimittam, ut te velle video. sed monstra hosce homines mihi. (epistolas.
Hos ego quæro, quibus me oportet has deferre
C. Quid ais tu nunc? si forte eum ipsum Charmidem conspexeris, (las,
Illum, quem tibi istas dedisse commemoras epistoNoverisne hominem? S. næ tu me edepol arbitrare beluam, (egerim! 111
Qui quidem non novisse possim, quicum ætatem exAn ille tam esset stultus? qui mihi mille nummum crederet (tum suum,
Philippeum, quod me aurum deferre jussit ad gnaAtque ad amicum Calliclem, quoi rem ajebat mandasse hic suam. (approbe. 115
Mihi concrederet? nisi me ille & ego illum nossem
C. Enimvero ego nunc Sycophantæ huic sycophantari volo:
Si hunc possem illo mille nummûm Philippo circumducere, (nescio:
Quod sibi me dedisse dixit: quem ego, qui sit homo,
Neque oculis ante hunc diem unquam vidi: ei ne aurum crederem? (plumbeum. 120
Cui, si capitis res siet; nummum nunquam credam
Aggrediundu'st hic homo mihi astu. heus Pax! te tribus verbis volo.
S. Vel trecentis. C. haben' tu id aurum, quod accepisti à Charmide?
S. Atque etiam Philippeum, numeratum illius in mensa manu (mide?
Mille nummûm. C. nempe ab ipso id accepisti Char-
S. Mirum quin ab avo ejus, aut proavo, acciperem, qui sunt mortui. 125
C. Adolescens, cedodum istuc aurum mihi. S. quod ego aurum dem tibi?
C. Quod à me te accepisse fassus. S. abs te accepisse? C. ita loquor.
S. Quis tu homo es? C. qui mille nummum tibi dedi; ego sum Charmides.
S. Neque edepol tu is es, neque hodie is unquam eris, auto huic quidem.

Digitized by Google

Abi ſis nugator, nugari nugatori poſtulas.
C. Charmides ego ſum. S. nequicquam hercle es: nam nihil auri fero.
Nimis argute obrepſiſti in eapſe occaſiuncula,
Poſtquam ego me aurum ferre dixi, poſt tu factus Charmides,
Prius tu non eras, quam auri feci mentionem. nihil (agis.
Proin tute itidem ut charmidaus es, rurſum recharmida.
C. Quis ego ſum igitur? ſiquidem is non ſum, qui ſum? S. quid id ad me attinet?
Dum ille ne ſis, quem ego eſſe nolo, ſis mea cauſſa, qui lubet.
Prius non is eras qui eras: nunc iſ factus, qui tum (non eras.
C. Age, ſi quid agis. S. quid ego agam? C. aurum redde. S. dormitas ſenex.
C. Faſſus Charmidem dediſſe aurum tibi? S. ſcriptum quidem.
C. Properas, an non properas, abire actutum ab his regionibus, (male?
Dormitator, priuſquam ego hic te jubeo mulcari
S. Quamobrem? C. quin illum, quem mentitus es, ego ſum ipſus Charmides,
Quem tibi epiſtolas dediſſe ajebas. S. eho! quæſo an tu is es?
C. Is enimvero ſum. S. ain' tu tandem? is ipſuſne es? C. ajo. S. ipſus es?
C. Ipſus, inquam, Charmides ſum. S. ergo ipſuſne es? C. ipſiſſumus. (venis,
Abi hinc ab oculis. S. enimvero ſero quoniam advenulabis meo arbitratu, & novorum ædilium.
C. At etiam maledicis? S. immo ſalvos quandoquidem advenis.
Dii te perdant, etſi floccifacio, an periiſſes prius.
Ego ob hanc operam argentum accepi, te macto infortunio.
Cæterum qui ſis, qui non ſis, floccum non interduim. (dedit,
Ibo ad illum. renunciabo, qui mihi tris nummos
Ut ſciat ſe perdidiſſe: ego abeo, male vive, & vale,
Quod dii te omnes advenientem peregre perdant, Charmides.
C. Poſtquam ille hinc abiit, poſt loquendi libere.

Vide-

Digitized by Google

Videtur tempus veniſſe, atque occaſio.
Jamdudum meum ille pectus pingit aculeus,
Quid illi negotii fuerit ante ædis meas.
Nam epiſtola illa mihi concenturiat metum
In corde, & illud mille nummûm, quam rem agat.
Nunquam edepol temere tinniit tintinnabulum:
Niſi quis illud tractat, aut movet, mutum eſt, tacet.
Sed quis hic eſt, qui huc in plateam curſuram incipit?
Lubet obſervare quid agat: huc conceſſero.

ACTUS IV. SCENA III.

STASIMUS *ſervus*, CHARMIDES *ſenex*.

STaſime, fac te propere celerem, recipe te ad dominum domum,
Ne ſubito metus exoriatur ſcapulis ſtultitia tua.
Adde gradum, appropera: jamdudum factum'ſt cum abiſti domo:
Cave ſis tibi, ne bubuli in te cottabi crebri crepent.
Si abieris ab heri quæſtione, ne deſtiteris currere.
Ecce hominem te, Stafime, nihili: ſatin' in thermopolio (turem?
Condalium es oblitus, poſtquam thermopotaſti gut-
Recipe te, & recurre petere re recenti. C. huic, quiſquis eſt, (docet.
Curculio eſt exercitor: is hunc hominem curſuram
S. Quid? homo nihili? non pudet te? tribuſne te poteriis (hominibus
Memoria eſſe oblitum? an vero; quia cum frugi
Ibi bibiſti, qui ab alieno facile cohiberent manus?
Theruchus fuit Cerconicus, Crinnus, Cercobulus, Collabus,
Oculicrepidæ, cruricrepidæ, ſerriteri, maſtigiæ.
Inter eoſne homines condalium te redipiſci poſtulas, (lum?
Quorum eorum unus ſurripuit currenti curſori ſo-
C. Ita me dii ament, graphicum furem! S. quid ego? quod periit, petam?
Niſi etiam laborem ad damnum apponam epithecam inſuper?
Quin tu, quod periit, periiſſe ducis? cape vorſoriam.
Recipe te ad herum. C. non fugitivos'ſt hic homo: commeminit domi. (nioniæ,
S. Atque utinam veteres mores, vetereſque parſi-

Digitized by Google

Potius majori honori hic essent, quam mores malf.
C. Dii immortales, basilica hic quidem facinora in-
ceptat loqui. (scias.
Vetera quærit, vetera amare hunc, more majorum,
S. Nam nunc mores nihil faciunt quod licet, nisi
quod lubet. 25
Ambitio jam more sancta'est, libera'st à legibus.
Scuta jacere, fugereq; hostis more habent licentiam.
Petere honorem pro flagitio, more fit. C. morem
improbum! 28
S. Strenuos præterire, more fit. C. nequam quidem.
S. Mores leges perduxerunt jam in potestatem suam,
Magis quîs sunt obnoxiosi, quam parentes liberis.
Eæ miseræ etiam ad parietē sunt fixæ clavis ferreis,
Ubi malos mores affigi nimio fuerat æquius.
C. Lubet adire, atque appellare hunc; verum au-
sculto perlubens. (qui. 35
Et metuo si compellabo, ne aliam rem occipiat lo-
S. Neque istis quicquam lege sanctum'st; leges
mori serviunt.
Mores autem rapere properant, qua sacrum, qua pu-
blicum. (gnum'st dari.
C. Hercle istis malam rem magnam moribus di-
S. Nonne hoc publice animum advorti? nam id
genus hominum omnibus (40
Universis est advorsum. atq; omni populo malefacit,
Male fidem servando: illis quoque abrogant etiam
fidem
Qui nihil meriti, quippe ex eorum ingenio ingenium
horum probant.
Hoc qui in mentem venerit mihi, reipsa modo com-
monitus sum. (tum.
Si quis mutuom quid dederit, fit pro proprio perdi-
Cum repetas, inimicum amicum beneficio invenis
tuo. (optio: 46
Si mage exigere cupias, duarum rerum exoritur
Vel illud quod credideris perdas, vel illum amicum
amiseris.
C. Meus est hic quidem Stasimus servos. S. nam
ego talentum mutuom
Quod dederam, talento inimicum mihi emi, ami-
cum vendidi. (56
Sed ego sum insipientior, qui rebus curem publicis,
Potius,

Digitized by Google

nias, quam id quod proxumum'ſt meo tergo, tutelam geram,
Domum. C. heus tu! adſta illico, audi: heus tu!
L. non ſto. C. at ego te ſtare volo.
Quid ſi egomet te velle nolo? C. ha! nimium, Staſime, ſæviter.
Emere meliu'ſt, cui imperes. C. pol ego emi, atque argentum dedi. (malum,
Sed ſi non dicto audiens eſt, quid ago? S. damnum
C. Bene mones: ita facere certum 'ſt. S. niſi quidem es obnoxius,
C. Si bonus es, obnoxius ſum: ſin ſecus es, faciam uti jubes. (malis?
S. Quid id ad me attinet, boniſne ſervis tu uti are, an
C. Quia boni malique in ea re pars tibi eſt. S. partem alteram, (apponito. Do
Tibi permitto, aliam alteram ad me quod boni eſt,
C. Si eris meritus, fiet: ſed reſpice ad me huc ego ſum Charmides (optumi?
S. Hem quis eſt, qui mentionem facit homo hominis
C. Ipſe homo optumus. S. mare, terra, cœlum, dii, voſtram fidem!
Satin' ego oculis plane video? eſtne ipſus? an non eſt? is eſt. (65
Certe is eſt: is eſt profecto. ô mi here exoptatiſſume.
Salve. C. ſalve Staſime. S. ſalvum te. C. ſcio, & credo tibi.
Sed omitte alia: hoc mihi reſponde: liberi quid agunt mei, (valent.
Quos reliqui hic, filium, atque filiam? S. vivunt.
C. Nempe uterque? S. uterque. C. dii me ſalvom & ſervatum volunt.
Cætera intus ocioſe percunctabor, quæ volo. 70
Eamus intro: ſequere. S. quo tu te agis? C. quonam niſi domum?
S. Hiccine nos habitare cenſes? C. ubinam ego alibi cenſeam?
S. Jam. C. quid jam? S. non ſunt noſtræ ædes iſtæ. C. quid ego ex te audio?
S. Vendidit tuus natus ædis. C. perii! S. præſentarii
Argenti minis numeratis. C. quot? S. quadraginta C. occidi! (daveras 75
Qui eas emit? S. Callicles, quoi tuam rem commen-

Digitized by Google

Is habitatum huc commigravit; noſque exturbavit foras. (ticulo.
C. Ubi nunc filius meus habitat?. S. hic in hoc po-
C. Male diſperii! S. credidi ægre tibi id, ubi audiſſes, fore. (80
C. Ego miſer meis periculis, ſum per maria maxuma
Vectus capitali periculo, per prædones plurimos.
Me ſervavi, ſalvos redii: nunc hic diſperii miſer,
Propter eoſdem, quorum cauſa fui hoc ætatis exercitus.
Adimit animam mihi ægritudo, Staſime: tene me.
S. viſne aquam?
Tibi petam? C. res quom animam agebat, tum eſſe offuſam oportuit. 85

ACTUS IV. SCENA IV.

CALLICLES, CHARMIDES, *ſenes*, STASIMUS *ſervus*.

QUid hoc hic clamoris audio ante ædis meas?
CH. O Callicles, ô Callicles, ô Callicles,
Qualin' amico mea commendavi bona?
CA. Probo, & fideli, & fido, & cum magna fide.
Et ſalve, & ſalvom te adveniſſe gaudeo.
CH. Credo omnia iſtæc tibi, ſi ita'ſt, ut prædicas, 5
Sed quis iſte eſt tuus ornatus? CA. ego dicam tibi.
Theſaurum effodiebam intus, dotem filiæ.
Tuæ quæ daretur: ſed intus narrabo tibi
Et hoc, & alia. ſequere. CH. Staſime. S. hem!
CH. ſtrenue. 10
Curre in Piræum, atque unum curriculum face.
Videbis jam illic navem, qua advecti ſumus.
Jubeto Sangarionem quæ imperaverim
Curare, ut efferantur, & tu ito ſimul.
Solutum'ſt portitori jam portorium. 15
S. Nihil eſt moræ CH. i, i, ambula; actutum redi.
S. Illic ſum, atque hic ſum. CA. ſequere tu hac me intro. CH. ſequor.
S. Hic meo hero amicus ſolus firmus reſtitit,
Neque demutavit animum de firma fide.
Quanquam labores multos **** 20
Sed hic unus, ut ego ſuſpicor, ſervat fidem.
Ob eam laborem eum ego cepiſſe cenſeo.

ACTUS

ACTUS V. SCENA I.

LYSITELES *adolescens.*

Hic homo est omnium hominum præcipuus, voluptatibus gaudiisque antepotens.
a commode quæ cupio eveniunt: quod ago, assequitur, subest,
nbsequitur: ita gaudiis gaudium suppeditat.
Modo me Stasimus Lesbonici servis convenit, is mihi dixit, suum herum peregre huc advenisse Charmidem.
Tanc mihi is propere conveniendus est, ut quæ cum ejus filio
:gi, ei rei fundus pater sit potior. eo. sed fores læ sonitu suo mihi moram objiciunt incommode.

ACTUS V. SCENA II.

CHARMIDES, CALLICLES, *senes*, LYSITELES, LESBONICUS, *adolescentes.*

NEque fuit, neque erit, neque esse quenquam hominum in terra dum arbitror,
Cui fides, fidelitasque, amicum erga æquiparet suum:
Nam exædificavisset me ex his ædibus, absque te foret. (deliter,
CA. Si quid amicum erga benefeci, aut consului fi-
Non videor meruisse laudem, culpa caruisse arbitrör.
Nam beneficium homini proprium quod datur, proprium sumserit: (quando velis.
Quod datum est utendum, id repetendi copia'st,
CH. Est ita ut tu dicis. sed ego hoc nequeo mirari satis, (miliam,
Eum sororem despondisse suam in tam fortem faLysiteli quidem Philtonis filio. LY. enim me nomi-
minat.
CH. Familiam optumam occupavit. LY. quid ego cesso hos colloqui?
Sed maneam etiam, opinor. namque hic commodum orditur loqui. (sum dicere.
CH. Vah! CA. quid est? CH. oblitus intus dudum tibi
Modo mihi advenienti nugator quidam occessit obviam, (se aureum
Nimis pergraphicus sycophanta. is mille nummum
Meo gatu tibi ferre & gnato Lesbonico ajebat meo,

Digitized by Google

Quem ego, nec qui eſſet, noram, neque eum ante uſquam conſpexi prius.
Sed quid rides? CA. meo allegatu venit, quaſi qui aurum mihi. (lius
Ferret abs te, quod darem tuæ gnatæ dotem, ut fi-
Tuus, quando illi à me darem, eſſe allatum id abs te crederet, (tuum
Neu qui rem ipſam poſſet intelligere, & theſaurum
Me eſſe penes, atque eum à me lege populi patriam poſceret.
CH. Scite edepol. CA. Megaronides communis hoc, meus & tuus
Benevolens, commentu'eſt. CH. quin collaudo conſilium, & probo.
LY. Quid ego, ineptus dum ſermonem vereor interrumpere?
Solus ſto, nec, quod conatus ſum agere, ago? homines colloquar.
CH. Quis hic eſt, qui huc ad nos incedit? LY. Charmidem ſocerum ſuum (velis.
Lyſiteles ſalutat. CH. dii dent tibi, Lyſiteles, quæ
CA. Non ego ſum ſalutis dignus. LY. immo ſalve, Callicles (pallio eſt.
Hunc priorem æquom'eſt me habere. Tunica propior
CH. Deos volo conſilia veſtra recte vortere.
Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio. LY. niſi tu nevis.
CH. Imo haud nolo. LY. ſponden' ergo tuam gnatam uxorem mihi?
CH. Spondeo; & mille auri Philippum dotis. LY. dotem nihil moror.
CH. Si illa tibi placet, placenda dos quoque eſt, quam dat tibi. (vis, feres.
Poſtremo quod vis, non duces; niſi illud, quod non
CA. Jus hic orat. LY. impetrabit te advocato, atque arbitro.
Iſtac lege filiam tuam ſponden' mihi uxorem dari?
CH. Spondeo. CA. & ego ſpondeo idem hoc. LY. ob ſalvete, affines mei.
CH. Atque edepol ſunt res, quas propter tibi tamen ſuccenſui,
CA. Quid ego feci? CH. meum corrumpi quia perpeſſus filiam.

CA. Si

CA. Si id mea voluntate factum 'st, est quod mihi
succenseas.
Sed sine me hoc abs te impetrare, quod volo.
CH. quid id est? CA. scies:
Si quid stulte fecit, ut ea missa faciat omnia.
Quid quassas caput? CH. cruciatur cor mihi, & me-
tuo. CA. quidnam id est?
CH. Quom ille ita 'st ut esse nolo, id crucior: metuo
si tibi (putes.
Denegem quod me oras, ne te leviorem erga me
Non gravabor: faciam ita ut vis. CA. probus es.
eo, ut illum evocem.
CH. Miserum 'st, male promerita, ut merita, si mihi
ulcisci non licet.
CA. Aperite hoc, aperite propere & Lesbonicum,
si domi 'st, foras
Evocate: ita subitu 'st, propere quod eum conven-
tum volo.
LE. Quis homo tam tumultuoso sonitu me excivit
subito foras?
CA. Benevolens tuus, atque amicu 'st. LE. satin'
salvæ? dic mihi. (gaudeo.
CA. Recte, tuum patrem rediisse salvom peregre,
LE. Quis id ait? CA. ego. LE. tun' vidisti? CA. &
tute idem videas licet.
LE. O pater, pater mi, salve. CH. salve multum,
gnate mi. (nc time.
LE. Si quid tibi pater laboris. CH. nihil evenit:
Bene re gesta salvos redeo: si tu modo frugi esse vis.
Hæc tibi pacta 'st Callicli filia. LE. ego ducam pater,
Etiamsi quam aliam jubebis. CH. quanquam tibi
succensui.
CA. Miseria una uni quidem homini 'st affatim.
CH. immo huic parum 'st.
Nam si pro peccatis centum ducat uxores, parum 'st.
LE. At jam posthac temperabo. CA. dicis: si fa-
cias modo.
LE. Nunc quid causæ est, quin uxorem cras do-
mum ducam? CH. optumum 'st: licet.
Tu in perendinum paratus sis, ut ducas. Plaudite.

FINIS TRINUMMI.

TRU-

Digitized by Google

TRUCULENTUS.

Dramatis Personæ.

DINARCHUS *adolescens.*
PHRONESIUM *meretrix.*
GETA *servus.*
CALLICLES *senex.*
ASTAPHIUM *ancilla*
STRATILAX *servus.*
STRATOPHANES *miles.*
STRABAX *adolescens rusticus.*
ANCILLA *altera.*

ARGUMENTUM.

TRes unam perunt adolescentes mulierem:
Rure unus, alter urbe, peregre tertius.
Utique ista ingenti militem tangat bolo,
Clam suppositi sibi clandestino editum.
Vi magna servos est, ac truculentis moribus,
Lupa ne rapiant domini parsimoniam.
Et is tamen molitur. Miles advenit,
Natique caussa dat propensa munera.
Tandem compressa pater cognoscit omnia.
Utque illam ducat, qui vitiarat, convenit:
Sumque is repetit à meretrice subditum.

PROLOGUS.

PErparvam partem postulat Plautus loci
De vostris magnis atque amœnis mœnibus,
Athenas quo sine architectis conferat.
Quid nunc? daturin'estis? annon? annuunt.
Meditor equidem vobis me ablaturum sine
Mora. Quid si de vestro quippiam orem? abnuunt,
En mehercle! in vobis residem mores pristini:
Ad denegandum ut celeri lingua utamini.
Sed hoc agamus, qua huc ventum est gratia.
Athenæ istæc sunto, ita ut hoc est proscenium,
Tantisper dum transigimus hanc Comœdiam.
Hic habitat mulier, nomine quæ est Phronesium.
Hæc hujus sæcli amores in se possidet;
Nunquam ab amatore suo postulat id quod datum est;
Sed reliquam dat operam, ne sit reliquum,
Poscendo, atque auferendo, ut mos est mulierum.
Nam omnes id faciunt, cum se amari intelleguns.

Ea si

Ea se peperisse puerum simulat militi,
Quod citius rem ab eo auferat cum pulvisculo.
Quid multa? ætas huic si superet mulieri,
Iscum animam ad eam habentiam everrerit.

ACTUS I. SCENA I.

DINARCHUS *adolescens.*

NOn omnis ætas ad perdiscendum sat est
Amanti, dum id perdiscat, quot pereat modis.
Neque eam rationem capse unquam edocet Venus,
Quam penes amantum summa summarum redit,
Quot amans exemplis ludificetur, quot modis
Pereat, quotque exoretur exorabulis
Quot illic blanditiæ, quot illic iracundiæ
Sunt? quot sui pericula amanda? dii vostram fidem! hui!
Quid perjerandum est etiam, præter munera?
Primumdum miros annua, is primus bolus'st.
Ob eam tris noctes utor. Interea loci
Aut æra, aut vinum, aut oleum, aut triticum
Tentat, benignusne an bonæ frugi sies:
Quasi in piscinam rete qui jaculum parat.
Quando abiit rete pessum, tum adducit sinum;
Sin jecit rete, pisces ne effugiant, cavet.
Dum huc, dum illic reti eos impedit
Pisces usque adeo, donicum eduxit foras.
Itidem est amator, si id quod oratur, dedit.
Atque est benignus potius, quam frugi bonæ,
Adduntur noctes: interim ille hamum vorat.
Si semel amoris poculum accepit mere,
Eaque intra pectus se penetravit potio,
Extemplo & ipsus periit, & res & fides.
Si iratum forte scortum est amatori suo,
Bis periit amator, ære, atque animo simul.
Sin alter alteri potior est, idem perit.
Si raras noctes ducit, ab animo perit:
Si increbravit, ipsus gaudet, res perit.
Ita disciplina in ædibus est lenoniis.
Priusquam unum dederis, centum, quæ poscat, parat.
Aut aurum periit, aut conscissa paliula est,
Aut empta ancilla, aut aliquod vasum argenteum,
Aut vasum aeneum aliquod, aut lectus dapsilis,
Aut armatiola Græca, aut aliquid semper est

Quod

Quod pereat, debeatque amans ſcorto ſuo.
Atque hæc celamus nos damna, una induſtria,
Cum rem, fidemque, noſque noſmet perdimus,
Ne quid parentes, neu cognati ſentiant.
Quos cum celamus, ſi faximus conſcios,
Qui noſtræ ætati tempeſtive temperint,
Unde anteparta demus poſtpartoribus,
Faxim, lenonum, & ſcortorum ut plus eſt, minus,
Et minus damnoſorum hominum, quam nunc ſunt, fiet.
Nam nunc lenonum & ſcortorum plus eſt fere,
Quam olim muſcarum eſt, cum caletur maxume.
Nam nuſquam alibi ſi ſunt, circum argentarias
Scorti lenones quaſi ſedent quotidie.
Ea nimia eſt ratio, quippe qui certo ſcio.
Eri plus ſcortorum eſſe jam, quam ponderum.
Quos quidem quam ad rem dicam in argentariis
Referre habere, niſi pro tabulis, neſcio.
Ubi æra perſcribantur uſuraria:
Accipiat illico expenſa, neque cenſeat.
Poſtremo in magno populo, in multis hominibus,
Re placida, atque otioſa, victis hoſtibus,
Amare oportet omnes, qui quod dent, habent.
Nam mihi hæc meretrix, quæ hic habet, Phroneſium,
Suum nomen omne ex pectore exmovit meo:
Phroneſium. nam phroneſis eſt ſapientia.
Nam me fuiſſe huic fateor ſummum, atq; intimum,
Quod amantis multa peſſumum eſt pecuniæ.
Eadem poſtquam alium repperit, qui plus daret,
Damnoſiorem, me exinde amovit loco.
Quem infeſtum ac odioſum, ſibi eſſe memorabat ma-
Babylonienſem militem, is nunc dicitur (la,
Venturus peregre: eo hunc commenta eſt dolum:
Peperiſſe ſimulat ſeſe, ut me extrudat foras:
Atque ut cum ſolo pergræcetur milite.
Eum eſſe ſimulat militem puero patrem.
Quid iſti ſuppoſitum puerum opus peſſumæ?
Mihi verba retur dare ſeſe? an me cenſuit
Celare ſe poteſſe, gravida ſi foret?
Nam ego Lemno revenio Athenas nudiuſtertius,
Legatus hinc quo cum publico imperio fui.
Sed hæc quis mulier eſt? Aſtaphium eſt ancillula,
Cum ea quoque etiam mihi fuit commercium.

ACTUS

ACTUS I. SCENA II.

ASTAPHIUM *ancilla*, DINARCHUS.

AD fores auſculato, atque ſerva has ædis,
Ne quis adventor gravior abeat, quam adveniat,
Neu' qui manus attulerit ſteriles intro an nos,
Gravidas foras exportet. Novi ego hominum mores:
Ita nunc adoleſcentes morati ſunt. quin ei,
Ut ſimitu adveniunt ad ſcorta congerones,
Conſulta ſunt conſilia. quando intro advenerunt,
Unus eorum aliquis oſculum amicæ uſque oggerit:
Dum illi agunt *quod agunt*, ſunt cæteri cleptæ. *
Sin videant quempiam ſe aſſervare, obludunt, qui cuſtodem
Obſectent per joculum & ludum: de noſtro ſæpe edunt, quod (ſciis,
Fartores faciunt. Fit pol hoc, & pars ſpectatorum
Pol hæc vos me haud mentiri.
Ibi eſt ibus pugnæ, & virtuti, de prædonibus prædam capere. (ſtris.
At nos rurſum lepide referimus gratiam furibus no-
Nam ipſi vident, cum eorum aggerimus bona: quin etiam ultro ipſi aggerunt ad nos.
D. Me illis quidem hæc verberat verbis, nam ego huic dona accongeſſi.
A. Commemini. jam pol ego eum ipſum, ſi domi erit, mecum adducam.
D. Heus! manedum Aſtaphium, prius quam abis.
A. qui revocat? D. ſcies.
Reſpice huc. A. quis eſt? D. vobis qui multa bona eſſe volt. A. dato, ſi eſſe vis.
D. Faxo, erunt. reſpice huc modo. A. ô! enicas me miſeram, quiſquis es.
D. Peſſuma mane. A. Optume odioſus es.
Dinarchuſne illic eſt? atque is eſt, it ad nos. D. & tu fer contra manum, & pariter
Gradere. A. tibi ſervio, atque audiens ſum imperii.
D. tute quid agis?
A. Valeo, & validum teneo. peregre cum advenis, cœna detur.
D. Benigne dicis. A. at enim, amabo, ſine me ire quo juſſit. D. eas.

Digitized by Google

Sed quid ais? A. quid vis? D. istic quo iter incepras,
qui est? quem arcessis? A. Archivam
Obstetricem. D. mala fœmina es. A. Solens fam:
ea est disciplina. (amabo!
D. Manifestam mendacii, mala, te teneo. A. quid jam,
D. Quia te adductoram huc dixeras eum ipsum, non
eampse. (giator.
Nunc mulier facta est ex viro. mala es. A. præstri-
D. Sed tandem loquere: quis is homo est, Asa-
phium? novus amator?
A. Nimis otiosum arbitror hominem esse te. D. quia-
nam arbitrare?
A. Quia tuo vestimento & cibo alienis rebus curas.
D. Vos me reddidistis otiosum. A. quid jam, ama-
bo? D. ego expedibo: (tulistis.
Rem perdidi apud vos: cum re meum negotium ab-
Si rem servassem, fuit ubi negotiosus essem.
A. An tute bene rem publicam, aut amoris alia lege,
Habere posse se postulas, quin tu ociosus sias?
D. Illa, haud ego, habuit publicum: pervorse in-
terpretaris.
Nam advorsum legem à me, ob meam scripturam,
pecudem accepit, (rentes.
Æraque. A. idem quod tu facis faciunt rei male ge-
Ubi non est scripturam unde dent, incusant publi-
canos. (cissim
D. Male vortit res pecuaria mihi apud hos, nunc vi-
Volo habere aratiunculam pro copia hic apud vos.
A. Non arvus hic, sed pascuus est ager, si arationes
Habituris: qui arari solent, ad pueros ire melius.
Hunc nos habemus publicum, illi alii sunt publicani.
D. Utrosque percognovi utrobidem. A. istoc pol
tu otiosus, (esse mavis?
Cum & illic & hic pervorsus es. Sed utris cum rem
D. Procaciores estis vos; sed illi perjurioli.
Illis perit quicquid datur, neque ipsis apparet quic-
quam.
Vos saltem, si quid quæritis, ebibitis & comestis.
Postremo illi sunt improbi, vos nequam, & glorioſæ,
Malæque. A. quæ in nos illosque, ea omnia tibi di-
cis, Dinarche.
Et nostram & illorum vicem. D. qui istuc? A. ra-
tionem dicam.

Qui

Digitized by Google

qui alterum incusat probri, eum ipsum se intueri oportet. (habemus. 56
à nobis sapiens nihil habes: nos nequam abste
. O Astaphium! haud istoc modo soiita es me ante appellare, (me haberem.
ed blande, cum illuc, quod apud vos nunc est, apud
. Dum vivit, hominem noveris: ubi mortuus est, quiescas. (bitrare? 60
e, dum vivebas, noveram. D. an me mortuum ar-
. Qui potis est, amabo, planius? qui antehac amator summus (ferre.
Habitu'st, istunc ad amicam meras querimonias re-
D. Vostra hercle factum injuria, quæ properavistis olim (bis.
Rapere, otiose oportuit, diu ut essem incolumis vo-
A. Amator similis'st oppidi hostilis. D. quo argumento est? A. quam 65
Primum expugnari poti'st amator, optumum est amicæ. (mator.
D. Ego fateor, sed longe aliter est amicus, atque a-
Certe hercle, quam veterrimus homini optumus est amicus.
Non hercle occiderunt mihi etiam fundi & ædis.
A. Cur obsecro ergo ante ostium pro ignoto alienoque astas? 70
I intro; haud alienus tu quidem es. nam ecastor neminem hodie
Mage amat corde atque animo suo: siquidem habes fundum atque ædis.
D. In melle sunt linguæ sitæ vostræ, atque orationes,
Lacteque; corda felle sunt lita, atque acerbo aceto.
E. linguis dicta dulcia datis, corde amara facitis, 75
Amantes, si qui non danunt. A. non didici fabulare.
D. Non istæc mea benignitas docuit te fabulari.
Sed isti, qui cum geniis suis belligerant parcipromi.
Mala es, atque eadem, quæ soles, inlecebra. A. ut expectatus (hera videre. 80
Peregre advenisti! D nam obsecro? cupiebat te
D. Quid tandem A. te unum ex omnibus amat. D. euge! funde, & ædes,
Per tempus subvenistis mihi. sed quid ais, Astaphium? A. quid vis?

Digitized by Google

D. Estne intus nunc Phronesium? A. tibi quidem intus.
D. Valetne? A. immo edepol melius credo fore, ubi te videbit. (perimus.
D. Hoc nobis vitium maximum est: cum amamus, tum
Si illud, quod volumus, dicitur, palam cum mentiuntur, (mur ira. 90
Verum esse insciti credimus. nae ut in æstu mutua-
A. Eia haud ita 'st res. D. ain' tu me amare? A. immo unice unum.
D. Peperisse eam audivi. A. ah, obsecro, tace Dinarche, D. quid jam?
A. Horresco misera, mentio quoties fit partionis.
Ira pæne tibi fuit Phronesium. i intro jam amabo,
Vise illam, atq; opperire ibi, jam exibit; nam lavabat.
D. Quid ais tu? quæ nunquam fuit prægnans, qui parere potuit? (tumere sensi.
Nam uterum equidem illi quod sciam, nunquam ex-
A. Celabat: metuebatque te illa, ut ne sibi persuaderes
Ut abortioni operam daret, puerumque ut enecaret.
D. Tum pol isti puero quis est pater? A. Babylonienſis miles, 100
Cujus nunc ista adventum expetit. imo abeu: ut nunciatum 'st, (ror.
Iam hic affuturum ajunt eum. nondum advenisse mi-
D. Ibo igitur intro? A. quippini? tam audacter quam domum ad te. (D. Quam mox
Nam tu edepol noster es etiam jam nunc, Dinarche.
Te recipis tu? A. jam hic ero. prope 'st, profecta quo sum. (peribor.
D. Redi vero actutum. ego interim te apud vos op

ACTUS II. SCENA I.

ASTAPHIUM *ancilla.*

HA ha he! Hercle quievi, quia introivit odium; tandem sola sum.
Nunc quidem meo arbitratu loquar libere, quæ volam, & quæ libebit.
Huic homini amanti mea hera apud nos dixit neniam de bonis:
Nam fundi & ædis obligatæ sunt, ob amoris prandium: verum (re, magisque
Apud hunc mea hera consilia summa eloquitur libe

Add

Adeo ei consiliarius hic amicus est, quam auxiliarius.
Dum fuit, dedit. nunc nihil habet; quod habebat,
nos habemus. (facinus factum est.
Iste nunc id habet, quod nos habuimus. humanum
Actutum fortunæ solent mutarier: varia vita est.
Nos divitem eum meminimus, atque iste paupere
nos.
Vorterunt sese memoriæ: stultus sit qui id admiretur.
Si eget, necesse est nos patiatur ali: ita æquom fa-
ctu est, (tentum.
Piaculum est, misereri nos hominum rei male ge-
Bonis esse oportet dentibus lænam probam, arridere
Quisquis veniat, blandeque alloqui, male corde con-
sultare,
Bene loqui lingua. meretricem esse similem senti
condecet,
Quemquam hominem attigerit, profecto aut ma-
lum, aut damnum dari. (scere;
Nunquam amatoris meretricem oportet causam no-
Quin ubi nihil det, pro infrequente eum mittas mili-
tia domum. (rei inimicu'st suæ.
Nec unquam quisquam probus erit amator, nisi qui
Nugæ sunt, nisi quod modo cum dederit, dare jam
lubeat denuo. (datum.
Is amatur hic apud nos, qui quod dedit, id oblitu'st
Dum habeat, tum amet: ubi nihil habeat, alium quæ-
stum cœpiat:
Æquo animo, ipse si nihil habeat, aliis qui habent,
det locum. (suam.
Probus est amator, qui relictis rebus, rem perdit
At nos male agere prædicant viri solere secum,
Nosque esse avaras. quæso numqui male nos agimus
tandem? (cæ amator:
Nam ecastor nunquam satis dedit suæ quisquam ami-
Neque pol satis accepimus, neque ulla satis poposcit.
Nam quando sterilis est amator à datis, *improbus*
est.
Si negat se habere quod det, soli *pernoctandum est*
Nec satis accipimus, satis cum, quod det, non habet.
Semper datores novos oportet quærere,
Qui de thesauris integris demunt, danunt.
Velut hic agrestis est adolescens, qui hic habet:
Nimis pol mortalis lepidus, nimisque probus dator.

Digitized by Google

e attigas me. S. tangam? ita me amabit ſarcu-
lum,
t ego me ruri hamaxari mavelim patalem bovem,
amque eo ita noctem in ſtramentis pernoctare
perpetem,
uam tuas centum cœnatas noctes mihi dono dari,
as tu mihi opprobras? ut nacta es hominem quem
pudeat probi?
ed quid apud noſtras negocii, mulier, eſt ædis tibi?
uid tu huc occurſas, in urbem quotieſcunque ad-
venimus?
. Mulieres volo convenire voſtras. S. quas tu mu-
lihi narras? ubi muſea nulla fœmina eſt in ædibus.
. Nullane iſtic mulier habitat? S. rus, inquam, ab-
ierunt. abi.
. Quid clamas, inſane? S. abire hinc ni properas
grandi gradu,
am ego iſtos fictos, compoſitos, criſpos, cincinnos
nguentatos uſque ex cerebro expellam. A. quanam
gratia?
. Quia adeo fores noſtras unguentis uncta es auſa
uiaque iſtas buccas tam belle purpuriſſatas ha-
bes.
. Erubui mecaſtor miſera, propter clamorem tuum.
. Itane erubuiſti? quaſi vero corpori reliqueris
uo poteſtatem coloris ulli capiendi, mala.
Buccas rubricæ, cera omne corpus intinxit tibi.
Peſſumæ eſtis. A. quid eſt quod vobis peſſumæ hæc
* * *
Scio ego plus, quam me arbitrare ſcire. A quid id eſt,
Quod ſcias? S. herilis noſter filius apud vos Strabax
Ut pereat, ut eum illiciatis in malam fraudem
& prænium.
A. Sanus ſi videare, dicam: dicis contumeliam.
Nemo hominum hic perire ſolet apud nos: res per-
dunt ſuas.
Ubi perdidere res, abire hinc ſi volunt, nudis licet.
Ego non novi adoleſcentem voſtrum. S. veron'?
A. ſerio.
S. Quid maceria illa ait, in horto quæ eſt, quæ in
Latere ſit minor, qua iſte ad vos damni permenſu' ſt
viam.
A. Non mirum eſt, vetus eſt maceria, lateres ſi vete-

Digitized by Google

ud eſt. ut jam quaſi volturii triduo
ius prædivinant, quo die eſuri ſient.
um inhiant omnes, illi eſt animus omnibus.
e nemo magis reſpiciet, ubi iſte huc venerit,
ram ſi hinc ducentos annos fuerim mortuus.
t rei ſervire ſuave eſt! væ miſero mihi!
ɔſt factum plector, quia ante partum perdidi.
erum nunc ſi qua mihi obtigerit hæreditas
lagna atque luculenta, nunc poſtquam ſcio
ulce atque amarum, quid ſit ex pecunia,
a ego illam edepol ſervem, itaque parce victitem,
t nulla faxim cis dies paucos ſiet.
go iſtos, qui nunc me culpant, confutaverim.
ed eſt vocis ſat: ſentio aperiri fores,
yæ obſorbent, quicquid venit intra peſſulos.

ACTUS II. SCENA IV

PHRONESIUM *meretrix*, DINARCHUS *adoleſcens*.

NUm tibi nam, amabo, janua eſt mordax mea,
Quo introire metuas, mea voluptas? D. ver
vide.
Jt tota floret! ut olet! ut nitide nitet!
). Qui tam inficetus Lemno adveniens, qui tuæ
Non des amicæ, Dinarche, ſuavium?
J. Vah! vapulo hercle ego nunc, atque adeo male.
). Quo te avortiſti? D. ſalva ſis, Phroneſium.
P. Salve. hicne hodie cœnas, ſalvos cum advenis?
J. Promiſii P. ubi cœnabis tu? D. ubi tu juſſeris?
Hic. P. me lubente facies. D. edepol me magis.
Nempe tu eris hodie mecum, mea Phroneſium.
P. Velim ſi fieri poſſit. D. cedo ſoleas mihi,
Properate auferre menſam. P. amabo, ſanun'es?
D. Non' edepol bibere poſſum jam: ita animo ma-
le eſt. (quam;
P. Mane: aliquid fiet: ne abi. D. ah! aſperſiſti a-
Jam rediit animus: deme ſoleas: cedo, bibam.
P. Idem es ecaſtor qui ſoles: ſed dic mihi,
Benene ambulaviſti? D. huc quidem hercle ad te
bene:
Quoniam tui videndi eſt copia. P. complectere.
D. Libens. ah! hoc eſt mei melli dulci dulcius.
Hoc tuis fortunis, Juppiter, præſtant meæ.

Digitized by Google

P. Da ſuavium? D. immo vel decem. P. haud iſtoc pauper es:
Plus pollicere tu, quam ego à te poſtulo.
D. Utinam à principio rei item parſiſſem meæ,
Ut nunc reparcis ſuaviis. P. ſi quid tibi
Compendi facere poſſim, factum edepol velim.
D. Jam laviſti? P. jam pol mihi quidem, atque oculis meis.
Num tibi ſordere videor? D. non pol mihi quidem.
Verum tempeſtas memini cum quondam fuit,
Cum inter nos ſorderemus unus alteri.
Sed quid ego facimus audivi adveniens tunm?
Quod tu hic me abſente novi negotii
Geſſeris, cumque bene proveniſti, gaudeo.
P. Tibi mea conſilia ſumma ſemper credidi.
Equidem nec peperi puerum, nec prægnans fui,
verum aſſimulavi me eſſe prægnantem, haud eram.
D. Quæ propter? ô mea vita. P. propter militem
Babylonienſem, qui quaſi uxorem ſibi
Me habeat anno dum hic fuit. D. ego ſenſeram.
Sed quid iſtuc? quoi rei id te aſſimulare retulit;
P. Ut eſſet aliquis laqueus, & redimiculum,
Reverſionem ut ad me faceret denuo:
Nunc huc remiſit nuper ad me epiſtolam,
Se ſe experturum, quanti ſefe penderem;
Si quod peperiſſem, id educarem, & tollerem:
Bona ſua me habiturum omnia. D. auſculto libens.
Quid denique agitis? P. mater ancillas jubet,
Quoniam jam decimus menſis adventat prope,
Aliam aliorſum ire, permandare, & quærere
Puerum, aut puellam, qui ſupponantur mihi.
Quid multa verba facimus? tonſtricem Suram
Noviſti noſtram quæ *modo* erga ædes habet?
D. Novi. P. hæc una opera circumit per familias,
Puerum veſtigat clanculum, ad me detulit.
Datum ſibi eſſe dixit. D. ô merces malæ!
Eum nunc non illa peperit, quæ peperit prior.
Sed tu poſterior. P. ordine omnem rem tenes,
Nunc, ut præmiſit nuncium miles mihi,
Non multo poſt hic aderit. D. nunc tu te interim
Quaſi pro puerpera hic procuras? P. quippini?
Ubi ſine labore res geri pulcre poteſt,
Ad ſuum quemque æquom eſt quæſtum eſſe callidum.

D. Quid

D. Quid me futurum eſt, quando miles venerit?
Relictuſne abs te vivam? P. ubi illud, quod volo,
Habebo ab illo, facile inveniam quomodo
Divortium & diſcordiam inter nos parem.
Poſtidea ego tota tecum, mea voluptas, uſque ero
Aſſiduo. D. immo hercle vero accubuo mavelim.
P. Quin diis ſacrificare hodie pro puero volo
Quinto die, quod fieri oportet. D. cenſeo.
P. Non audes aliquod dare mihi munuſculum?
D. Lucrum hercle videor facere mihi, voluptas mea,
Ubi quippiam me poſcis. P. at ego ubi abſtuli.
D. Jam faxo hic aderit: ſervolum huc mittam meum.
P. Sic facito, D. quicquid autem erit, boni conſulas.
P. Ecaſtor munus te curaturum ſcio,
Ut, cujus me non pœniteat, mittas mihi.
D. Num quippiam me vis aliud? P. ut quando otium
Tibi ſit, ad me reviſas. D. valeas. P. vale.
D. Prô dii immortales! non amantis mulieris,
Sed ſociæ unanimantis, fidentis fuit,
Officium facere, quod modo hæc fecit mihi:
Suppoſitionem pueri quæ mihi credidit,
Germanæ quòd ſorori non credit ſoror.
Oſtendit ſeſe jam mihi medullitus,
Se mihi infidelem nunquam, ſe viva, fore.
Egone illam ut non amem? egone illi ut non bene velim?
Me potius non amabo, quam deſit huic amor.
Ego iſti non munus mittam? jam modo ex hoc loco
Jubebo ad iſtam quinque perferri minas:
Præterea obſonari duntaxat ad minam.
Multo illi potius bene erit, bene quæ volt mihi,
Quam mihimet; omnia qui mihi facio mala.

ACTUS II. SCENA V.

PHRONESIUM *meretrix*

PUero iſti date mammam, ut miſeræ matres ſollicitæque (male.
Ex animo ſunt, crucianturque! edepol commentum
Cumque eam rem in corde agito, nimio minus perhibentur (docta dicito.
Malæ, quam ſumus ingenio. ego prima domi modo
Quanta eſt cura in animo? quantum corde capio dolorem,

Dolus ne occidat morte pueri! mater dicta quod
sum, eo magis (grediri.
Stadeo vicæ, quæ ausa sum tantum clam dolum ag-
Lucri causa avara probrum sum executa, alienos do-
lores (diti, nisi.
Mihi supposivi. Nullam rem oportet dolose aggre-
Astute accurateque exequare. vosmet jam videtis, 10
Ut ornata incedo: puerperio ego nunc me esse æ-
gram assimulo. (petrat,
Male quod mulier facere incepit, nisi id efficere per-
Id illi morbo, id illi senio est, ea illi misere miseria'st.
Si bene facere incepti, ejus eam cito odium percipit.
Nimis quam paucæ sunt defessæ, male quæ facere
occœperunt: 15
Nimis quam paucæ efficiunt, si quid occœperint bene
facere. (ne,
Mulieri nimio male facere meus est onus, quam be-
Ego, quod mala sum, matris operamala sum, &
meapte malitia,
Quæ me gravidam esse assimulavi militi Babylonio:
Eam nunc malitiam accuratam miles inveniat vo-
lo: 20
Iste hic haud multo post credo aderit: nunc prius
præcaveo sciens: (cubem.
Eumque gero ornatum, ut gravida quasi puerperio
Date mihi huc stactam atque ignem in aram, ut ve-
nerem Lucinam meam.
Hic apponite, atque abite ab oculis. Eho, Pithecium,
Face ut accumbam; accede; adjutare si decet puerpe-
ram. 25
Soleas mihi duce: pallium injice in me huc, Archilis.
Ubi es, Astaphium? fer hanc verbenam mihi, thus, &
bellaria. (velim.
Date aquam manibus. Nunc ecastor ut venerit miles,

ACTUS II. SCENA VI.

STRATOPHANES *miles*, PHRONESIUM *meretrix*, ASTAPHIUM *ancilla*

NE expectetis, spectatores, meas pugnas dum
prædicem: (bus.
Manibus duelli prædicare soleo, haud in sermoni-
Scio ego multos memoravisse milites mendacium.
Homeronidæ poëtillæ, mille memorari potest.

Quo

Qui & convicti & condemnati falsis de pugnis fient.
Non laudandus cui plus credit qui audit, quam qui videt. (qui vident.
Non placet cum illi plus laudant, qui audiunt, quam
PLURIS est oculatus testis unus, quam auriti decem.
Qui audiunt, audita dicunt: qui vident, plane sciunt.
Non placet quem scurræ laudant, manipulares mussitant.
Neque illi, quorum lingua gladiorum aciem præstringit domi, (cati.
Strenui nimio plus prosunt populo, quam arguti, &
Facile sibi facunditatem virtus argutam invenit. (ca.
Sine virtute argutum civem mihi habeam pro præfi
Quæ alios collaudat, eapse se vero non potest.
Nunc ad amicam, decumo mense post, Athenas Atticas (agat.
Viso, quam gravidam reliqui meo compressu, quid ea
P. Vide, quis loquitur. A. jam propinque miles, mea Phronesium,
Tibi adest Stratophanes. Nunc tibi opu'st, ægram ut te assimules. P. tace.
Quid adhuc, eho tui, malum, ammonitricis? an maleficio vincere est?
S. Peperit mulier, ut ego opinor. A. vin' adeam hominem? P. volo.
S. Euge! Astaphium eccam: it mihi advorsum. A. salve ecastor, Stratophanes:
Venire salvom. S. scio. sed peperitne, obsecro, Phronesium? (simili'st.
H. Peperit puerum nimium lepidum. S. ecquid mihi
A. Rogas? quin ubi natu'st, machæram & clypeum poscebat sibi.
S. Meus est, scio jam de argumentis: nimium quidem simili'st, papæ! (velit.
Jam magnus'st? jamne lectat legionem, quam spoliare
A. Here nudius quintus natus quidem ille est. S. quid tam postea? (portuit.
Inter tot dies quidem hercle jam actum aliquid o-
Quid illi ex utero exitio est, priusquam poterat ire in prælium?
A. Consequere, atque illam saluta, & gratulare illi. S. sequor. (abstitit?
P. Ubi ille obsecro est, quæ me hic reliquit, atque A. Assum:

Digitized by Google

A. Affam: adduco tibi exoptatum Stratophaſiem.
P. ubi is eſt, obſecro? (ſuam.
S. Mars peregre adveniens ſalutat Nerienem uxorem
Cum tu recte proveniſti, cumque es aucta liberis,
Gratulor cum mihi tibique magnum dediſti decus.
P. Salve, qui me interfeciſti pene & vita, & lumine;
Quique vim magni doloris, per voluptatem tuam;
Condidiſti in corpus: quo nunc etiam morbo miſera ſum. (labos:
S. Eja haud abre, mea voluptas, tibi obvenit iſtic
Filium peperiſti, qui ædisſpoliis opplebit tuas.
P. Multo ecaſtor magis oppletis opu'ſt tritici granariis, (mes.
Ne, ille priuſquam ſpolia capiat, hic nos extinxit fa-
S. Habe bonum animum. P. ſavium ſis pete hinc à me, nequeo caput (iam queo
Tollere, ita dolui: itaque ego nunc doleo, neque etPedibus mea ſponte ambulare. S. ſi plane ex medio mari (mei meum.
Savium petere tuum jubeas, petere haud pigeat me,
Id ita eſſe experiaes, nuncque experiere, mea Phroneſium, (duas:
Me te amare. adduxi ancillas tibi eccas ex Suria
Iis te dono. adduce hoc tu iſtas. Sed iſtæ reginæ domi
Suæ fuere ambæ, verum patriam ego excidi manu.
Iis te dono. pœnitetne te? quot ancillæ ſunt jam?
P. Quine etiam ſuper adducas, quæ mihi comedint cibum?
S. Hoc quidem hercle ſi ingratum eſt donum, cedo tu mihi iſtam, puere, perulam.
Hem mea voluptas, attuli eccam pallulam ex parva Græcia tibi.
Tene tibi. P. hoccine mihi ob labores tantos tantillum dari? (filius:
S. Perii hercle miſer! jam mihi auro contra conſtat
Etiam num me vilipendit? ad id purpuram ex Sara tibi (mea,
Attuli, & induvias Ponto amœnas. tene tibi, voluptas
Accipe hoc, abduce haſce hinc è conſpectu Suras.
Ecquid amas me? P. nihil ecaſtor, neque meres. S. nihil ne huic ſat eſt!

Ne

Digitized by Google

Ne mihi verbum quidem unum dixit. viginti minis
Vænire illæc posse credo dona, quæ ei dono dedi.
Vehementer nunc mihi est irata: sentio, atque intellego.
Verum adibo: quid ais nunc tu? numne vis me, voluptas mea,
Quo vocatus sum, ire ad cœnam? mox ad te huc cubitum ivero. (boni est?
Quid taces? planissume edepol perii! Sed quid illuc
Quis homo est, qui inducit pompam tantam? certum'est, quo ferant, (gis.
Observare. huic credo fertur. Verum jam scibo ma-

ACTUS II. SCENA VII.

GETA *servus*, PHRONESIUM *meretrix*, STRATOPHANES *miles*.

I Fe ite hac simul muli æris damnigeruli, foras gerones, (nihili
Bonorum hamaxagogæ. Satine qui amat, nequit quin
Sit, atque improbis sese artibus expoliat? Nam hoc qui sciam, ne quis
Id quærat ex me: domi est qui facit improba facta amator, (metuit
Qui bona sua pro stercore habet, foras jubet ferri:
Publicos. mundissimum sit. Puras sibi esse volt ædes:
Domi quicquid habet, verritur ἐξω. quandoquidem ipsus perditum se it.
Secreto hercle equidem illum adjutabo, neque mea quidem (peribit.
Opera unquam ne hilo minus propere, quam potest,
Nam jam de hoc opsonio, de mina una deminui
Modo quinque nummos: mihi detraxi partem Herculanam:
Nam hoc assimile est, quasi de fluvio qui aquam derivat sibi,
Nisi derivetur, tamen omnis ea aqua abeat in mare.
Nam hoc in mare abit, miserque perit sine omni bona gratia. hæc (I
Cum video feri, sufforor, suppilo, de præda prædam
Capio. Meretricem ego item esse reor, mare ut est: quod des devorat, nec unquam
Abundat, at hoc saltem servat mare, quod illi subest apparet: huic des

Quan-

Quantum vis, nusquam apparet, neque datori neque
acceptrici.
Velut meretrix meum herum miserum sua blanditia
intulit in (cis.
Pauperiem, privavit bonis, luce, honore, atque ami-
Atat eccam: adest propinque, credo audiisse hæc
me loqui, (sciam.
Pallida est, ut peperit puerum. alloquar quasi ne-
Jubeo vos salvere. P. nolter Geta, quid ais? ut vales?
G. Valeo, & venio ad minus valentem, & melius, qui
valeat, fero. (tibi
Herus meus, ocellus tuus, ad te ferre me hæc jussit
Dona, quæ illos ferre vides, & has quinque argenti
minas.
P. Pol haud perit, quod illum tantum amo. G. jussit
orare, ut hæc grata haberes tibi.
P. Grata æquaque ecastor habeo: jube auferri in-
tro, i Cyame.
Ecquid audiris hæc quæ imperata sunt! G. vasa nolo
auferant:
Desiccari lubet. P. impudens me ecastor, quanti est
negotii. G. Tun' bona fide,
Tune ais impudentem me esse? quæ sis fabulum fla-
gitii? (P. dic ob hæc dona, quæ
P. Dic, amabo te, ubi est Dinarchus? G. domi.
Ad me miserit, me illum amare plurimum omnium
hominum;
Ergo meumque honorem illum habere omnium ma-
xumum; (nam illic homo est.
Atque ut huc veniat, obsecrare. G. illicet. Sed quis-
Qui ipsus se comest, tristis oculis malis? animo
hercle homo suo est miser,
Quisquis est. P. dignus est mecastor ille. G. quid est?
P. non novisti obsecro? (que ad jentaculum
Qui illic apud me erat, hujus pater pueri illic est us-
Jussit ali, mansi, auscultavi, observavi. G. quem pernam
Novi hominem nihili. illic quæso est? P. illic est.
G. me intuetur gemens.
Traxit ex intimo ventre suspirium. hoc vide: denti-
bus. (qui ipsus se verberat!
Frendit: icit femur. num obsecro nam ariolus,
S. Nunc ego meos animos violentos, meamque
iram ex pectore

Jam promam. loquere: unde es? quojus eſt? cur au-
ſus inclementer (ſpondes? 45
Mihi dicere? G. lubido eſt. S. iſtuccine mihi re-
G. Hoc: non ego te floccifacio. S. quid tu? cur
auſa es alium te
Dicere amare hominem? P. lubitum eſt S. ain' tan-
dem? iſtuc primum experiar:
Tun' tantilli doni cauſſa, olerum, atque eſcarum, &
poſcarum,
Mœchum malacum, cincinnatum, umbraticolam,
tympanotribam,
Amas? hominem non nauci? G. quæ hæc res? meo-
ne hero, tu improbe, 50
Male dicere audes, fons vitii, & perjurii? S. verbum
unum. (ciam. G. tange
Adde iſtoc, jam hercle ego te hic hac offatim conſi-
Modo: jam ego te hic agnum faciam, & medium
diſtruncabo. ſi tu
Ad legionem bellator clues, at ego in culina Ares.
P. Si æquom facias, adventores meos non incuſes,
quorum mihi 55
Dona accepta & grata habeo, tuaque ingrata, quæ
abs te accepi.
S. Tunc pol ego & donis privatus ſum, & perii.
G. plane iſtuc eſt. (reus.
P. Quid nunc ergo hic odioſe es? confeſſus omnibus
S. Perii hercle hodie, niſi hunc à te abigo. G. acce-
de huc modo, (ego 60
Adi huc modo. S. etiam, ſcelus viri, minitare? quem
Offatim jam jam jam concipilabo. Quid tibi huc
ventio eſt? (inquam,
Quid tibi hanc aditio eſt? quid tibi hanc notio eſt,
Amicam meam? emoriere ocius, ſi manu niceris.
C. Quid manu nicerim? S. fac quod juſſi: ma-
ne. jam ego te hic
Offatim conficiam. G. occidi! optumum eſt. captio
eſt: iſtam 65
Machæram longiorem habes, quam hæc eſt. ſed ve-
rum
Sine dum petere, ſi quidem belligerandum eſt tecum,
Ibo domum. Ego tecum, bellator, arbitrum æquom
cœperim, (cet?
Sed ego ceſſo me hinc amoliri, ventre dum ſalvo li-

Digitized by Google

ACTUS II. SCENA VIII.

PHRONESIUM *meretrix*, STRATOPHANES *miles*.

DAtin' soleas, atque me intro actutum ducite.
Nam mihi de vento miseræ condoluit caput.
S. Quid mihi futurum est. cui duæ ancillæ dolent,
Quibus te donavi? jamne abiisti? hem! sic datur.
Quo pacto excludis? quæso, potin' planius.
Quam exclusus nunc sum? pulcre ludificor. sine!
Quantillo mihi opere nunc persuaderi potest,
Ut ego suffringam hisce talos totis ædibus?
Num quippiam aliarum mutat mores mulierum?
Postquam filiolum peperit, animos sustulit:
Nunc, quasi mihi dicat, nec te jubeo, nec veto
Introire in ædis. at ego nolo: non eo.
Ego faxo dicat me in diebus pauculis
Crudum virum esse. sequere me hac: verbum sat est.

ACTUS III. SCENA I.

STRABAX *adolescens rusticus*, ASTAPHIUM *ancilla*.

RUs mane dudum hinc ire me jussit pater,
Ut bubus glandem prandio depromerem.
Post illuc veni quam advenit (si diis placet)
Ad villam, argentum meo qui debebat patri,
Qui ovis Tarentinas erat mercatus de patre.
Quærit patrem; dico esse in urbe. interrogo
Quid eum velit. homo cruminam sibi de collo detrahit,
Minas viginti mihi dat, accipio lubens:
Condo in crumenam; ille abiit, ego perperas, minas,
Oves in crumena hac in urbem detuli.
Fuit edepol Mars meo periratus patri,
Nam oves illius haud longe absunt à lupis.
Nunc ego istos mundulos urbanos amasios
Hoc ictu exponam, atque omnes ejiciam foras.
Eradicare est certum, cum primis patrem.
Post id locorum matrem. nunc hodie efferam
Ad hanc argentum, quam mage amo, quam matrem meam.
Tat! ecquis est? nulla est? ecquis aperit hoc ostium?
A. Quid istuc alienum est? amabo, mi Strabax,

Qui

Qui non extemplo intres? anne oportuit
Ita? te quidem, qui es familiaris? S. ibitur,
Ne me morari censeas. lepide facis.

ACTUS III. SCENA II.

STRATILAX *servus*, ASTAPHIUM *ancilla*.

Mirum videtur ruri herilem filium
Strabacem non rediisse: nisi si clanculum
Collapsus est hic corruptelam suam.
A. Jam pol illi me inclamabit, si aspexerit.
S. Nimio minus sævus jam sum, Astaphium, quam fui:
Jam non sum truculentus: noli metuere:
Quid vis? A. quid? tuam expecto truculentiam.
u. Dic, impera mihi: quid vis? & quo vis modo?
Novos omnes mores habeo, veteres perdidi.
Vel amare possum, vel jam scortum ducere.
A. Lepide mecastor nuncias, sed dic mihi,
Habent? S. parasitum te fortasse dicere.
A. Intellexisti lepide quid ego dicerem.
S. Heus tu! jam postquam in urbem crebro commoveo,
Dicax sum factus, jam sum cavillator probus.
A. Quid id est, amabo? istæcce ridicularia.
A. Cavillationes vis fortasse dicere?
S. Ita, ut pauxillum differat à cavillulis.
A. Sequere intro me, amabo, mea voluptas. S. tene hoc tibi:
Rabonem habeto, mecum ut hanc noctem sies.
A. Perii! Rabonem? quam esse dicam hanc beluam?
Quin tu arabonem dicis? S. AR facio lucri,
Ut Prænestinis conia, est ciconia. (do;
A. Sequere, obsecro. S. Strabacem hic operiar modi ruri veniat. A. is quidem apud nos est hic Strabax:
Modo rure venit. S. priusne quam ad matrem suam?
Heu! edepol hominem nihili. A. anne autem ut soles?
S. Immo nihil dico. A. i intro, amabo: cedo manum,
Tene. in tabernam ducor devorsoriam,
Ubi male accipiar mea mihi pecunia.

Digitized by Google

ACTUS IV. SCENA I.

DINARCHUS *adoleſcens.*

NEque gnatu'ſt, neque progignetur, neque poteſt reperirier,
Cui ego nunc dictum aut factum melius, quam Veneri velim.
Dii magni! ut ego lætus ſum, & lætitia differor! ita
Ad me magna nunciavit Geta hodie gaudia,
Mea dona deamata acceptaque habita eſſe apud Phroneſium. (melliniæ mihi
Cum hoc jam volupe'ſt, tum hoc nimio magnæ
Militis odioſa ingrataque habita, totus gaudeo:
Mea pila eſt: ſi repudiatur miles, mulier mecum perit.
Salvos ſum, quia pereo. ſi nonpeream, plane inteream,
Nunc ſpeculabor quid ibi agatur, quis eat intro, qui foras
Veniat: procul hinc obſervabo meis quid fortunis fuat.
Quia nihil habeo, unum animus movit mihi: omnia agam precario.

ACTUS IV. SCENA II.

ASTAPHIUM *ancilla*, DINARCHUS *adoleſcens.*

LEpide efficiam meum, hera, officium: vide intus modo, ut tu tuum
Item efficias. ama, id quod decet, rem tuam: *iſtum* exinani (dat,
Nunc dum iſti lubet, dum habet, tempus ei rei ſecun-
Ego interim hic reſtitrix his præſidebo, iſte dum ſic faciat (iſtoc ad vos
Domum ad te exagogam: nec quenquam interim
Qui ſit odio, intromittam: tu perge ut lubet. ludi n'iſtos.
D. Qui eſt iſte? eia Aſtaphium, indica, qui perit? A. amabo, hiccine tu
Eras? D. moleſtuſne ſum? A. nunc magis quam faiſti. nam niſi qui
Nobis uſu eſt, nobis moleſtus. ſed, obſecro, da mi operam, ut
Narrem, quæ volo. D. nam quid eſt? num mea ſoror? A. non mu: ſed
Intus bolos quos! D. quid? amator novus quiſpiam

A. Integrum & plenum adorta est thesaurum. D. quis est? A. eloquar.
Sed tu taceto. novistin' tu hunc Strabacem. D. quidni?
A. Solus summam habet hic apud nos. nunc is est fundus nobis.
Animo bono male rem gerit. D. perii hercle ego idem. A. stultus es,
Qui facta infecta facere verbis postules. Thetis quo-
In lamentando lessum fecit filio. D. non ego nunc in-
Ad vos mittar? A. qui dum quam miles magis? (tro
D. Quia enim plus dedi. A. plus enim es intromis-
sus, cum dabas.
Sine vicissim, qui dant operam, ob id, quod dant,
operis utier.
Litteras didicisti: quando scis, sine alios discere.
D. Discant, dum mihi argumentari liceat, ne obli-
tus siem,
Quod dedi. A. interea magister dum tu commenta-
Volt interim illa itidem commentari. D. quid?
A. rem accipere identidem.
D. Dedi equidem hodie ei quinque argenti deferri
minas,
Præterea unam in obsonatum. A. idem istoc delatum
De eo nunc bene sumus tua virtute. D. illinc ut ini-
mici mei
Bona iflic edant? mortuum hercle me, quam ut id
patiar, mavelim.
A. Mavelim mihi inimicos invidere, quam me ini-
Nam invidere alii bene esse, tibi male esse, miseria
est.
Qui invident, egent: illi, quibus invidetur, rem ha-
Stultus es. D. quid est? A. opperire. D. quid jam?
A. quia pol.
D Non licet de obsonio saltem me participem fieri?
A. Si volebas participari, auferres dimidium do-
mum.
Nam itidem hic ut Acheronti ratio accepti scribitur.
ntro accipimus: quando acceptum est, non potest
ferri foras.
Bene vale. D. resiste. A. amitte, sine. D amitto in-
). Imo istoc ad vos. A. iri non potest. D. nimium
potest.
xperiri sine. A. immo opperire: vis est experi-

Nisi si ad tintinaculos vos voltis educi viros.
S. Vis subegit verum fateri, ita lora lædunt brachia.
C. At si verum mihi eritis fassæ vinculis exolvemini.
D. Etiam nunc quid sit negotii, falsus incertusq; sum,
Nisi quia timeo tamen A. ego nec quid peccavi scio.
C. Omnium primum diversæ state. hem! sic: istuc volo, (tu.
Neve inter vos significetis. ego ero paries, loquere
A. Quid loquar? C. quid puero factum est, mea quem peperit filia, (dedi.
Meo nepoti? capita rerum mihi expedite. A. istæ
C. Jam tace. accepistin' puerum tu ab hac? A. accepi. C. tace, (eo.
Nihil moror præterea. satis est fassa. A. inficias non
C. Jam livorem tute scapulis istoc concinnas tuis.
Convenunt adhuc utriusque verba. D. væ misero mihi! (fore.
Mea nunc facinora aperiuntur, clam quæ speravi
C. Loquere tu: qui dare te huic puerum jussit, A. hera major mea. (minor,
C. Quid tu? cur eum accepisti? A. hera mea rogavit me
Puer ut afferretur, eaque ut celarentur omnia.
C. Loquere tu. Quid eo fecisti puero? A. ad meam herani detuli. (templo dedit.
C. Quid eo puero tua hera fecit? A. heræ meæ ex-
C. Cui, malum! heræ? A duæ sunt istæ. C. cave tu, nisi quod te rogo, nisi
Ea quæ exquiro. A. mater filiæ dono dedit, inquam.
C. Plusquam dudum, inquam, loquere. A. plus tu rogitas. C. respondе ocius.
Quid illa; cui donatus est? A. supposivit. C. cui? A. sibi (dem!
Pro filiolo. C. pro filiolo? D. Di obsecro vostram fi-
Ut facilius alia, quam illa, unde est, puerum alienum parit!
Hæc labore alieno puerum peperit sine doloribus.
Puer quidem beatus, matres duas habet, & avias duas (liebre.
Jam metuo patres quot fuerint. vide sis facinus mu-
A. Magis pol hæc malitia pertinet ad viros, quam ad mulieres.

Tu bona ei custos fuisti. A. plus potest, qui plus
Viserat, plus valebat, vicit: quod petebat, abstuli.
C. Et tibi quidem hercle idem attulit magnum mo-
lum. (lego. 4
A. De istoc ipsa, etsi tu taceas, reapse experta intel
C. Nunquam te facere hodie quivi, ut, is quis esset,
diceres, (est index.
A. Tacui: at nunc non taceo: quando adest, necesse
D. Lapideus sum, commovere me miser non audeo.
Res palam omnis est: meo illic nunc fiunt capi-
comitia, 45
Meum illuc facinus, mea stultitia est, timeo quam
mox nominer.
C. Loquere, filiam meam quis integram stupraverit.
A. Video ego te propter facta mala qui es patronus
parieti.
D. Neque vivus, neque mortuus sum: neque quid
nunc faciam, scio. (more torpeo. 50
Neque ut hinc abeam, neque ut hunc adeam scio: ti-
C. Dicin' annon? A. Dinarchus, cui illam prius de-
spoponderas. (per tua obsecro
C. Ubi is homo est, quem dicis? D. assum, Callicles,
Genua, ut tu istuc insipienter factum, sapienter feras,
Mihique ignoscas, quod animi impos vini vitio fe-
cerim. (quit loqui; 55
C. Non places. in meum culpam confers, quod ne-
Nam vinum si fabulari posset, se defenderet.
Non vinum *hominibus* moderari, sed vino *homines*
solent. (subbibit,
Qui quidem probi sunt. Verum qui improbus est, sive
Sivi adeo caret temeto, tamen ab ingenio est im-
probus. (noxiam, 60
D. Scio equidem quæ nolo multa mihi audienda ob
Ego me tibi obnoxium esse fateor, culpæ compotem.
A. Callicles, vide quæso, homini ne facias injuriam,
Reus solutus causam dicit: testes vinctos attines.
C. Solvite istas. agite, abite: tu domum, & tu autem
domum: (petat. 65
Eloquere hæc heræ tuæ, puerum reddat, si quis eum
Eamus, tu, in jus. D. quid vis in jus me ire? tu es
prætor mihi. (Callicles.

Ve-

Digitized by Google

rum te obsecro, ut tuam gnatam des mihi uxorem
Callicles. (tellego:
. Eundem pol te judicasse quidem istam rem in-
am haud mansisti dum ego darem illam, tute sum-
sisti tibi. (bolo, 70
unc habeas ut nactus, verum hoc ego te multabo
x talenta magna à dote demam pro ista insscitia.
. Bene agis mecum. C. filium istinc tuum te me-
lius'st repetere. (ædibus
æterum uxorem, quam primum potest, abduce ex
go adeo jam illi remittam nuncium affini meo:
icam ut aliam conditionem filio inveniat suo. 75
. At ego ab hac puerum reposcam: ne nox insi-
cias eat.
Nihil est nam ipsa hæc altro, ut factum'st, fecit
omnem rem palam. (foras;
ed nimium pol opportune ecce ab sese egreditur
æ illa stimulum longum habet, quæ usque illinc
cor pungit meum!

ACTUS V. SCENA V.

HRONESIUM *meretrix*, DINARCHUS *adolescens*, ASTAPHIUM *ancilla*.

Litea & lutea est meretrix, nisi quæ sapit in vino
ad rem suam.
alia membra vino madeant, cor sit saltem sobrium.
lam mihi dividia est, tonstricem meam sic mulca-
tam male.
a dixit eum Dinarchi puerum inventum filium.
. Ubi id audivit? quanquam penes est me omnis
res, & liberi. (nis. 6
. Video eccum qui manstutorem me adoptavit bo-
. Mulier, adsum. profectu'st. P. quid agitur, voluptas
mea? (istac re ago
. Non voluptas. aufer nugas. nihil ego nunc de
. Scio mecastor, quid velis, & quid postules, &
petas. (petis. 80
Me videre vis, & me te amare postulas: puerum
D. Dii immortales! ut planiloqua est! paucis ut
rem ipsam attigit! (satna:
. Scio equidem, sponsam tibi esse, & filium ex spon-
Et tibi uxorem ducendam jam esse: alibi jam ani-
mum tuum.

Digitized by Google

Ut me quasi pro derelicta sis habiturus. sed tamen
Cogitato, mus pusillus quam sit sapiens bestia,
Ætatem qui uni cubili nunquam committit suam.
Quia si unum ostium obsideatur, aliud perfugium
gerit. (loquar.
D. Otium ubi erit, de istis rebus tum amplius tecum
Nunc puerum redde. P. immo, amabo, ut hos dies
aliquos sinas
Eum esse apud me. D. minume. P. jam amabo. D. quid
opu'st? P. è re mea est.
Triduum hoc saltem, dum aliquo miles circumducitur. (derit.
In eam rem, si quid habebo, tibi quoque etiam pro-
Si auferes puerum, à milite omnis tum mihi spes
animum efflaverit. (locus.
D. Factum cupio: nam re facere, si velim, non est
Nunc puero utere, & procura, quia unde procures,
habes.
P. Multum amabo te ob istam rem mecastor: ubi
domi metues malum,
Fugito huc ad me; saltem amicus mihi esto manubiarius.
D. Bene vale, Phronesium. P. jam me tuum oculum
non vocas? (rabitur.
D. Id quoque interim futatim nomen commemo-
P. Nunquid vis? D. fac valeas operæ ubi mihi erit, ad
te venero.
P. Ille quidem hinc abiit, abscessit: dicere hic quidvis licet.
Verum est verbum, quod memoratur; Ubi amici,
ibidem opus.
Propter nunc spes etiam est hodie *ri militem.
Quem ego ecastor mage amo quam me, dum id,
quod cupio, inde aufero.
Quæ cum multum abstulimus, haud multum appa-
ret quod datum est.
Ea sunt gloriæ meretricum. A. aha, tace? P. quid
est, obsecro?
A. Adest pueri. P. sine eum ipsum adire huc, sine,
si is est modo.
Sine eum ipsum adire ut cupit ad me, hac recta: si
venerit,
Næ istum ecastor hodie astutis confectum fallaciis

Digitized by Google

ACTUS V.

STRATOPHANES *miles*, ASTAPHIUM *ancilla*, PHRONESIUM *meretrix*, STRABAX *rusticus*.

EO mihi amare! fero supplicium damnis ad amicam meam. (dam insuper.
Utut illud acceptum sit, prius quod perdidi, hoc ad-
Sed quid? video heram atque ancillam ante ædis. adeunda est hæc mihi.
Quid hic vos agitis? P. ne me appella. S. nimium sævis. P. sic *sine*.
Potin'es, ut mihi molestus ne sies? quid, Astaphylitium, est?
A. Merito ecastor tibi succenset. P. egon', atque isti? etiam parum (prius,
Male volo. S. ego, mea voluptas, si quid peccavi
Supplicium ad te hanc minam fero auri; nisi mihi rides, espice.
P. Manus vetat, prius quam penes sese habeat, quicquam credere.
Puero opu'st cibum, opus est matri autem, quæ puerum lavit
Opus nutrici autem, utrem ut habeat veteris vini largiter, (nibus,
Ut dies noctesque potet: opu'st igne, opus est carbo-
Fasciis opus est, pulvinis, cunis, incunabulis.
Oleum opus est, farina puero opus est, opu'st totum diem.
Nunquam hoc uno die efficiatur opus, quin opus semper siet.
Non enim possunt militares pueri setanio educier.
S. Respice ergo; accipe hoc, qui istuc efficias opus. P. cedo,
Quanquam parum est. S. addam minam adhuc istic postea. P. parum est. (savium.
S. Tuo arbitratu, quod jubebis, id dabitur; da nunc
P. Mitte me, inquam, odiosus. S. nihil fit, non amor: teritur dies.
Plus decem pondo amoris pauxillisper perdidi.
P. Accipe hoc, atque auferto intro. ST. ubi amica mea est gentium? (rumpor situ.
Neque ruri, neque hic operis quicquam facto: cor-

Digitized by Google

ſta miſer cubando in lecto hic expectando obdu-
(rui. 25
Sed eccam video. heus amica! quid agis? S. quis illic homo? (me? quomodo?
P. Quem ego mecaſtor magis amo, quam te. S. quam
M. Hoc modo, ut moleſtus ne ſies. S. jam abis, poſtquam aurum habes?
P. Condidi intro, quod dediſti. ST. ades amica, te alloquor. (vero ſerio. 30
P. At ego ad te ibam. ST. ad me, delicia? P. hercle
ST. Quanquam ego tibi videor ſtultus, gaudere aliqui me volo. (aliqui gaudeo.
Nam quanquam es bella, malo tuo es, niſi ſimitu ego
P. Vin te amplectar, & ſavium dem? ST. quidvis facere, gaudeam. (xarier!
S. Meoſne ante oculos ego illam patiar alios amplo-
Mortuam hercle me duco ſatius. abſtine hoc, mulier, manum: 35
Niſi ſi te mea manubia machæra, & hunc vis emori.
P. Nihil φλυαρεῖν ſatius eſt, miles, ſi te amari poſtulas,
Auro, haud ferro, deterrere potes, ne amet, Stratophanes. (minem iſti modi?
S. Qui, malum! bella aut facета es, quæ ames bo-
P. Venitne in mentem tibi quod verbum in carcere dixit hiſtrio? 40
Omnes homines ad ſuum quæſtum callent, & cati cluunt.
S. Hunccine hominem te amplexari, tam horridum atque ſqualidum?
P. Quanquam hic horridu'ſt, quanquam hic ſqualidu'ſt; citus bellum init.
S. Dedin' ego aurum? P. mihi? dediſti filio cibaria.
ST. Nunc ſi hanc tecum eſſe ſperas, alia opu'ſt auri mina. (tibi viaticum. 46
S. Malam rem his, & magnam. ST. magno opere ſerva
Quid iſta debet, niſi tria? S. quæ tria nam? ST. unguenta, noctem, ſavium.
P. Par pari reſpondet, verum nunc ſaltem, ſi amas,
Da tu de tuis deliciis ſummis quid parvi illulum. (mihi
S. Quid id, aï, amabo eſt, quod dem? dic dum: ſi ſuperet, feres. 50
P. Campas dicis: abi, abi: conſultavi iſtuc mihi, mi homo.

S. Ca

Digitized by Google

Cave, faxis volnus tibi, jam cui sunt dentes ferrei.
Vulgo adse omnes intromittit: abstine istac tu manum
ST. Jam hercle, jam magno tu vapula, vir strenuus.
S. Dedi ego huic aurum. ST. at ego argentum. S. at ego pallam, & purpuram.
ST. At ego oves, & lanam: & alia multa, quæ poscet, dabo.
Melius te minis certare mecum, quam minaciis.
P. Lepidus ecastor mortalis! Strabax mi, perge, obsecro,
Stultus, atque insanus, damnis certant. nos salvæ (sumus,
S. Age prior, tiro: da aliquid. ST. immo tu prior perde, & peri.
S. Hem tibi talentum argenti! Philippicum est: tene tibi.
P. Tanto melior, noster esto: sed de vostro vivito.
S. Ubi est, quod tu das? solve zonas: provocatur, quid times?
ST. Tu peregrinus. hic habito: timeo meos, non nego. ambulo
Pecua ad hanc collo in crumina ego obligata defe- (ro.
S. Quid dedi? ut distrinxi hominem? ST. immo ego vero, qui dedi.
P. I nunc intro, amabo, & tu ergo hac. S. tu eris mecum quidem.
ST. Quid tu? quid ais? cum hoccine? S. ego posterior dedi.
P. Tu dedisti. hic jam daturus est. istuc habeo, hoc expeto:
Verum utrique mos geratur amborum ex sententia.
ST. Fiat: ut rem gnatam video, hoc accipiundum est, quod datur,
Meum quidem te lectum certe occupare non si- (nam.
P. Lepide mecastor aucupavi, atque ex mea sententia: (ne geram.
Meamque ut rem bene gestam; vostram rursus be-
Verum, amabo, si quid animatu's facere, fac jam, ut sciam.
Veneris caussa applaudite, ejus hæc in tutela est Fabula,
Spectatores: bene valete: PLAUDITE, atque exsurgite.

FINIS TRUCULENTI.

MARCI

Digitized by Google

MARCI ACCII PLAUTI VITA,

Ex

PETRO CRINITO & LILIO GYRALDO defumpta.

FUit Accius Plautus patria Sarsinas, quod Umbriæ est oppidum, ut Hieronymus & Festus observarunt & ipsemet subinnuit alicubi in Mostellaria fabula, & alii veteres tradunt. Constat, eum iis temporibus Romæ vixisse, atque in scæna præstitisse, quibus in civitate Publius Scipio, Fulvius nobilior, & M. Cato excellentes habiti sunt. Floruit in scena teste Gellio anno ferme XV. postquam bellum Punicum secundum inceptum est, cum jam Romani Pœnos ipsos vincere cœpissent, id quod innuit ipse in Pœnulo verbis.

Vincite ut fecistis antehac, & Pœni victi pœnas sufferant.

Ingenio perurbano fuit, & maxime festivo, quod cum alia multa indicant, tum Comœdiæ ipsius plenæ jucunditatis ac leporum. In fabulis suis componendis, imitatus sequutusque est Græcos authores, maxime Demophilum, Philemonem, & Epicharmum Siculum, & alios, ut vel ex ipso facile est videre: tamen Horatii Flacci sententia, Plautus ad exemplum Siculi properare Epicharmi dicitur. Quæstum in fabulis fecisse dicitus est. adeo ut etiam mercaturam exercere voluerit, quæ cum ei male cessisset, pecuniamque omnem perdidisset, ad summam paupertatem redactus fuit: ea ratione urbem Romam inops reversus, ob quærendum victum ad circumagendum molas, quæ trusatiles appellantur, & Hieronymus Manuales appellavit, operam pistori locavit: tametsi apud Eusebium Hieronimus id annonæ caritate fecisse prodiderit. Et cum aliquando in pistrino versaretur, ibidem dicitur fabulas aliquot composuisse, ut ait Gellius, nempe Satyrionem vel Saturionem; Addictum, aliamque, cujus nomen nec ipse retulit. Tantæ authoritatis apud antiquos fuit Plautus, tantamque scribendi elegantia & salibus visus est præstitisse. ut Quintilianus Varronem scripsisse affirmet. & Epius Stolo affirmare non dubitaverit, *Musas ipsas Epii Stolonis sententia, Plautino sermone fuisse locuturas, si Latine loqui voluissent.* Cicero *mirum in modum Plautum* commendat. Gellius *censor optimus omnium scriptorum*, appellat eundem *Plautum parentem ac principem in omni Latina elegantia. Volcatius Sedigitus* vir in poëtica illustris, *cum de ordine Comicorum* scripsit, secundum *in Comœdia Plauto attribuit.* & post Cæcilium collo-

Digitized by Google

rem Plautum, cæteriſque omnibus prætulit. Ma-
nius Plautum ait in jocorum venuſtate præcel-
e. Eſt autem Plautus appellatus, ut Sextus Pom-
us ait, quod hi qui plani ſunt pedibus ploti pri-
o, mox plauti vocati ſunt, unde ait Actius poëta
Umber Sarſinas erat, à pedum planitie initio
tus, poſtea Plautus eſt dictus, & prius Marcus
tus dicebatur. Hinc ſemiplotia calceamenta
t, quibus in venationibus uterentur. Obiiſſe tra-
ur anno vigeſimo, ut M. Cicero obſervat poſt
thegi & Tuditani conſulatum, P. Claudio, & L.
rtio Coſſ. Catone cenſore, paucis annis poſt Quin-
m Ennium, Olympiade videlicet CXLV. Quantum
luræ factum ſit in ejus obitu, teſtatur idem Poë-
his verſibus de ſe compoſitis, quos à Marco Var-
ne in libro de Poëtis poſitos affert Gellius.

Poſtquam eſt morte captus Plautus,
Comœdia luget, Scena eſt deſerta.
Deinde riſus, ludus, jocuſque, & numeri
Innumeri ſimul omnes collachrymarunt.

e numero fabularum Plauti dubitatum eſt. Servius
it, ab aliquibus triginta & unam exiſtimatas: ab
iis quadraginta, à nonnullis centum. Varro qui-
e ipſe viginti & unam legitimas prodidit, quæ &
b. Varronianæ cognominatæ fuerunt. Sed homo
raditiſſimus Dælius, eas quinque & viginti exiſti-
avit. Gellius vero ſua ætate centum & triginta ip-
ius Plauti nomine circumferri tradidit. Sed etenim
Varro in libro de Plautinis Comœdiis quaſdam e-
numerat, quæ non Plauti ſunt, ſed M. Aquilii, quod
alii M. Accii. Subjungit idem, Plautium quem-
piam Comœdiarum poëtam fuiſſe, cujus fabulæ,
quod Plautii inſcribebantur, acceptæ fuerunt quaſi
Plautinæ, cum eſſent non à Plauto Plautinæ, ſed à
Plautio Plautianæ. Alii quidem illas non Plauti fuiſ-
ſe, ac veterum quorundam poëtarum, ab eoque re-
tractatas ac reſarcitas nomen Plauti recepiſſe, quod
verisimile non videtur, nullis celebratis poëtis an-
te Livium & Ennium. Cæterum cum XXV. à ve-
teribus connumerentur M. Plauti Comœdiæ, ſcien-
dum eſt, præter illas XX. quæ à noſtris Grammati-
cis conſenſu omnium pro Plautinis habentur, tres
à Gellio nominari; hoc eſt, Bœotiam, Nervula-
riam, Fretum, Varro & Sextus, Pompejus: alias plu-
res nuncupant, ut Artemonem, Trivolariam,
Phagonem, Ceſtrionem, atque Aſtrabam, eaſque
inter Plautinas referunt: de Aſtraba tamen Gel-
lius & Nonius dubitarunt.

DE

Digitized by Google

DE
PLAUTO

Et ejus Scriptis veterum auctorum Testimonia.

Cicero lib. 1. de Officiis.

Duplex omnino est jocandi genus; unum illiberale, petulans, flagitiosum, obscenum: alterum elegans, urbanum, ingeniosum, facetum; quo genere non modo Plautus noster & Atticorum antiqua comoedia, sed etiam Philosophorum Socraticorum libri sunt referti.

Idem Tuscul. 1.

Servius Poëticam nos accepimus. annis enim fere 410. post Romam conditam Livius fabulam dedit, C. Claudio Caci filio, M. Tuditano COSS. anno ante natum Ennium, qui fuit major natu quam Plautus & Naevius.

Idem in Bruto.

In quo tantus error Accii fuit, ut his COSS. XLmus natus Ennius fuerit; cui cum aequalis fuerit Livius, minor fuit aliquando is, qui primus fabulam dedit, quam ii multas docuerunt ante hos COSS. & Plautus & Naevius.

Idem lib. 3. de Oratore, ex persona Lucii Crassi.

Equidem cum audio Sacrum meam Laliam (facilius enim mulieres incorruptam antiquitatem servant, quae multorum sermonis expertes, ea tenent semper, quae prima didicerunt,) eam sic audio, ut Plautum mihi aut Naevium videar audire.

Horat. Epist. lib. 2. Epist. 1.

Aspice Plautus
Quo pacto partes tutetur amantis ephebi,
Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi:
Quantus sit Dossennus edacibus in parasitis:
Quam non astricto percurrat pulpita socco.

A. Gel.

Digitized by Google

VET. AUCT. TESTIM. DE PLAUTO.

A. Gell. Noct. Att. l. 3. c. 3.

Verum esse comperior, quod quosdam bene litteratos mines dicere audivi, qui pleraſque Plauti comœdias rioſe atque cautente lectitaverunt, non indicibus elii, nec Sedigiti, nec Claudii, nec Aurelii, nec ccii, nec Manilii, ſuper his fabulis, quæ dicuntur amgua, credituros, ſed ipſi Plauto, moribuſque ingenii que lingua ejus: hac enim judicii norma Varronem eoque esse uſum videmus. nam praterillas unam & vinti, quæ Varroniana vocantur, quas iccirco à cateris gregavit, quoniam dubioſa non erant, ſed conſenſu nnium Plauti esse cenſebantur, quaſdam item alias obavit, adductus ſtylo atque facetia ſermonis Plauto ngruentis: eaſque jam nominibus aliorum occupatas lauto vindicavit: ſicuti iſtam, quam nuperrime legeumus, cui eſt nomen Bœotia. *nam cum in illis una & genti non ſit, & esse Aquilii dicatur; nihil tamen arro dubitavit quin Plauti foret: neque alius quiſuam non infrequens Plauti lector dubitaverit, ſi vel os ſolos verſus ex ea fabula cognoverit, qui quoniam nt, ut de illius more dicam Plautiniſſimi, propterea meminimus eos & adſcripſimus. Paraſitus ibi eſuens hæc dicit:*

Ut illum dî perdant, primus qui horas repperit:
Quique adeo primus ſtatuit hic ſolarium:
Qui mihi comminuit miſero articulatim diem:
Nam me puero uterus hic erat ſolarium
Multo omnium illorum optumum & veriſſumum,
Ubi iſte monebat esse, niſi cum nihil erat.
Nunc etiam quod eſt, non eſt, niſi ſoli lubet.
Itaque adeo jam oppletum eſt oppidum ſolariis.
Major pars populi aridi reptent fame.

avorinus quoque noſter, cum Nervolariam Plauti leerem, quæ inter incertas eſt habita, & audiſſet ex ea omœdia verſum hunc:

Strateæ, ſcrupedæ, ſtrativolæ, ſordidæ;

electatus facetæ verborum antiquitate meretricum viia atque deformitates ſignificantium: Vel unus Herle, inquit, hic verſus Plauti esse hanc fabulam ſatis oteſt fidei feciſſe. Nos quoque ipſi nuperrime cum legeemus, Fretum *(nomen eſt id Comœdiæ, quam Plauti*

esse

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google